JOHN CARTER BROWN
LIBRARY

Purchased from the
Trust Fund of
Lathrop Colgate Harper
LITT. D.

F01C23
E
LECLERC 1756

UVHH-MP
1809

POETICARVM
NSTITVTIONVM LIBER,

ARIIS ETHNICORVM, CHRI-
TIANORVMQVE EXEMPLIS ILLV-
tus, ad vſum ſtudioſæ Iuuentutis. Per Congregationem B.
M. V. Annuntiatæ, in Societatis Ieſu Collegij Mexicani
Gymnaſijs Autoritate Apoſtolica, inſtitutam.


*Collectore, eiuſdem Societatis Sacerdote, qui
eidē Preſidet Cōgregationi.*

ANTONIO RVBIO PRAEFECTO.



MEXICI.
Apud Henricum Martinez. *Anno.* 1605.

Stemmata clara alios alienis laudibus ornant,



Laudibus ipſe ornas ſtemmata clara, tuis.

LLVSTRIS-
IMO, ATQVE OBSER-
VANTISSIMO PRINCIPI,
AC DOMINO DOCTORI D. DI-
daco Romano Epiſcopo
Tlaxcallēſi Maieſtatis Regię
Conſiliario Mexicana B. M. V.
Annuntiatæ Congregatio.
S. D.

VM te, *Antiſtes Optime*, ad virtutem, ac literas auidè amplectendas, ducem per, ac Principem, liberaliſsimumq; Me- atem, noſtra Virginis Deiparę Congre- o habuerit: cùm & Valliſoletanum Socie- s Ieſu Collegium (vbi numeroſa, eaq; flo- tiſsima Hiſpanę Nobilitatis iuuentus prę- is virtutum literarũ q; pręſidijs inſtrui-) te Fundatore, ac Patrono gaudeat, tuaq; ũ habitura finē liberalitate glorietur: cũ tibi animus ſemper fuerit, vt ex nu- o eorũ, qui ſub Reginę Cęli patrocinio, nos humana, diuinaque ſapientia, in So-

cieta-

cietatis eiuſdem Gymnaſijs decoratint, opti-
mos quoſq; ac probatiſsimos ad Eccleſiarun
obeunda munera delegeris: neminem q; iu
dicaueris dignum, cui tanti momenti nego
tium demandetur, niſi quos eadē hęc Gym
naſia, Collegia, Sodalitia inſtituerint: cùm de
nique & de literis, & de literatis hominibus
ſtudioſa q; iuuentute benemereri, adeò ver
tibi nobilitas exiſtimetũ, vt ROMANAE ſtir
pis ac proſapię ſplendorē, antiquiſsima illu
ſtrium virorum ſerie percelebrem, rectè fa
ctorum laude multò reddideris celebriorem
nec iā, niſi de ROMANA quidē Eccleſia, t
in Noui huius Orbis, tũ in Veteris Hiſpani
Regionibus illuſtranda, fouenda q; cogitar
videaris: cùm quidquid honoris, & laud
tui quidē ROMANI pro ROMANORVM Pont
ficũ Fide Orthodoxa tuēda, pro q; defend
dis ab hoſte, Hiſpaniarum finibus, ſecund
Marte viriliter decertantes, effuſo ſanguin
compararunt: id tu Conſilio Doctrina, Pr
dentia, (iam Pontificio ac ciuili Iure public
interpretando, iam hęreticorũ inſidijs SA
CTAE INQVISITIONIS fulgore detegendis: ia

co

rũ morbis boni ac ſapientis medici pru-
tia, lenitate, manſuetudineq; ſanãdis; iã E-
ſcopatus munere tam egregiè fungendo,
Auguſtinos, Ambroſios, Chryſoſtomos,
egorios virtutum ſimilitudine nobis ex-
eſſeris) mirabiliter augeas & amplifices:
m deniq; ad CHRISTI DOMINI Eccle-
decus & ornamentum, ad literarum prę-
ium, ad virtutum columen, te mortalibus
gita fuiſſe videat̃ diuina benignitas: Hęc
omnia, & huius generis alia (quę nec lite-
nec dabit ętas) Deiparę Virginis Cõgre-
io Mexicana, meliùs quàm verbis expri-
queant, cogitatione grata perpenderet;
nã, Princeps ampliſsime, cui nam potiùs
AMPLITVDINI TVAE ſuas haſce Poe-
s inſtitutiones offerẽdas, dicãdaſq; cen-
et? librũ, qui iuuenilem inſtituit ętatẽ,
ocet qualiter à malo recedere, & facere
um poſsit. Enim verò ex optimis eorum,
Artis Poeticę pręcepta tradidere, opti-
uęq; ſelegit: è q; Poetarum Ethnicorũ
, qui vel eruditionis, vel ſtyli gratia, ne-
riò adoleſcentibꝰ legẽdi, & à Magiſtris
expli-

explicandi ſunt, quique obſcęnitate turpitu dine, flagitio, vt plurimùm ſcatent, ea de- cerpſit, quę eruditioni, & ſtylo, ſine morum offenſione, ac labe, prodeſſe valeant. Pruden ter enim Eccleſię Doctor Auguſtinus, laudo inquit, verba pretioſa, venęnum non item quod in eis, occidenti iam Mundo, ſuiſq; a lijs peccatorum ponderibus penè oppreſſo traditur. Ac rectè Origenes, ſe vidiſſe, ai aureum calicem in pulchro ſermonis ornatu & dogmatum venęna conſiderantem depr hendiſſe calicem Babylonis. E chriſtian verò Poetis ea liber congeſsit, quibus Deu carmine venerari, Diuos q; laudare, adoleſ tes ediſcăt: & ad pietatis ac ſanctitatis offic animos, cum illo celebri pariter ac pio Po excitent, qui ſic cecinit.

Ergo ſi quis eris, faciles quem cælitus auræ
Afflarunt, cæli te pius ardor agat.
Sint Heliconiades Chriſtus, ſit Chriſtus Apollo.
Inq. tua illius tempora laurus eat.
Non tibi Pegaſeus fons, aut Libethrides vndæ,
Sed Chriſti extinguat viuida lympha ſitim.
Cuius, magna loquar, tenuis ſi guttula tantum
Diuino roret labra liquore tua,

Illicet hinc veros ſentis in Pectore fontes
Creſcere, & æternis viuere fluminibus.
Felices latices, felicia pocula, felix
Tu quicumque ſitim non aliunde leuas.

Antonius Rubio, *Præfectus.*

Ioannes Alcocer. Ioannes Mallen.
Aſsiſtentes.

De Congregationis Mandato.

Franciſcus Ayllon. Ioſephus Vides.
Secret.

LICEN.

LICENCIA.

Don Iuan de Men-

DOÇA, Y LVNA, MARQVES de Mōteſclaros, y Marques de Caſtil de Vayuela, Señor delas Villas dela Higuera, delas Dueñas, el Colmenar, el Cardoſo, el Vado, y Valconete, Virrey Lugarteniente del Rey nr̃o Señor, Gouernador, y Capitā general enla nueua Eſpaña, y Preſidente dela Audiencia, y Chancilleria Real que en ella reſide &c.

PORQVANTO FRANCISCO dela Eſtela, Eſcalante Prefecto dela Congregacion de Nueſtra Señora dela Anunciata, que por autoridad Apoſtolica eſta fundada enlos eſtudios de Latinidad, y Rhetorica del Collegio dela Compañia de Ieſus deſta Ciudad de Mexico, me a hecho relacion, que la juuentud que en eſtos Reynos eſtudia la latinidad, y Rhetorica, padece grāde incommodidad, y trabaxo, con mucho menoſcabo de ſu aprouecha-

miento

miento en las letras, y detrimento notable en las buenas, y ſanas coſtumbres, aſsi porque loque a meneſter delos libros para ſu enſeñança eſta eſparcido, y derramado por diuerſos, y varios autores, y a mucha coſta, aun no ſe halla ſufficiente copia para todos los eſtudiãtes, de cada vno delos muchos libros que an meneſter, como tambien porque los mas delos libros, que les ſon neceſſarios tienen juntamente con lo que es vtil, y bueno, mezcladas palabras, y conceptos laſciuos y vicioſos, que dañan, è inficionan el alma, y corrompen, y eſtragan las buenas coſtumbres. Attento a lo qual, paraque la coſta delos eſtudiantes no ſea tan grande, y por falta delos libros mas vtiles, honeſtos, y ſeguros, no ſe eſtorue el bien publico: me pidio mandaſe dar licencia ala dicha Congregacion, paraque pueda, ala manera que en los Reynos de Caſtilla, Portugal, è Italia ſe vſa, aun adonde ay copia de todos los libros neceſſarios, y eneſtos Reynos, otras vezes ſe a vſado, recoger, è imprimir en pequeños tratados apropoſito, algunos fragmentos, o pedaços, y libros delos autores ya impreſſos, y aprobados, alterando, y ſumando lo que de ellos pareciere conueniente para el buen auio, y enſeñança de la juuentud, en letras, y ſeguridad, y honeſtidad de coſtumbres. Y auiendo viſto, y examinado vna parte delo que ſe a de imprimir, el Padre Maeſtro Fray Pedro Ramirez del Orden del glorioſo Padre ſan Auguſtin, aquien la cometi, aprouo el intento. Por la preſenta doy licencia ala dicha Congregacion, paraq̃ por eſpacio de ſeis años primeros ſiguientes pueda conel Impreſſor, que ſeñalare hazer la dicha impreſsion en la forma ſuſo dicha, con tal que antes que ſalga a luz, lo que aſsi vbiere impreſſo lo vea, y aprueue el Padre Rector del dicho Collegio junto con vno, o dos Padres Maeſtros de Theologia, que el nombrare dela meſma Compañia de Ieſus, y no de otra manera. Y mando, que ninguna otra perſona ſin conſentimiento dela dicha Congregacion, pueda imprimir loque ella aſsi vuiere impreſo, ſo pena de perder los

moldes,

moldes, y aparejos de la Emprenta, que tuuiere, y los libros que imprimiere, con mas mil peſos de oro comun para la Camara de ſu Mageſtad, Iuez, y denunciador aplicados por partes yguales: y con eſto no ſele ponga impedimento alguno, y al principio de cada libro vaya inſerta eſta licencia conforme ala pregmatica. Fecha en Mexico, a veinte,y vn dias del mes de Enero, de mil, y ſeiſcientos, y quatro Años.

El Marques de Monteſclaros.

Por mandado de ſu Excelencia.

Pedro de Campos.

DIO LA MISMA LICENCIA EL ORdinario de eſte Arçobiſpado de Mexico, y de mas, paraq̃ ſi algunas coſas ſe interpuſierenq̃ para exemplificacion claridad y buena trabaçon fueren meneſter, ſe pueda, con la condicion que reça la licencia del Señor Virrey, libremente imprimir, en Mexico 23 de Febrero de 1605.

APPROBATIO R. ADMODVM PATRIS RECTORIS Collegij Mexicani Societatis IESV.

POETICarum hic inſtitutionum liber, tum nihil à Chriſtiana, & Catholica veritate alienũ cõtinet, tũ preterea Poeſeos, ac Rhetorices ſtudioſos adoleſcẽtes, vnà cũ artis vtriuſq; pceceptis, & ſtyli eruditionis q; ratione, ad verã chriſtianãq; pietatem, omni detracto impietatis ſuperſtitionis, turpitudinis q; veneno, allicit, & inſtituit.

Martinus Fernandez.

EIVS.

EIVSDEM ſunt omnino ſentẽtię ſubſcripti Patres ſacrarum literarum Profeſſores, quorum ſentẽtijs atque iudicijs, per Excellentiſsimum Nouę Hiſpanię Proregem, eius fuit cẽſura demãdata. In Mexicano noſtro Societatis Ieſu Collegio. 5. Kalend. Aprilis. Año. 1605.

Auguſtinus Cano. Didacus de Santiſteuã.

DOCTORIS AVGVSTINI OSSORIO DE SALAZAR Iuris ciuilis in Regali Academia Interpretis, in Librum Epigramma.

Hanc mundi molem, quæ Magnus dicitur Orbis,
    Omnipotens mira condidit arte, Faber,
Effecit que hominem, paruus qui dicitur Orbis
    Hinc micro, & hinc coſmos, ſic Microcoſmos erit.
Dotes nanque omnes, magno quas ſparſerat Orbe
    Iunxit, quod pulchrum eſt, Orbe minore Faber.
Quæ diſperſa iacent libris, quæ hinc inde per omneis,
    Vno ſub libro dehinc tibi iuncta ſedent.
Libri omnes, Maior liber hinc dicantur, & iſte
    Sit minor, at cunctis maior honore liber.

DOCTORIS IOANNIS CANO iuris Ciuilis in Regali Mexicana Academia interpretis, in Librum Epigramma.

Quando

QVando appendebat terræ fundamina, quando
Gyrabat tumidas Æquoris Autor aquas.
Protulerat vix fiat, habet iam ſidera Cœlum,
Solque diem cælat, Cynthia nocte præeſt.
Protulerat vix fiat, aquis iam ſquammea turba
Hinc ſalit, hinc Tellus flore venuſta viret.
Per ſe quodque bonum eſt, ſed dum Deus omnia vidit,
Ah, dixit, valde quam bona cuncta manent.
Quiſque liber per ſe pulcher, ſed ab omnibus vno
Compoſito pulchrũ quid mage in Orbe nihil.
Vnus pro cunctis, & quod mirabile multum eſt,
Vnus cuique, parum eſt, omnibus omnis erit.

P. DIDACI DIAZ DE PANgua Societatis Ieſu Philoſophię Profeſſoris, in Librum Anagramma.

MARIAE DEIPARAE SODALITIVM.
O ARA DEI MEDELAM VITII PARAS.

Ara DEI, qua iam patet alti ianua cæli,
O tu, quæ VITII facta medela venis.
Ecce Sodalitij liber hic te poſtulat vnam,
Sub que tuo eſt olli nomine tutus honor.
Firma medela venis Orbi, mirabile dictu,
Et liber hic Orbi firma medela venit.
Ingenerant vitium libri, quos cæca cupido,
Quos ve pharetratus ſcribere nouit Amor.
Hocce PARAS vitijs diuina ſorte MEDELAM.
Quæ fugienda monet, quæ ve tenenda via
Quã tibi conueniens liber hic, te munera quando hæc,
Ianua, vita, ſalus, Ara, medela, notant.

P. IOANNIS LEDESMA, E Societate Ieſu, Artium liberaliũ Profeſſoris.

Mexico

MExica ſi argento tellus, ſi diues & auro
Mittit in Heſperios aurea dona polos,
Ingenijs magis illa ferax, & diuite Phœbo,
Quid mirum Heſperijs ſi noua dona ferat?
Admiſſam Venerem vatum penetralibus, arcum
Miſceri fidibus vidit, & indoluit:
Caſtalios claudi fontes, vultuſque nitorem
Turbari nebulis vidit, Apollo, tui;
Ne tamen in peius virus proſerperet, ac ne
Euerſum vatum funditus iret opus,
Vtile plus auro gemmaque micantius omni
Munus Apollineis miſit ab vrbe viris,
Collectas vatum dotes liber vnus, & artis
Præcepta, æternum viuere digna, dabit:
At dedit ille tamen, quo Phœbus quiſque magiſtro
Gaudet, & in titulis hoc ſatis eſſe putat.

P. LVDOVICI DE MOLINA *Societatis Ieſu, Philoſophię Profeſſoris, in Librum Epigrãma.*

Allicit ad ſe oculos multum flos vnicus: at ſi
Multo flore viret, fit mage gratus ager.
Delectat pomum, ſed quam gratiſsima quando
Mille iſthinc pomis arbor opima tumet.
Sic ſidus lumen paſcit, mage ſidera multa,
Et ſic mille roſis area pulchra magis.
Vitem gemma tumens quam pulchrè veſtit honorat,
Vitis multiplici fœnore pulchra magis.
Tu lege, nam ſpatioſus ager tibi panditur: ecce
Plurima habent alij, ſed tibi plura liber.
Allicit hic, paſcit, delectat, veſtit, honorat
Area cœlum, arbor, vitis, agerque, liber.

P. PETRI FLOREZ SOCIETATIS *eiuſdem, Ad Lectorẽ Epigrãma.*

FLoribus hunc luſtrans, varium vernantibus hortum,
Illuſtre Autoris nomen abeſſe doles?
Hortum ſed luſtra, iuſtoque medere dolori,
Hunc & cum reliquis floribus ipſe dabit.
Clarius id rogitas? en iuſtis annuo votis,
En omnes, at non ordine reddo notas:
Is ſi non nardus certè nardinus, & ipſe
Ver: & nos inter iure la, Sol ve tenet.

SVPER ILLVD AVGVSTINI VNIVERSVM HOC *quaſi vn⁹ verſus Gaſparis Brauo eiuſd. Societ:*

ARbiter ille Orbis, nutu qui condidit vni
Verſa, in carminibus viſus Apollo mihi eſt:
Sic vnum verſum diuina condidit arte
Omnia, ſic Orbis carminis inſtar habet;
Summis ima, breui longum, ſublimia paruis,
Diuina humanis iunxit in Orbe Deus.
Verſibus è cunctis liber hic componitur, vnus:
Non ne tibi verſus, dehinc liber vnus erit?
Quod longum in libris, liber hic breue fecit in vno,
An breuior liber? an longior eſſe poteſt?

DE LIBRI VSV, AD LECTOREM.

Claſſes latinitatis, & Rhetoricæ, vna exepta, Grãmaticæ Infima, vel præceptis vel exemplis Poëticæ indigent. iuxta librum, qui inſcribitur Ratio, atq; inſtitutio ſtudiorum Societatis Ieſu.

Rhetoricæ præſertim, atq; Humanitatis Claſſes Oratoriam & Poeticam, in ſua quæq; ratione, ac modo, comprehendunt, vt eſt Regul. 1. Rhet. 2. Humanit. Omnia ferme, quæ, alicuius mo-

mẽti, dari poßũt Poeſeos præcepta, multa etiã, quæ Oratoriæ artificio deſeruiunt, cõtinet liber.

Poetæ cuiuſpiam locum inſignem imitari iubẽtur adoleſcentes Reg. 5. Rhet. 4. Humanit. Loci ad hanc rem idonei adeo ſunt in libro frequentes, & obuij, vt nihil ferme in eo reperias, quod egregium non ſit, iureq; propoſitum ad imitandum.

Deſcriptionem aliquam, vt hortorum, templorum, tempeſtatis, & ſimiliũ efficere: carmina ſoluto ſtylo complecti: carminis genus aliud in aliud cõmutare: phraſes ex bonis poetis excerpere; Regulis eiſdẽ præcipiuntur. Hęc vt facere diſcant, & per totum diſperſa librum, ſubſidia; & pag. 8. à cap. 5. ad vſq; 15. præcepta, reperient.

Tum alibi, tum Reg. 12. & 15. Rhet. & 2. Humanit. exerceri iubentur diſcipuli ſequẽtibus Poeticæ generibus. Epigrammate, habent præcepta, & exempla. p. 280. Epitaphio, 353. Ode. 245. Elegia. 172. Epopoeia. 32. Tragædia 97. Hieroglyphico. 336. Ænigmate. 348.

Carmina Scholæ parietib⁹ ad aliquem celebriorem diem affigenda. Reg. 18. Rhet. 10. Humanit. Eorum artificium. p. 32. & 483.

Breuis aliqua diſcipulis proponenda argumẽti

loco

loco Acctio, vt Ecloge, eius precepta cum exẽplis: p. 140. & 415. Scene, Dialogi ve, p. 97. & 419.

Poete prelectio in Rhetorice Claſſe, ad artificium Rhetoricum perſpiciendum, vel preceptorũ, vel orationis prelectionibus interponenda. Reg. 6. Plena ſunt Rhetorice artificio. Ex Senece Thebaide. p. 111. Ex Hercule Furente. 116. Ex Hippolito 120. Ex Thyeſte, & Octauia. 125. Ex Terent. Heautontimorumenos. 131.

Carptim etiam delibari poſſunt ex Martialis Epigram. p. 301. ex Tibul. Elegijs. p. 207. Ex Propert. 220. Ex Ouid. Amat. 179. Triſt. & Pont. 193. Heroid. 237. Ex Horat. Lyricis 250.

Loci etiam inſignes Virg. 44. Metamorph. Ouidiane 70. Silij Italici 89. Claudiani 76. Catul. 93.

Humanitatis Claßi Reg. 1. datĩ Virgilius exceptis Eclogis, & 4. Æn. Preterea Ode Horatij ſelecte. Itẽ Elegie, Epigrammata, & alia poemata illuſtrium poetarum antiquorum. Abundè hic omnia ſuppetunt.

Grammatice Suprema Claßis, cui Reg 1. dant primo ſemeſtri ſelecte alique, ac purgate Ouidij tũ elegie tum epiſtole. Altero quedã etiã ſelecta, ac pur-

purgata ex Catul. Tibul. Propert. & Virg. logis, vel etiam libri eiuſdem faciliores, habet idquid poſtulet.

Media verò, cuius ex Reg. 1. ſunt propria cillima quęque Ouidij carmina, ea hinc facilè liget.

Quo fit vt Claßibus quidem omnibus ſubſidia rentur neceſſaria, dummodo inter earum Maſtros, atque Pręfectum, de Autoribus iu vnaque, iuxta earum leges, interpretandis, initio ni, conueniat; ne, quę in ſuperiore, ordinatim ęlegenda eſſent, ea in inferiori prępoſterè in ornatè quę pręlegantur.

Adoleſcentes denique vnà cum literis mores iam Chriſtianis dignos inprimis haurire debēt. eg. 1. Magiſt. & Diſcipul. 1. Habent ex pag. 4. omnium fere Poeſeos generum Chriſtiana empla, quibus & Chriſtianè canere diſcant, & eticas quidem exercitationes pietatis diuinę ſale ndire poßint.

DE

POETICARVM INSTITVTIONVM LIBER.

DE ARTIS NECESSITATE. Cap. I.

ET ſi poeticam veteres illi quendam impetum, incitationemue cum ingenio, ſeu natura coniunctā exiſtimarunt, nihilominus artificio etiā locum relinqui, ſatis indicat, quod tum antiqui, tum recentes, non minus poeticæ, quam aliarum facultatum leges, rationemque docēdo tradiderūt. Horatius allata quæſtione, naturàne an ars plus ad carminis laudem proficeret, alteram ab altera ſeparari ac diuelli non poſſe aſſeruit.

> Ego nec ſtudium ſine diuite vena,
> Nec rude quid proſit video ingenium: alterius ſic
> Altera poſcit opem res, &coniurat amice.

Ars tanquam certiſsima dux viam demonſtrat: quam ſi fideliter ſequamur, nunquam offendemus. Et quamuis nō pauca ſunt, quæ nullis præceptionibus pariuntur, propterea quod à natura inſeruntur, nihilominus eadem naturę dona ab arte magiſtra perficiuntur.

Ergo poetica nec ſoluta legibus temere vagatur: nec legibus tota conſtringitur: & cum naturā

A ſiue

ſiue ingenium maximè, in primiſque deſideret, vt ne quid ad perfectionē deſit, artē quoque, & prę-terea laborem, exercitationem, imitationem depoſ-cit. Quo nonnulli referendum opinant, quod Pin-darus cecinit, poetas lacte ſimul & melle paſci. Lac enim fœcundā, vberem, & ſuauem naturam, mel ipſum artificium & proficiendi conatū videri: quando quidem citra ſtudium, laborem atque dili-gentiam mel nequaquam comparatur.

ETYMOLOGIA DEFINITIO-que Poeticæ Cap. 2.

POETÆ *nomen à voce gręca deflexū eſt. Quam vocē facere & fingere cum interpretē-tur, poeta nobis factor & fictor ſiue imitator, & Poetica proinde ars faciēdi & fingēdi ſiue imitā-di exponet. Cum igit artes reliquę omnes, quę ve factione, vel imitatione conſtant, propter cōmunem verbi poteſtatē, poeticę, ipſi vero earundē artifice poetę appellari poßint, tenendū eſt, ſolā ſcientiā quæ dulci, ac certis numeris tēperata oratione vi tam atq; mores hominū effictos explanat, & tāqu depingit, ſeu quę mores & ſtudia hominū ficti reb⁹ ac perſonis tractat, quia vtrūq; excellentiß. mè pręſtat, propriū hoc ſortiri nomē, quiq; id pra-*

ſtan

ſtare norūt, ſolos poetas nuncupari. Sic cū omnis lo-
cutio ſit oratio, nihilomin⁹ vni⁹ eloquētis locutio hoc
proprio ſignata nomine eſt: quia nimirū ornatu, co-
ia, grauitate pręcellit: cui⁹ auctores ſoli, oratores
icunt.

Sit ergo Poetica, Ars hominum actiones ffingens, eàſq; ad vitam inſtituendā carmi-ib⁹ explicans. *Nam imitatio ſeu fictio* Poeticā *b ijs artib⁹ ſecernit, quæ imitatione nulla continē-r: carmen ab his, quæ tametſi imitant & fingūt, t dialogi, metrum tamen non adhibent.* Idcirco *ſi el imitatio, vel carmen abſuerit, poeſis nulla erit.*

At vero vſus, quem penes arbitrium eſt, & s & norma loquendi, poetas nominare conſueuit, i tantū norunt metra funditare: Verſificatores tius appellandi. Igitur *fabuloſa fictio erit tan-am forma & anima poeſeos, cum fingere ma-, quā verſificari poetam reddat. Ariſtoteles, vt iſtrū vulgi iudiciū damnaret, arbitrantis id no-nādū poęma, q̄ eſſet metricū, aſſerit hiſtoricū & tā non hoc differre, quod hic metris illigatā, ille utam ac liberam orationē vſurpet :* Quia licet, *uit,* Herodoti ſcripta ad metrū redigere, manebit tamē hiſtoria, vt pri⁹, nō poema.

Sententia igitur tanti viri, cum metro quippi aliud, nempe imitatio ineſt in poemate, ex quam poematis nomen amitteret. Ac verſus i poetæ aſſumunt, quod ſciunt, omnes naturà ol ctari numeris, numeroſeq́ compoſita ob egregi ſuauitatem libentius legi, ac firmius animo ac moria retineri. Propter ſublimitatem quoq elationem & amplitudinem, ad quam accomo tus eſt verſus: in quo ſummißioni & humili ſolutę orationis opponitur. Ac de carminis q iucunditate pulcbrè Iſocrates exordio Euag diſſeruit. Nec profectò iure diceremus poeſim cturam, ſi carmine tantum abſolueretur, ſine fabulæ velut quibuſdam lineamentis. Ideo au picturæ nomen ei datur, quoniam perinde v tabella, humanarum actionum effigies quaſd rerumque ſimulacra oratione dulci exprimere ante oculos ſtatuere conſueuit: quare non pi tantum, ſed loquens pictura appellať.

QVÆ MATERIA POETA

Cap. 3.

CICERO 1. *de* Orat. *eandem prope, eſt ęquè amplam, vagam, longè làtèq́; d ſam poetæ, quàm oratori materiã* ſubiecit bis

is: Eſt enim finitimus oratori poeta, numeris
ſtrictior paulò, verborum autem licentia li-
erior: multis ornandi generibus ſocius ac
ęne par: in hoc quidem certè prope idem,
ullis vt terminis circumſcribat, aut definiat
is ſuum, quo minus ei liceat eadẽ illa facul-
te & copia vagari quà velit. *Quoniam verò*
tur poetis hominum actiones imitari: ea ſcilicet,
ę fieri & agi ab hominibus poſſunt: adde, ita vt
ſſunt, vel vt debent, & in his effingendis, &
vſum atque commodum vitæ exprimendis, eorũ
ra, labor, induſtria ſe intendit, hæc nimirum eſt
rum materia, actiones humanæ. Inde fit, vt i-
em bonarum, malarumq́; , fugiendarum & ex-
tendarum rerum perutilis ſit, & pernceſſaria
gnitio, vt cõpoſitiſſima oratione exẽpliſque pul-
rrimis à ſe vel primum excogitatis, vel ingenio-
fictionibus amplificatis & illuſtratis, & quo-
mmodo conditis etiã diuerſos animi motus miſ-
t, & lectores ſiue ſpectatores vel alliciat, vel
iat quò placuerit.

VIS SIT POETÆ FINIS Cap. 4.

G E R Mani *poetę, humanarum actionum ef-*
fictione vitam noſtram conantur excolere,

non ſine delectatione: cuius cauſſa etiam carmi-bus vtuntur: docere, inquam, volunt, idque potiu & delectare ſimul. Ea propter poetarum finis e compoſitus: vt dicamus, poetis eſſe ſcopum do re & delectare: ſed per imitationem, & carm velut conditiones penitus neceſſarias. Quocirca nes illos ſimplices, docere tantum, delectare ta tum, ijs relinquemus, qui veri ac legitimi poetæ ſunt: quanquam hoc nomine ab eruditis quoqu non ſolùm ab indoctis perſæpe, appellentur. S de poetis locutus eſt Horatius.

Aut prodeſſe volunt, aut delectare poetæ,
Aut ſimul & iucunda, & idonea dicere vitæ.

Diſtinctè & manifeſtè tres fines adducit, qu proſtremũ ipſe mox cõmendat, cæteriſq; antepo

Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci.

Poteſt tamen etiã delectando docere poeta: qu quidẽ omnis oratio nos aliquid ſcire facit: & cendo delectare, quamuis non imitet: vt delect Virgil. in Georg. Lucretius, Manili', & qui ſ eiuſdẽ familiæ: multę enĩ illecebrę carminũ, m tæ ſuauitates. At nos de morũ doctrina loquim à qua imitationem ſeiungi non patimur.

At enim quomodo dicimus delectare poetas

nu

nunc quidem iracundiam concitent, nunc fletum excutiant, nunc odium inflamment, nunc dolorem, timorem, & alias demum affectiones lętitiæ delectationiq; contrarias commoueant? Intelligendum eſt, etiam in iſtis motibus ac perturbationib? poetam delectare: non certè, quia crudelitas, ira, horror, metus habeant vllam in ſe voluptatem: ſed quia dulce eſt hominibus ipſum artificium, quo quidem ad iſtiuſmodi affectus volentes ac nolentes ſe impelli ſentiunt. Ipſum porrò artificium eſt ſcita & accurata imitatio: quæ, vt ait Plutarchus, ſiue pulchræ, ſiue turpis rei ſimilitudinem exprimat, laudatur. Iam quemadmodum oratio noſtra poßit imitari perſpicuum ſit ex eo, quod ſcribit Ariſtoteles: ſermonem eſſe mentis noſtræ interpretem atque nuntium, & verba eſſe notas (ſymbola ille vocat) ſenſuum animi. Senſus autem cogitationeſque noſtræ ideas, ſimilitudines, imagines rerum concipiunt, qui conceptus philoſophis noſtratibus, latinis notiones. Difficillimum ſane negotium, ac perquam laborioſum, perinde rem animo complecti, ac ſi oculis ipſis intuerere. Induendi affectus diuerſi prorſuſq; pugnãtes: ſuſcipiendæ variorum hominũ perſonę: mille

modis verſandus & commutandus animus. Quæ niſi ingenioſus, prudens, ſapiens, eruditus, nemo faciet.

QVOT POEMATVM MODI Cap. 5.

PLATO *de optimo ſtatu ciuitatis lib. 3. omnẽ orationem poetarũ in tres formas diſtribuit. Vnã appellat ſimplicem & nudã narrationẽ: quando videlicet res ſimpliciter ac nude, continuatione expoſitionis à poeta ſolo cõmemorãt. Alterã per imitationem efformatam: quoties adbibentur perſonæ quędam, quę rem quaſi tum ageretur repręſentant, tacente ac nihil pronuntiante poeta. Poſtremam quæ ex duabus ſuperioribus conflata & concreta eſt, qua vtroque modo permixta, ſimplici narratione, inquam, & imitatione præſtant poetæ quod volunt: ſeu, in qua & poeta ipſe loquitur, & perſonis ſermo affingitur. Mox hæc omnia exemplis à Platone illuſtrantur. Atquę huius tertiæ formæ paradigma ſumit ex Homero, qui principio Iliadis ipſe met narrat, quo pacto Chryſes Apollinis ſacerdos cum muneribus ad Græcorum naues acceſſerit, filiam apud Agamemnonem liberaturus*

raturus. Tum *ſubito incipit imitatio; ipſum quippe Chryſen loquentem, & Atridas ſimulq; Græcos obteſtatem facit. ſic noſter Virgilius?. Æneid. vbi ex ſua perſona aliquantò plura dixit quā Homerus, iratæ* Iunonis *perſonam induit:* Menè incępto deſiſtere victam? *qua perſona mox depoſita, narrare pergit, quid poſtea egerit: quomodo ad Æolum profecta ſit: quale imperium Æolus in ventos habeat: & quibus dea verbis rogauerit immitti tempeſtatatem in claſſem* Troianorū: *vbi rurſum fit Iuno. Fit etiam Æolus, dum eum Iunoni reſpondentem imitatur. Eodem libro poſtquam narrauit Æneam delatum eſſe in portum, ſeptem cervos confixos, vinumque è Sicilia ijſdem nauibus aduectum ſocijs diſtributum, mox Aeneam eoſdem animos demulcentem refert.* O ſocij neq; enim, &c. *Deinde rurſum narrat.* Talia voce refert, &c. *Sequitur denuo imitatio.* O qui res hominùmque Deùmque, &c. *Hæc ratio, vt nunc poeta, nūc alij loquantur, tota Iliade, & Odyſſea, tota Aeneide cuſtoditur, & vt ait* Plato, *epica poeſi cuſtodiri ſeruarique debet. Magis tamen is poeta commendatur, qui quā minimum loquatur ex perſona ſua, perpetuoque imitatur: cum*

eius laus potiſsimùm in imitatione conſiſtat. Atqui ea nulla cernitur, cum ſuam ipſe perſonam agit. Illius ſecundi generis exemplum ſtatuitur à Platone tragœdia & comœdia. Ibi enim poeta nihil loquitur. In primo genere collocantur ab eodem Dithyrambi: namque illi poetæ tumidum & ſonorũ poema faciebant (quo quidẽ Bacchꝰ celebrabatur) alienam perſonam non ſuſcipiebant: ſed ipſi tanquam ex ore ſuo omnia proferebant.

DE EXERCITATIONE, ET componendi modo Cap. 6.

QVI *ſine multa exercitatione, ſine diligẽ optimorum poetarum imitatione (vt ali non pauca prætercam) ſe magnam laudem adep turum ſperat, is non tam imprudens, quam im pudens cenſeri ritè poteſt. Audebo dicere hominì ad poeſin facto non magis oberit artem ne cire, quam proderit ſæpe ſcribere.* Non ideo ta*men ſcribam, vt ſcribere queam in hora ducento ſtans pede in vno, quemadmodũ ſolebat ille Lu cillius: immo, vt ingenioſè, eleganter, planeq poeticã poſsim ſcribere quando res tulerit, ſcri tio*

tione non aſsidua modo, verum etiam accurata & diligenti me aſſuefaciã. Nec enim multitudo, ſed bonitas carminum poetæ honori eſt. Quanquam difficillimum fatemur, bonos verſus componere, niſi prius non ſolum minime malos, ſed etiam valde multos compoſueris. Ergo laborandum nihil erit, vt multos quotidie verſus eructemus: paucos velim, & quam poteſt fieri, optimos: quod ſine meditatione, cura cunctatione & mora non erit. Verùm quid inde commodi naſcatur, dicet Quintil. lib. 10. Cap. 3. Citò ſcribendo non fit vt bene: bene ſcribendo fit, vt citò ſcribamus. Primum hoc conſtituendum eſt, vt quàm optimè ſcribamus, celeritatem dabit conſuetudo. *Stylus eſt optimus & dicendi, & poetandi effector ac magiſter: ſtylus, inquam, non ſine cura, animaduerſione, diligentia. Obtemperandum cenſeo prorſus eiuſdem Quinctil. conſilio. cuius hæc ſunt verba. Sit primò vel tardus, dum diligens ſit, ſtylus. Quæramus optima, nec primo ſe offerentibus gaudeam⁹. Adhibeat̃ iudicium inuentis, diſpoſitio probatis. Delect⁹ enim rerum verborumq; habendus eſt, & pondera ſingulorũ examinãda. Poſt ſubeat ratio collocãdi*

ver-

verſenturque omni modo numeri. Non *vt quodque ſe proferet verbum, occupet locum. Quæ quidem vt diligentius exequamur, repetenda ſæpius erũt ſcriptorum proxima. Nam præter id, quod ſic melius iunguntur prioribus ſequentia, calor quoq; ille cogitationis, qui ſcribendi mora refrixit, recipit ex integro vires, & velut repetito ſpatio ſumit impetum.*

QVÆDAM STYLI POETICI exercendi Viæ Cap. 7.

PRIMA *ſit illa, vnam eandemq; rem diuerſis verbis, eadem aut diuerſa ſpecie carminis eloqui.*

2 *Conducet tractare idẽ nunc conciſe & breuiter, nunc ample & copiosè: nunc proprijs, nunc modificatis verbis: nunc ſimplici, nunc verſa & luminibus inſignita oratione.*

3 *Tansfundamus ſolutam ac liberam orationem in carmen, oratoriáſque locutiones poeticis commutare ſtudeamus.* Et *cum oratores reſtrictiores, nos liberiores ſimus, moreque poetico argumentum dilatem⁹, fucum addam⁹, flores intexam⁹.*

4 *Vnum genus carminis apud auctorẽ aliquẽ inuentũ*

inuentum, numeris mutatis ad aliud redigamus, hexametrum ad elegiacum, Phaleucium ad Saphicum, & cætera eodem modo. Si enim vna res verbi cauſſa, labores & ærumnæ Herculis *à Virgilio. in* 8. *Æneid. ad Ouid. in* 9. Metamorph. & *ab Auſonio hexametris: iterum ab Ouidio epiſt. Deianirę elegis, à Seneca in Hercule furente trimetris deſcribi potuerunt, cur non etiam diuerſis generibus aliquid à nobis componatur?*

5 *Quinimo eodem genere, quo poeta ille vſus eſt, eandem rem explicandam ſumamus. Nihil enim eſt quod quis obijciat, non poſſe aut meliora, aut paria illis antiquorum à nobis dici: ſiquidem eloquentia tam inops & pauper non eſt, vt vna de re niſi ſemel tantum præclare dici non poßit.*

6 *Commendat Plin. in ea epiſt. quæ eſt de exercitatione ſtyli, ſcriptionem epigrammatum his verbis.* Fas eſt & carmine remitti: non dico continuo, & longo (id enim perfici niſi in otio nō poteſt) ſed hoc arguto & breui, quod aptè quantaſlibet occupationes curàſque diſtinguit. Luſus vocatur: ſed hi luſus non minorem interdum gloriam, quam ſeria conſequuntur.

3 Nec dubiũ centonũ exercitationes fore per-utiles: quibus id aſſequimur, vt optimos verſus optimorum poetarum, propter ſtudioſam & ſollicitam lectionem, quæ ad eas perquam neceſſaria eſt, penitus imbibamus, illique mentibus altiſſime defixi perpetuò inhæreant. Verſus, inquam, poetę boni ad alium ſenſum conuertemus, & tanquam ſurculos ex arbore vna in aliam inſeremus, qui tamen in ea nati, non in eam inſiti videri poſſint.

8 Proderit ſtrictã nobis interdũ legẽ ſtatuamus ipſi, noſtrumq; ingeniũ quibuſdã veluti carceribus teneamus, cogamuſq; vt certa quędam vel dictio vel litera, initio verſus, aut medio, aut fine, ponatur, aut in alias aliaſq; formas carminis facies artificioſe immutetur. Vt 3. harum inſtitutionum lib. Cap. de Artificioſo carmine, videre eſt.

DE IMITATIONE
Cap. 8.

DVPLicem eſſe imitationem conſtat. Vnam de qua multis actũ eſt principio hui⁹ libri. Alteram, qua impellimur cum diligenti ratione, vt alicuius boni, & prędantis poetæ ſimiles, ſecundum omnes eius virtutes, aut ſaltẽ inſigniores eſſe,

eſſe poßimus. Hac videlicet enitimur, vt poematis noſtris, aut Homerum, aut Virgilium, aut Horatium, aut alios deniq; referamus, & quaſi quandam imaginem ex pulcherrimis eorundem tabulis depingamus. Nimirum animus noſter aßidua lectione atque obſeruatione ſimilitudinem quandam concipit eorum, quæ maximè probat. Virgilium, quod omnes docti iudicāt, non natura ipſius (quāquam ea miraculi inſtar eſt) ſed imitationis induſtria tantum poetam effecit. Itaq; nos idoneam naturam ſi conſecuti ſumus, ſi præcepta didicimus, ad exercitationem ſedulò incumbam⁹: in qua imitationis nunquam eſt dimittenda memoria: nā exerceri ita demum prodeſt, ſi imitere: non quod alioqui id quod rectum eſt, fieri nequeat (quorſum enī ars traderetur?) ſed quod ei⁹ ipſius viæ, quam ars demonſtrat, ducem aliquem habere nos oportet. Faciendum eſt igitur, vt illuſtria quędā exempla nobis proponamus, in quę tota mente, omniq; ſtudio & cogitatione intenti, intimis ſenſibus eorum ſimilitudines comprehēſas, ad noſtra ſcripta transferamus. Id vſq; adeo eſt neceſſarium, vt nemo poeta bonus, nemo etiam bonus orator inuentus ſit vnquam, qui non aliquem ſit imitatus,

quem

quem ſcilicet maximè omnium probauiſſet. Erg
vnum præcipue tibi deligito, cui te ſimilem eſſ
ſtudeas: cui ſi quid deerit, id nullo negotio pete
ab aliis. Qui comœdiam facturus eſt, ad exempl
Plauti properabit: vt ille, teſte Horatio, a
exemplum Epicharmi. Quidam malunt Teren
tium. Qui heroicum, Virgilium intuebitur, la
tinum Homerum. Qui elegiacum, Propertium &
Ouidium. In lyricis quid nobilius Horatio? I
tragœdia quem imitemur, exemplo ſuo docebi
Seneca.

Poteſt id poetis accidere, vt nimio plus imita
tioni ſeruiant: nec audeant latum pedem ab illo
quem imitari conantur, diſcedere: quodq; deterri
mum eſt, vitioſiſsima quæq; æmulentur. Quæ du
peccata notauit Horatius illis verſibus.

O imitatores ſeruum pecus: vt mihi ſæpe
Bilem, ſæpe iocum veſtri mouere tumultus?

Quod enim religione impediuntur, ne quid n
imitentur, quod exprimere omnia volunt, viden
tur ſerui. Quod autem vitia tanquam virtute
imitantur, produnt ſuam hebetudinem, ſtuporem
tarditatem: & communi ſenſu carentes, fiunt pe
cudum ſimiles. Omnis autem labor eo impendend

ne, qu

ne, quę dicimus, illorum, ſed noſtra videantur: quamuis doctos viros, vnde illa hauſerimus, non fallat. Huc quoque aptiſſime referas illa Senecæ ex epiſt. quæ eſt de ratione ſtudij. Apes imitari pręcipit, quas videmus volitare per florea rura, & ſuccos ad mellificandum idoneos quærere. Nos ſimiliter, quę ex diuerſa, ſeu multa vnius lectione congeſsimus, ſeparare debemus: deinde adhibita ingenij cura & facultate in vnũ ſaporem varia illa libamenta confundere: vt etiam ſi apparuerit vnde ſumptum ſit, aliud tamen eſſe, quàm vnde ſumptum eſt, appareat. Quod in corpore noſtro videmus ſine vlla opera noſtra facere naturã. Alimẽta quę accepim⁹, quãdiu in ſua qualitate perdurãt, & ſolida innatant, ſtomacho oneri ſunt. At cùm ex eo quod erant mutata ſunt, tunc demũ in vires & in ſanguinem tranſeunt. Idẽ in his quibus aluntur ingenia pręſtemus: vt quęcũque hauſimus, non patiamur integra eſſe, ne aliena ſint, ſed concoquamus illa.

DE ARGVMENTO VIRIBVS conuenienter ſumendo.

Cap. 9.

PER Bene Horatius monuit, non eſſe gran dius imponendum onus humeris, quam ſuſti nere queant.

Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam
Viribus, & verſate diu quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri: cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo.

Ouidius 2. Triſt. poſtquam ſemet accuſauit, quo non relictis nugis amatorijs res bello geſtas, re populi Romani, atq; adeo Aug. Cæſaris ad poſt ritatis memoriam verſibus commendaſſet, tande ita ſe excuſat.

Arguor immerito: tenuis mihi campus aratur,
Illud erat magnæ fertilitatis opus.
Non ideo debet pelago ſe credere, ſi qua
Audet in exiguo ludere cymba lacu,
Forſan in hoc, dubitem, numeris leuioribus aptu
Sim ſatis, in paruos ſufficiamq; modos.
At ſi me iubeas domitos Iouis igne gigantes
Dicere, conantem debilitabit onus.
Diuitis ingenij eſt, immania Cæſaris acta
Condere, materia ne ſuperetur opus.

Conſultum proinde eſt, non ſubito Iliadas, gigantomachias captare, argumenta, inquam, peroſa, longa, difficilia: id enim quid aliud fu rit, quàm cereis pennis volitare? Res ludic principio canamus: quædam puſilla, & contracti

poem

poemata, ſed venuſta & ingenioſa extundamus, donec humeri vitulo ferendo aſſueti, bouẽ geſtare poßint. Hæc ſunt poetarum tyrocinia, hę primę velitationes & progymnaſmata, Eiuſmodi argumẽtũ eligemus, quod nobis plurimum blandiatur, & quo multum delectemur. Nam quæ ipſi noſtrum iudicium liberè ſecuti ad ſcribendum proponimus, in iis tractandis, vt planũ eſt, fæliciores ſumus. paucißimi inueniuntur, qui poßint, non dicã omne genus, ſed plura carminis ſeu poematis genera ſic ſcribere, vt cum omnem vituperationẽ effugerint, egregiam laudem adipiſcantur. Cernimus alios ad comœdiam, alios ad tragœdiam faciendam natos. Hic in lyrico, iſte in elegia, ille in epigrãmate non perdit operam: Ac Perſianum quidem cum in aliis pleriſq; omnibus, tum hac in re locum habet.

Tecum habita, vt noris quam ſit tibi curta ſupellex.

Horatius nec grauẽ materiam, nec grande plerũq; carmen ſuſcipere eſt auſus: quod patet in Oda ad M. Vipſanium Agrippam, quæ eſt ſexta lib. 1. Virgilius ſi elegos feciſſet, credo, conceßiſſet Propertio, & Tibullo: ſicut contra hi in Epico longe inferiores illo extitiſſent. P. Ouidius in Hexametro nequaquam Maronis excellentiæ reſpondit.

Horatius In Arte Peotica aperte indicat ſe he-roico carmini condendo imparem, negatq; in ſe poetę nomen conuenire, tametſi hexametrũ faciat: quia ſatis non ſit, verſum ſuis pedibus claudere: maiora & plura expeti.

Primum ego me illorum, dederim quibus eſſe poetas,
Excerpam numero: neq; enim concludere verſum
Dixeris eſſe ſatis: neq; ſi quis ſcribat vti nos
Sermoni propiora, putes hunc eſſe poetam.
Ingenium cui ſit, cui mens diuinior, atq; os
Magna ſonaturum, do nominis huius honorem.

At lyricis ferire illũ videas ſublimi ſydera ver-tice. Martialis nihil niſi epigramata ſcribere po-tuit. Quid potuerit Propertius, clare eius in-dicant monumenta, & elegia. 1. lib. 2. Catullus in Elegia aliquanto horridior, & aſperior: in iam-bis & hendecaſyllabis plane ſingularis. Capiat ergo adoleſcens aptum ſibi, & idoneũ naturæ ſuæ poematis, & carminis genus, in quo præcipue ex-colendo multùm temporis atq; ſtudij conſumat.

CONQVIRENDAM PRIVS RE-rum, ac verborum ſupellectilem Cap. 10.

PERE *Leganter quidam poetam cum nau-ta, ſcriptionem cum mari conferentes, docent commea-*

commeatum eſſe ante prouidendum, quàm inſtituatur nauigatio. Volunt nos priuſquam ad conficiendum poema, longius præſertim, accingamur, multam & magnam rerum atq; verborũ (quibus duobus omnis conſtat abſoluiturq; oratio) ſupellectilem comportare, & vndiq; conquirere. Ex arca plena ſumptum facere periucundum eſt: durum contra, impendere quæ nondũ poſſederis: & magnæ temeritatis, nondum cæſa, & conuecta materia aggredi ad ædificandum. Commendantur, qui cùm nunquam non ſtudioſe attentèque, tum ſub illud tempus longè ſtudioſius attentiuſq; veteres poetas legunt, quo ſunt carmina ſcripturi: ibiquè inſtar apum per amœniſsimos campos, & floriferos ſaltus diuagantes, tanquam è floſculis decerpunt, vnde mel conficiant. Adde quod lectione illa diligenti decãtatiſsimus ille furor, excitatur, animuſq; noſter quaſdam ideas, ſpecies, formas, exemplaria, aut quocunq; tandem nomine vocare malumus, concipit longè præclariſsima, atque pulcherrima, quæ deinde rebus ad ſcribendum ſubiectis conatur imprimere. Deniq; ſicut qui in tabernis aromaticis, & vnguentarijs diu ac multũ verſantur, quiq; aromata, vnguentaq; manibus contre-

 ctant,

ctant, odorem retinent: ſic planè, qui iſtas illuſtri
poetarum arculas, & myrothecia frequenter inſpe
xerit, ac legendo, relegendo fragrantiſſima pig
menta verſauerit, ipſe odorem quendam ſuauiſſi
mum lectoribus præbebit. Neq; in vna tantum par
te, aut altera, verùm tota ſcriptione illorum quam
ſimillimus euadet.

DE TRANQVILLITATE Animi, ac Seceſſu. Cap. II.

ILLA duo quoq; carminibus multò rectiu
faciliuſq; componendis non mediocre præſtabi
auxilium. Vnum eſt, mens pacata, mens alia qu
uis ſollicitudine vacans, angore & perturbatio
omni ſoluta prorſus atque libera. Animus diſtr
ctus, nulla in re munus ſuum fungi probè ac d
center poteſt: ne dum vt pariendis verſibus orn
tiſſimis idoneus videatur: quos ſi quis cura, att
tione, iudicio indigere non putat, ipſe iudicio ind
get. Profectò non tantum apud ſe, ſed etiam
ſe tota mens noſtra eſſe debebit, ſi, verſus laud
biles, & quaſi tornatiles dare volet. Vidit hoc
ſenſit M. Tullius, qui ad Q. F. epiſt. 4. lib.
D

De verſib⁹, *inquit*, quos tibi à me ſcribi vis, deeſt mihi quidem opera, quæ non modo tẽpus, ſed etiam animum vacuum ab omni cura deſiderat. P. *Ouidius hoc ipſum non ſemel indicauit, docuitque hanc ipſam eſſe cauſſam, cur tam difficulter verſus ſcriberet: quia ſcilicet pæne quotidiano timore periculorum ac trepidatione iactaretur.*

Difficile eſt quod amice mones, quia carmina lætum
 Sunt opus, & pacem mentis habere volunt.
Carmina proueniunt animo deducta ſereno,
 Nubila ſunt ſubitis tempora noſtra malis.

Idem, quomodo in tempeſtatum procella, animi ſtatu perturbatiſsimo verſus facere potuerit, miratur, & ait.

Quod facerem verſus inter fera murmura ponti,
 Cycladas Aegeas obſtupuiſſe reor.
Ipſe ego nunc miror tantis animiq; mariſq;
 Fluctibus ingenium non cecidiſſe meum.

Demoſthenem Fabius commendat, qui ſe in locum, ex quo nulla exaudiri vox, nihilque proſpici poſſet, recondebat, ne aliud agere mentem cogerent oculi. Latebras etiam amplector, & loca planè ſola: quod item voluit Ouidi⁹, animum

ſcilicet curis non impeditum. 1. Triſt. *Eleg.* 1.

Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia quærunt.

Sed illi loci, in quib⁹ eſt ſenſibus blandiens amo-nitas, ſyluæ, horti, nemora ruſcula, vbi fronde-ſcunt arbores, pubeſcunt vites, ſegetes largiun-tur fruges, vbi obliquo laborat lympha fugax tre-pidare riuo, tales, inquã, loci poetis aptiores & p-prij videntur. Atque Horatius tales receſſus in-primis adamauit, eoſq; poetis frequẽtãdos ſuaſi-

Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit vrbem.

DE IVDICIO Cap. 12.

IN *poeticis nulla res tanti eſt momenti, quan-iudicium, nec eſt aliud quidquam, cuius maio-ſit vel commendatio, vel admiratio. Difficulta-autem prope maxima, cum id arte præceptiſqu-tradi vix poßit: quia potius naturæ munus quod-dam eſt atque illuſtre beneficium. Priuſquã ſcri-bere inſtituas, dum ſcribis, poſtquam ſcripſiſti-ſiue imiteris aliquid, ſiue ex te natum proferas-ſiue hoc, ſiue illud agas, quocunq; modo rẽ tractes-nuſquam non opus erit iudicio. Multi in omnem-partem lapſus, quos vitare non poterit, qui non-animaduerterit: nõ autem animaduertet, quem iu-dicij acrimonia ſubtilitaſq; deſtituerit. Nihil ap-*

tius

tius dici poteſt, opinor, quam iudicium eſſe oculum ingenij, ſine quo etiam videntes nihil vident, & quodammodo in tenebris ſaltant. Vt in vita, *inquit, M. Tullius*, ſic in oratione nihil eſt difficilius, quam quid deceat videre, Prepon appellant Græci, nos dicamus ſanè decorum, de quo & præclarè multa præcipiuntur, & eſt res cognitione digniſsima. Huius ignoratione nõmodo in vita, ſed ſæpiſsimè in poematis, & in oratione peccat. *Fideliter monuit Horatius, vt ne nimium noſtro iudicio tribuamus: ſed alios quoq; poematum noſtrorũ iudices & arbitros adhibeamus: nam duo oculi plus vident, quàm vnus.*

Tu nihil inuita dices, facieſq; Minerua,
Id tibi iudicium eſt, ea mens. Si quid tamen olim
Scripſeris, in Meci deſcendat iudicis aures,
Et patris, & noſtras.

Iam quod alijs faciendum ſuaſit, id ipſemet fecit: nam ad Tibullum ſcribens epiſtola quarta, libro primo ſic orditur.

Albi noſtrorum ſermonum candide iudex.

Hoc eò pertinet, vt à doctiorib⁹, & prudẽtiorib⁹ nos emẽdari nõ recuſem⁹, & ꝙ vel ingenio vel iudicio nr̃o deeſt, id ab alijs mutuari ne erubeſcamus.

DE POETARVM ERRATIS
Dap. 13.

*

SVNT poetæ non nulli, quibus ideo nulla tribuenda eſt venia, quod duabus de cauſsis negligenter ſcribunt: tum quòd confidunt, non omnes ſua peccata perſpecturos: tum, etiam ſi nemo non facilè perſpecturus ſit, quòd veniam ſeſe impetraturos confidunt. At Horatius, non idcirco affirmat, licenter oportere nos ſcribere, immo verò nihil peccare in ſcribendo, & arbitrari, omnes errata noſtra animaduerſuros, & ita demum tuti erimus: neque ſperare nos impune peccaturos, & ita cauti erimus, cum ipſi ſpem veniæ omnem nobis præciderimus. Denique parum eſt non peccare: oportet rectè facere, ſi laudem atque præmium mereri meditere.

Non quiuis videt immodulata poemata iudex,
Et data Romanis venia eſt indigna poetis.
Idcircone vager, ſcribamq; licenter? An omnes
Viſuros peccata putem mea tutus, & extra
Spem veniæ cautus? vitaui deniq; culpam,
Non laudem merui.

DE

DE VITIIS CARMINVM, quomodo que corrigenda. Cap. 14.

HORATius, (quē ſecutus videt̄ Quintilianus) vbi munus & officium boni cenſoris ſeu emēdatoris explanat, & quid agere ille debeat, clariſſimis verbis prudentiſſimè oſtendit, ſeptem vitia enumerat, quæ quidem omnia ad quatuor ordines, ſiue claſſes, ſiue capita reuocari poſſunt. Aut enim ſuperuacanea amputanda: aut omiſſa & neceſſaria ſuperaddenda: aut in locum deteriorum meliora reponenda: aut verba demum in alias ſedes, quò numerum concinniorem leuioremque efficiant, transferanda ſunt. In his non ſinceri tantùm caſtigatoris, verumetiam ſcriptoris induſtrij munus & officium cernitur: qui quidem reprehendet verſus parum ſedulò, & ſine artificio à ſe confectos, ſeu otioſos, vt quidam (inertes) interpretantur, in quibus videlicet nulla eſt vel vtilitas, vel delectatio: qui idcirco ad finem poetis conſtitutum nihil faciunt. Aſperos autem propter voces duras: propter vocalium, & conſonantium crebriorem concurſum, ſeu ingratam eiuſdem literæ repetionē, non

non etiam præteribit inemendatos. Sunt quidam pręterea nullis penitus neque verborũ, neque ſen tentiarum luminibus ornamentiſq; conſpicui: imm verbis incultis, inquinatis, ſordidis referti, quo bella tralatione incomptos vocat Horatius. Qui bis fiet? trãſuerſo calamo delebuntur, Cõtra qui dam interdum nimis ſuperbiunt, nimis luxurian nimium grandiloqui, picti & floridi ſunt: hos cõ primet, ac circumcidet poeta diligens. Obſcuros & parum apertos illuſtrabit, ne opus ſit Oedipo a intelligendum. Eſt quando verſus euadunt ambi gui, Ambiguitas igitur tollenda eſt, quamuis i iocis & ſalibus multum valeat. Ad extremũ mu tanda mutentur, inepta aptioribus, inutilia vtili bus, leuia grauibus, minus ſignificantia ſignificã tibus, impropria proprijs, ſtolida ſapientibus, &c nec vero ſimpliciter de labore atq; opere ſuo iudi cabit poeta: ſed perſonam ſeueri & incorrupti iu dicis aſſumet, ac ſibi Ariſtarchus fiet.

DE DILIGENTIA EMENDA- tionis & recognitionis Cap. 15.

NON *minus verè quam doctè* Fabius, *emẽ dationem videri partem ſtudiorum long*

vtiliſ

ptiliſſimam: neque enim ſine cauſſa creditum eſſe, ſtylum non minus agere cũ delet. Longè plus laudis & gloriæ in corrigendo & illuſtrando, quam n componendo poſitum eſt. Ceruus vbi cornua depoſuit, metuit, ac prodire non audet: eo vſque utem latet, dum ſe marem teſtari queat, recuperatis cornibus. Hoc in noſtris edendis, imitari deeremus, & ea, donec luce digna fierent, maturiatemq; conſequerentur, occultare. In crebra igitur & ſolerti emendatione permultum eſt ſitũ, cuius egligentiam in poetis Romanis reprehendit Horatius.

Nec virtute foret, clariſue potentius armis,
Quam lingua Latium, ſi non offenderet vnum
Quemq; poetarum limæ labor & mora.

Mox in perſona Piſonum ad eam nos hortatur.

Pompilius ſanguis carmen reprehendite quod non
Multa dies, & multa litura coercuit, atque
Perfectum decies non caſtigauit ad vnguem.

Virgilius certè ex induſtria emendandi ſummam bi laudẽ comparauit: qui teſte Donato cùm Geor. bros componeret, quotidie manè plurimos veris meditatus dictabat, eoſq; per totum diem reactando ad puciſſimos redigebat: non abſurdè rmen ſe vrſæ more dicens parere, & lambendo.

demũ

*demum effingere. Conſtituit preterea in Græ-
ciam & Aſiam proficiſci, totoque triennio Æ-
neidem limare ac perpolire: ſed mors bonum con-
ſilium diſturbauit. Quocirca teſtamento iuſſit eam
comburi: maluit, ſiquidem prorſus non extar-
apud poſteros, quam inemendatam extare. Idem
voluit ſuis Metamorph. libris facere Ouidius
cum in exilium deportaretur: verùm amici iam
deſcripſerant. Quædam nihilominus ſcripta
ſua, vt vitioſa, incendiſſe confitetur Eleg. 10
lib. 4. Triſt. Non eſſe porrò emendatam Me-
tamorphoſin affirmat ipſe Triſt. 1. & 3. Quā-
obrem iuſta vituperatione non carent, qui car-
men ſuum, vt primum ſcripſerunt, euulgant
famam & celebritatem immoderatè ſitientes.
Atque ita celeriter nata celeriter intereūt. Plu-
tarchus in Pericle,* Nam operis facilitas cele-
ritaſque non addit illi pondus ſolidum, au-
duraturum, neque exactam pulchritud-
nem: at temporis longinquitas labori velu-
fœneratò accedens, ei quod naſcitur, r-
bur firmitatēque adducit. *Seneca nihil ordin-
tum eſſe ſcribit, quod præcipitatur, & prop-
rat. Agatarchus pictor, vt narrat Val. Ma-*

inge-

ingentes ſibi ſpiritus ſumebat de pingendi celeritate: id poſtquam intellexit Zeuxis, Diu, *inquit*, ego pingo, quia pingo æternitati. *Pictori non admodum perito de celeritate glorianti, ac tabula demonſtrata, illam modò à ſe pictam iactanti, Apelles reſpondit*: etiam te tacente res loquitur, ex tempore pictam. H*oratius ideo monet.*

nonumq; prematur in annum.
Membranis intus poſitis delere licebit
Quod non edideris; NESCIT vox miſſa reuerti.

Hæc eò dicuntur, vt ſciamus non eſſe feſtinandum. Optimum verò emendandi genus aſſerit eſſe Fabius, ſi ſcripta in aliquod tempus reponantur, vt ad ea poſt interuallum, velut noua atque aliena redeamus: Addit deinde oportere vt emendatio ipſa finem habeat. Sunt enim qui ad omnia ſcripta tanquam vitioſa redeant, & quaſi nihil fas ſit rectum eſſe quod primum eſt: melius exiſtimant, quidquid eſt aliud, idque faciunt, quoties librum reſumpſerunt, & ſi millies ſua deſcribant, ſemper mutant aliquid.

DE

DE SINGV-
LIS POESEOS GENERIBVS.

EPOPOEIA QVID SIT.
Cap. I.

*

EPOPOEIA eſt poeſis carmine he-xametro illuſtres illuſtriũ actiones per narrationem imitans. *Oportet ipſam imitari a-ctionem: alioqui poeſis minimè vocabitur : quæ poeſis, inquã, abſque imitatione, non tam imperfe-cta, quã nulla eſt. Quod inſignes & memorabiles actiones imitat̃, hoc ipſo à Comœdia diſtat, in qua ſunt, exprimunturq; actiones, humiles perſonari ciuilium. Narratio eam à Comœdia & Tragœdia ſeparat: ſiquidem vtrobique aguntur res (quam-obrẽ etiam dramata vocantur) nõ autem exponũ-tur. Carmine hexametro à reliquis generibus di-ſtinguitur. Nam res, & perſonæ de quibus agit Hexametris maximè conueniunt: neq; vſquã præ-terea tanta huius carminis maieſtas, dignitas, ſua-uitas, ſonus perſpicitur, quàm cũ eidem argumẽta illa grauitatis, amplitudinis, admirationis plena*

commi-

committuntur, vbi res nouæ, excellentes, mirificæ, ſingulares finguntur: quales in primis ſunt bellicæ: ſententiæ illuſtres interponuntur, verba delecta grauitate, ornatu, ſono, compoſitione numero. Hîc ingẽti ac magnifico ſpiritu confiſus poeta tubam inflare videtur, quod volebat Alexander: qui aſsiduò Homeri poeſim voluens, & aliquid quotidie ediſcens, non ad citharam, ſed ad tubam ea carmina canẽda aſſeuerabat. Ob id Horatius nominauit fortè Epos, eo ſenſu, quo Perſius robuſtũ carmen, & alius in ephitaphio Tibulli de Virgilio: Aut caneret forti regia bella pede. Nam res geſtę Regumq; ducumque, & triſtia bella ſubijciuntur huic carmini. Hexametrum igitur ſemper appellare licebit: heroicum non ſemper: nempe ſi eo virorum fortium & inclytorũ facinora non memorabuntur.

QVÆ OBSERVANDA IN Epopœia Cap. 2.

PRÆCIPIVNT quidam Epico, nec inſcitè, vt à rerũ ſcriptoribus hiſtoriam, ſeu veteris alicuius & eximiæ rei memoriam hauriat: quandoquidem ipſa vetuſtatis commemoratio maiorem fabulæ fidẽ, auctoritatemq; parit. Maro

aduentũ Æneæ nauigationemque in Italiam nequa
quam commentus eſt: ſed ab Hiſtoricis petiuit. Nã
& Liuius de eo, & ante Liuiũ alij memoriæ pro
diderunt. Sumet igitur Epicus argumẽtũ ab Hiſto
ricis: qui ſi variauerint, ſequetur quem voluerit
Verumtamen à fama & memoria publica non diſ
cedet. multa nihilomninus ſuo iure fingit, variiſq
rationibus hiſtoriæ faciẽ in poematis ſpeciem vul
tumq; commutat. Quin etiã allegoria res inuertit
& cum ab Hiſtorico res indiuiduas ſumpſerit, ad
vniuerſale, vt in ſcholis loquũtur, tranſit. Ilia
Homeri, magnanimi ac bellicoſi: Odyſſea prudẽtis
ciuilis ac togati hominis imago eſt: Æneis optimi &
religioſiſsimi principis. Et cum idonea dicere vita
propoſitum ſit poetis, quã aptè & iucundè id vter
q; præſtiterit, nihil opus eſt in preſens oſtendere
Iam hoc quoq; neceſſariò monendum eſt, vt fabula
id eſt actionum conformatio, & diſpoſitio, vna ſi
ſiue ſimplex, nõ multiformis. Licet enim in Epo
pœia plures actiones inſint, tamen ex omnibus, ve
luti pluribus membris vnũ corpus, vna fabula cõ
ponatur neceſſe eſt: ne forte monſtrum Horatiani
naſcatur. Præterea dilitanda & amplificanda eſ
Epopœia pluribus epiſodijs, ſiue digreſsionibus

quarum

quarum varietas leporem, ornatum, venuſtatemq; magnam generat. Tribus autem partibus conſtat, Propoſitione, Inuocatione, Narratione.

DE PROPSITIONE Cap. 3.

POETAE ſtudio habent auditores lecto- reſuè ſuos dociles reddere & attentos: quod onſequimur, vt præcipiunt Rhetores, ſi ſummam auſæ breuiter exponamus: & ſi proponamus qui- uſnam de rebus dicturi ſimus. Quamuis autem rator aliquando docilem facere auditorem non la- oret, cum res aut nota iam, aut humilis, aut par- a eſt, tamen qui magna, nondum cognita explica- rus eſt, vt poeta, nunquam non proponet.

omerus & Virgilius cum proponunt, circuitione tuntur: nec ille Vlyſſem, nec iſte AEneam nomi- t. Sic autem de illis loquuntur, vt facili negotio s ipſos eſſe intelligatur. Quæ res cũ magnòpere lectet, non mediocrem quoq; attentionẽ cõciliat. gienda in huiuſmodi circuitione omnis obſcuri- : ne ibi tenebras ingeramus, vbi lucem præbere buimus. Admonent nonnulli, propoſitionem vt plicem, ita breuem eſſe oportere. Non enim au- or ibi detinendus eſt verbis: qui, vbi rerũ exi- a & ſcopum didicit, ad narrationem feſtinat.

Doctoreseloquentiæ prudenter hoc in præceptis ſuis poſuerunt, vt orationum exordia temperamẽtum quoddã dictionis habeant: vt cincinnis fucis, & induſtria cõparatis ornamentis careant, ne ſuſpicio meditaionis oratori officiat. Principia, inquit Cicero, verecunda, non elatis intenſa verbis, ſed acuta ſententijs. Sic planè, quãquam heroicum poema ornatiſſimum ac politiſſimum eſſe debeat, quod tamẽ ad ingreſſum & principiũ eius attinet, rectè vult Horatius, illud non eſſe par ac ſimile reliquo contextui: ſed aliquanto ſiccius, demiſſius, ſimplicius: à quo omnis ingenij & doctrinæ oſtentatio, omnis granditas, nimius & exquiſitus abſit ornatus. Imitetꝰ pœmiũ muſicũ quod videmꝰ exiliꝰ eſſe, minuſq; clarum. Ne ſit anfractu longo circũducta oratio: ne trãſlationibꝰ audax: nihil magnificè promittat, ne plus æquo comparatum quidquam appareat. Attentiſſimè inhæret lector ipſi principio: in quo nõ licet nobis libero curſu ferri, vt in progreſſu: quoniam animos velut captiuos nondum tenemus. Cyclicum poetam reprehendit Horatius.

Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.
Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?
Parturient montes, naſcetur ridiculus mus.

Deinde Homerum prædicare inſiſtit. is Odyſſeam

longe

ngè ſedatiore initio prætexuit, ſeq; paulatim in
ıblime ſuſtollens magnificentius ingredi cæpit.

Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte
Dic mihi Muſa virum captæ poſt tempora Troiæ,
Qui mores hominum multorum vidit, & vrbes.
Non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem
Cogitat, vt ſpecioſa dehinc miracula promat
Antiphatem Scyllamq;, & cum cyclope charybdim.

DE INVOCATIONE Cap. 4.

RE iam propoſita, diuinam opem implorare vates conſueuerunt. Meritò, noua enim ple-nq;, magna ſemper & admiranda canũt. Eſt au-n ea in hominum mentibus impreſſa opinio, nihil luum ac difficile ſine cæleſti afflatu poſſe per-i: proinde omnes quibus aliquod eſt cum religio. commercium, ad auxilium diuinum opus labo-ſum aggreſſuri confugiunt. Quod ipſum poetę m faciunt, aliorum animos ad beneuolentiam iciunt. Græci inuocationem propoſitioni coniun-nt, vt Homerus in vtroque opere. Latini plerũ-e omnes ſeorſum faciunt. Patet in Æneide & eorgicis, ne alios in præſentia nominem. Quo tẽ-e Imperatores quaſi diuiſum cum Ioue tenebãt perium, vt ait in epigrammate Virgilius, poetę os vt numina inuocabant: vt item aliquando il-

luſtres viros. Nobis autem Chriſtianis (præſer-tim cum argumenta pia, ſacra, diuina ſuſcipimus) pulchrum eſt à Deo opt. max. ab eius filio Ieſ. Chriſto, à Sacroſancto ſpiritu, à Matre Domini, à reliquis immortalibus auxilium poſcere: quor. omnium fauor ſi noſtra ſtudia comitabitur, nihi verendum erit, ne illa parum feliciter procedant. Sicut autem oratori datur poteſtas in ipſo oratio-nis curſu quoties locus requirit, denuo captare be-neuolentiam, & attentionem renouare: ita fas & ius eſt poetæ, vel ob aliquã rei difficultatẽ exor-tam, vel ob grauitatem & magnitudinem, vel no-uitatem, inuocationem iterare. Æn. 7.

Tu vatem, tu diua mone, dicam horrida bella.

DE NARRATIONE Cap. 5.

ANTE ipſam plerunq; narrationẽ, Hiſtori-corum more cauſſas, quamuis altè, & à pri-ma origine enumeramus, quę ſimul ad ipſam expo-ſitionem quaſi viam muniant, eamq; illuſtrent. Si Virgilius cur tantis in Æneam odijs bacharetu Iuno, cauſſas prius quinq; recenſuit, quàm ad nar-rationem aggrederetur. Eiuſdem vero Virgilij, & Homeri exemplo vel à poſtremis, vel à medijs du-cendum narrationis principium, ſecus quàm hiſto-rici

ici ſolent. Hoc illis verſibus prgcepiſſe Horatiũ ruditi contendunt.

Ordinis hæc virtus erit,& Venus, aut ego fallor,
Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici:
Pleraq; differat, & præſens in tempus omittat.

Volunt etiam (iam nunc debentia dici) eſſe media, el poſtrema: (pleraque)eſſe ãtecedẽtia,quæ omit- i debent prę ſens in tempus,hoc eſt in ipſo ingreſ- ſu narrationis, vel in aliud reſeruari tẽpus, quod ommodius illis narrandis videbitur. Ducet ergo arrandi principium Epicus poeta ab aliquo loco il- uſtri, quamuis id principium rei non fuerit. Non nim rerum geſtarum, ſed fictæ cuiuſdã actionis xplicatio eſt narratio Epica. A re aliqua prgſtãti, iquam, quæ in tota fabula multum emineat,etiã illa aut media, aut extrema ſit. Et quemadmo- lum inſigne debet eſſe initium, ſic etiam finis ſiue xitus erit memorabilis:id quod in vtroque poeta, Homero & Virgilio cernimus.

Tres autẽ ſunt virtutes narrationis,breuitas, erſpicuitas, probabilitas. ſecundam & tertiam iligentiſſimè conſectabitur Epicus,eorùmque ra- ionem à Rhetoricæ magiſtris percipiet. Primam agnopere nõ curabit: nihil enim prgter narratio- em habet, nullam confirmationem, nullum epilo-

 gum.

gum. Et hęc narratio ad legentis, ſeu ad vitę humanę vtilitatem, nō ſine magna voluptate cōferri debet. Ergo amplificationes, omneſq; dicendi veneres deſiderat: nec poteſt neceſſarijs tantum, & quadam verborum parſimonia definiri. Nihilominus quandoq; in Epopœiam cadit breuitas: ſiquidem res ipſa interdum pauciſsimis verbis, & verſiculis explicari vult. Vbi ſumma cautio eſt, ne dum breuis eſſe contendit poeta, obſcurus fiat. Illa quoq; breuitatis lex nunquam non obſeruanda erit: vt neq; nimis altè, quaſi ab ouo rem repetamus, neq; vltra quam oportet producamus.

Vitanda igitur obſcuritas, non in breuitate ſolum: ſed aliàs ſemper, & quàm clariſsimè omnia explicanda. Quò pertinet, ne fabulis inſerendis inhiemus: raræ ſint, nec ita abſtruſę, vt mediocriter eruditis multum negotij faceſſant. Ne magnam antiquitatis cognitionē oſtentemus: nec frequenter ad hiſtorias veteres, aut dicta egregia ſapientū alludamꝰ: nam vt iſta opportunè ſi facias, vehementer placent: ſic ipſa frequentia diſplicent, & tenebras gignunt. Fugiēdæ crebræ, & longiuſculæ parentheſes, hyperbata, & quidquid perſpicuitati videtur officere.

Quam

uam vero neceſſariũ ſit, narrare veriſimiliter, is ignorat? ſiquidem Poetæ officium eſt, nõ tã ę facta ſunt, quã quę fieri potuerunt, vt potuent, vel vt debuerunt, exponere. Si igitur nartio illius vera non eſt, nihil peccauit: ſi non eſt riſimilis, hoc eſt, ſi malè imitatur, ſi dicit ea, æ fieri non poſſunt, nomen ſuum amittit.

His tribus virtutibus adiungit Cicero in Par. ſuauitatem. Hanc autem eſſe affirmat, quæ bet admirationes, expectationes, exitus inopitos, interpoſitos motus animorum, colloquia perarum, dolores, iracundias, metus, lætitias, culitates. Hæc non minus Epopœiæ, quã duæ reuæ neceſſaria eſt, & narrationem maximè illuat, ſummamq; poetæ opinionem parit. Iſta verò nia qualia ſint, Æneis docebit. Mirificus etiã auitatis artifex Homerus eſt. Ornanda præea, & varianda erit narratio epiſodijs, & aſper ida rerum futurarum ſemina, interimq; in prętibus iucundè morandus auditor. Adhibenda ũ, & verborum multa viciſſitudo varietàſque. auiter omnia dicenda, non tumidè, non compara. Videndũ ne prima medijs, vltima primis diſant, & quæ deſperamus tractata niteſcere

poſſe,

poſſe illa relinquenda ſunt.

Hæc de vniuerſo Epici poematis genere di
breuiter ſint. Reliqua poetarum, & ante omn
Virgilij lectione diſcentur. Illiud verò omittẽ
non eſt, in ea quidem Epopœia ſiue carmine pa
gyrico, vbi vel diuina myſteria, vel Deipa
Virginis, vel cuiuſquam è cęleſtibus laudes p
concione celebrari mos eſt, adhiberi, non ſolum p
ſe, ſed debere interdum, perorationem, qua pop
lum ad imitationem, aut ad aliquẽ pietatis affec
hortemur, vel quidpiam ſimile faciamus. Poſſe
intercalares, quos appellant, verſus, modicè
men & opportune interſeri.

EXEMPLA EPOPOEIÆ. Cap.

CVM tota Maronis Æneis, perpetua qu
dam ſit, & integra, omnibusq; abſoluta n
meris Epopœia; quiſquis librum, poema ve p
longum condere meditatur, huic perneceſſarium
Æneidos libros omnes

Noctura verſare manu, verſare diurna.

Qui verò minora quędam opera molitur, ſatis
ſuperq; eßе cenſuimus, ſi Epopœiæ partium ſ
gularum exempla, non ex virgilio ſolùm ſed
alijs etiam poetis illuſtribus proponantur.

Pro

ROPOSITIONIS, SIMVL ET Inuocationis ac Narrationis. Æn. 1.

(*)

LLE ego, qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, &, egreſſus ſiluis, vicina coegi,
Vt quamuis auido parerent arua colono,
atum opus agricolis: At nunc horrentia Martis
ma, virumque cano; Troiæ qui primus ab oris
liam, fato profugus, Lauinàque venit
tora: multum ille & terris iactatus, & alto,
ſuperum, ſæuæ memorem Iunonis ob iram.
ılta quoque & bello paſſus, dum conderet vrbem,
erretque deos Latio, genus vnde Latinum,
oanique patres, atque altæ mœnia Romæ.
ſa mihi cauſſas memora, quo numine læſo,
iid ve dolens regina deum, tot voluere caſus
ignem pietate virum, tot adire labores
pulerit. tantæ ne animis celeſtibus iræ?
bs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni,
rthago, Italiam contra, Tiberinaque longe
ia, diues opum, ſtudiiſque aſperrima belli:
iam Iuno fertur terris magis omnibus vnam,
ſthabita coluiſſe Samo. hic illius arma,
currus fuit: hoc regnum dea gentibus eſſe,
ua fata ſinant, iam tum tenditque, fouetque.
geniem ſed enim Troiano a ſanguine duci
dierat, Tyrias olim quæ verteret arces:
c populum late regem, belloque ſuperbum
turum excidio Lybię: ſic voluere Parcas.
etuens, veteriſque memor Saturnia belli,
na quod ad Troiam pro caris geſſerat Argis:

Nec dum

Nec dum etiam cauſſæ irarum, ſæuique dolores
Exciderant animo: manet alta mente repoſtum
Iudicium Paridis, ſpretæq; iniuria formæ,
Et genus inuiſum, & rapti Ganymedis honores.
His accenſa ſuper iactatos æquore toto
Troas, relliquias Danaum, atque immitis Achilli,
Arcebat longe Latio: multoſque per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum.
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

TOTO deinde Virgilij poemate nihil ni[...] varia adhibetur narratio; varia affectuum[...] morum, ſermonum expreßio, varia perſonarũ i[...] ductio, varia rerum deſcriptio, digreßiones vari[...] ſeu epiſodia, variæ tandem actiones, actionum[...] imitationes.

IVNONIS IRA PERCITAE ORATIO

Vix e conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti, & ſpumas ſalis ære ruebant;
Cum Iuno æternum ſeruans ſub pectore vulnus,
Hæc ſecum. mene incepto deſiſtere victam?
Nec poſſe Italia Teucrorum auertere regem?
Quippe vetor fatis. Pallas ne exurere claſſem
Argiuum, atque ipſos potuit ſubmergere ponto,
Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei?
Ipſa Iouis rapidum iaculata e nubibus ignem,
Diſiecitque rates, euertitque æquora ventis.
Illum expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, ſcopuloque infixit acuto.
Aſt ego, quæ diuum incedo regina, Iouiſque
Et ſoror, & coniux, vna cum gente tot annos
Bella gero. & quiſquam numen Iunonis adoret

Præter[...]

ſterea? aut ſupplex aris imponat honorem?

TEMPESTATIS HYPOTYPOSIS.

æc vbi dicta, cauum conuerſa cuſpide montem
Impulit in latus. at venti, velut agmine facto,
à data porta, ruunt, & terras turbine perflant.
ibuere mari, totumque a ſadibus imis
Euruſque, Notuſque ruunt, creberque procellis
icus, & vaſtos voluunt ad littora fluctus.
quitur clamorque virum, ſtridorque rudentum.
piunt ſubito nubes cælumque, diemque
crorum ex oculis: ponto nox incubat atra.
nuere poli, & crebris micat ignibus æther:
ſentemque viris intentant omnia mortem.
emplo Aeneæ ſoluuntur frigore membra:
mit, & duplices tendens ad ſidera palmas,
a voce refert: O terque, quaterque beati.
is ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis
tigit oppetere: o Danaum fortiſsime gentis
ide, me ne Iliacis ocumbere campis
potuiſſe, tuaque animam hanc effundere dextra?
is vbi Aeacidæ telo iacet Hector, vbi ingens
edon, vbi tot Simois correpta ſub vndis
a virum, galeaſque, & fortia corpora voluit.
a iactanti ſtridens Aquilone procella
m aduerſa ferit, fluctuſque ad ſidera tollit.
guntur remi: tum prora auertit, & vndis
latus: inſequitur cumulto præruptus aquæ mons;
ummo in flucto pendent: his vnda dehiſcens
am inter fluctus aperit: furit æſtus arenis.
s Notus abreptas in ſaxa latentia torquet
vocant Itali medijs quæ influctibus aras:
um immane mari ſummo. tres Eurus ab alto
enia, & Syrtes vrget, (miſerabile viſu)
q; vadis, atq; aggere cingit arenæ.

Vnam, quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem,
Ipſius ante oculos ingens a vertice pontus
In puppim ferit: excutitur, pronuſque magiſter
Voluitur in caput. aſt illum ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.
Apparent rari nantes in gurgite vaſto:
Arma virum, tabulæq;, & Troia gaza per vndas:
Iam validam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ,
Et qua vectus Abas, & qua grandæuus Alethes,
Vicit hyems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimiſque fatiſcunt.

QVALEM ÆNEAS VISVS SI-*bi fuerit Hectorem videre Æn. 2.*

(*)

TEMPVS erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & ſomno diuum gratiſsima ſerpit.
In ſomnis ecce ante oculos mæſtiſsimus Hector
Viſus adeſſe mihi, largoſque effundere fletus,
Raptatus bigis, vt quondam, aterque cruento
Puluere, perque pedes traiectus lora tumentes.
Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuuias indutus Achillis,
Vel Danaum Prygios iaculatus puppibus ignes;
Squalentem barbam, & concretos ſanguine crines,
Vulneraque illa gerens, quæ circum plurima muros
Accepit patrios: vltro flens ipſe videbar
Compellare virum, & mæſtas expromere voces:
O lux Dardaniæ, ſpes o fidiſsima Teucrum,
Quæ tantæ tenuere moræ? quibus Hector ab oris
Expectate venis, vt te poſt multa tuorum
Funera, poſt varios hominumque, vrbiſque labores

eſsi aſpicimus? quæ cauſa indigna ſerenos
auit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?
nihil: nec me quærentem vana moratur:
grauiter gemitus imo de pectore ducens,
fuge nate dea, teque his, ait, eripe flammis.
is habet muros: ruit alto a culmine Troia.
artiæ, Priamoque datum, ſi Pergama dextra
ndi poſſent, etiam hac defenſa fuiſſent.
a, ſuoſque tibi commendat Troia penates.
cape fatorum comites: his mœnia quære,
na pererrato ſtatues quæ denique ponto.

PATREM AB INCENDIO Eripit.

o equidem, nec nate tibi comes ire recuſo,
ixerat ille: & iam per mœnia clarior ignis
tur, propiuſque æſtus incendia voluunt.
age care pater ceruici imponere noſtræ:
ſubibo humeris, nec me labor iſte grauabit:
res cumque cadent, vnum, & commune periclum,
ſalus ambobus erit. mihi paruus Iulus
mes, & longe ſeruet veſtigia coniux.
famuli, quæ dicam, animis aduertite veſtris.
be egreſsis tumulus, templumque vetuſtum
ſtæ Cereris, iuxtaque antiqua cupreſſus,
gione patrum multos ſeruata per annos.
ex diuerſo ſedem veniemus in vnam.
enitor cape ſacra manu, patrioſque Penates.
ello e tanto digreſſum, & cæde recenti,
ctare nefas, donec me flumine viuo
ero.
atus, latos humeros, ſubiectaque colla

Veſte

Veſte ſuper, fuluique inſternor pelle leonis.
Succedoque oneri. dextræ ſe paruus Iulus
Implicuit, ſequiturque patrem non paſsibus æquis.
Pone ſubit coniux. ferimur per opaca locorum:
Et me, quem dudum non vlla iniecta mouebant
Tela, neque aduerſo glomerati ex agmine Graij,
Nunc omnes terrent auræ, ſonus excitat omnis
Suſpenſum, & pariter comitique, oneríque timentem.

POLYDORI FVNVS Æn. 3.

Ergo inſtauramus Polydoro funus: & ingens
Aggeritur tumulo tellus: ſtant manibus aræ
Cæruleis mæſtæ vittis, atraque cupreſſo:
Et circum Iliades cirnem de more ſolutæ.
Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte,
Sanguinis & ſacri pateras: animamque ſepulcro
Condimus, & magna ſupremum voce ciemus.

TEMPESTATIS ALIA HYPO- *typoſis.*

Vela damus vaſtumque caua trabe currimus æquor.
poſtquam altum tenuere rates; nec iam amplius vllæ
Apparent terræ; cælum vndique, & vndique pontus:
Tum mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber,
Noctem, hyememque ferens; & inhorruit vnda tenebris.
Continuo venti voluunt mare; magnaque ſurgunt
Aequora: diſperſi iactamur gurgite vaſto.
Inuoluere diem nimbi, & nox humida cælum
Abſtulit: ingeminant abruptis nubibus ignes.
Excutimur curſu, & cæcis erramus in vndis.
Ipſe diem, noctemque negat diſcernere cælo,
Nec meminiſſe viæ media Palinurus in vnda.

Tres ad-

res adeo incertos cæca caligine ſoles
ramus pelago, totidem ſine ſidere noctes.
uarto terra die primum ſe attollere tandem
ſa, aperire procul montes, ac voluere fumum.
la cadunt: remis inſurgimus: haud mora nautæ,
nixi torquent ſpumas & cærula verrunt.

FAMÆ DESCRIPTIO. Æn. 4.

templo Lybiæ magnas it fama per vrbes,
Fama, malum, quo non aliud velocius vllum:
bi itate viget, vireſque acquirit eundo,
ua metu primo, mox ſeſe attollit in auras,
editurque ſolo, & caput inter nubila condit.
n terra parens, ira irritata deorum,
emam (vt perhibent) Cæo, Enceladoque ſororem
genuit, pedibus celerem, & pernicibus alis,
ſtrũ horrendum, ingens: cui quot ſunt corpore plumæ,
vigiles oculi ſubter; (mirabile dictu)
linguæ, totidem ora ſonant: tot ſubrigit aures.
e volat cæli medio, terraq; per vmbram,
ens, nec dulci declinat lumina ſomno.
ſedet cuſtos, aut ſummi culmine tecti,
ibus aut altis, & magnas territat vrbes,
ficti, prauique tenax, quam nuncia veri.
tum multiplici populos ſermone replebat
ens, & pariter facta, atque infecta canebat:
ſe Aeneam, Troiano à ſanguine cretum,
pulchra viro dignetur iungere Dido.

RCVRII LEGATIO CADV- *ceiq; deſcriptio.*

ic Mercurium alloquitur, ac talia mandat:
ge nate, voca zephyros; & labere pennis;

D Dardan-

Dardaniumque ducem, Tyria Carthagine qui nunc
Expectat, fatiſque datas non reſpicit vrbes,
Alloquere, & celeres defer mea dicta per auras.
Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promiſit, Graiumque ideo bis vindicat armis.
Sed fore, qui grauidam imperijs, belloque frementem
Italiam regeret, genus alto a ſanguine Teucri
Proderet, ac totum ſub leges mitteret orbem.
Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem:
Aſcanio ne pater Romanas inuidet arces?
Quid ſtruit? aut qua ſpe inimica in gente moratur?
Nec prolem Auſoniam, & Lauinia reſpicit arua?
Nauiget. hæc ſumma eſt: hic noſtri nuntius eſto.
Dixerat: ille patris magni parere parabat
Imperio: & primum pedibus talaria nectit
Aurea, quæ ſublimem alis, ſiue æquora ſupra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.
Tum virgam capit. hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit,
Dat ſomnos, adimitque, & lumina morte reſignat.
Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila. iamque volans apicem, & latera ardua cernit
Atlantis duri, cælum qui vertice fulcit;
Atlantis, cinctum aſsidue cui nubibus atris
Piniferum caput, & vento pulſatur, & imbri:
Nix humeros infuſa tegit: tum flumina mento
Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.
Hic primum paribus nitens Cyllenius alis
Conſtitit: hinc toto præceps ſe corpore ad vndas
Miſit, aui ſimilis, quæ circum litora, circum
Piſcoſos ſcopulos humilis volat æquora iuxta.
Haud aliter terras inter, cælumque volabat,

ſtus arenoſum Libyæ, ventoſque ſecabat,
laterno veniens ab auo Cyllenia proles.

NAVTARVM DILIGENTIA.

Tum vero Teucri incumbunt, & litore celſas
Deducunt toto naues: natat vncta carina:
ondenteſque ferunt remos, & robora ſiluis
fabricata fugæ ſtudio.
igrantes cernas, totaque ex vrbe ruentes,
veluti ingentem formicæ farris aceruum
m populant, hiemis memores, tectoque reponunt,
nigrum campis agmen, prædamque per herbas
nuectant calle anguſto. pars grandia trudunt
nixæ frumenta humeris: pars agmina cogunt:
tigantque moras: opere omnis ſemita feruet.

VIR AD PRECES INEX- orabilis.

ibus orabat, taleſque miſerrima fletus
que, refertque ſoror. ſed nullis ille mouetur
ibus, aut voces vllas tractabilis audit.
obſtant, placidaſque viri deus obſtruit aures.
eluti annoſam valido cum robore quercum
ni Boreæ nunc hinc, nunc, flatibus illinc
re inter ſe certant: it ſtridor, & alte
ternunt terram, concuſſo ſtipite, frondes:
hæret ſcopulis, &, quantum vertice ad auras
erias, tantum radice in tartara tendit:
ſecus aſsiduis hinc atque hinc vocibus heros
itur, & magno perſentit pectore curas.
immota manet, lacrymæ voluuntur inanes.
vero infelix fatis exterrita Dido
m orat: tædet cæli conuexa tueri.

REGINÆ MORIENTIS *proſopopœia.*

Dulces exuuiæ, dum fata, deuſque ſinebant,
Accipite hanc animam, meque his exoluite curis.
Vixi, &, quem dederat curſum fortuna, peregi:
Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.
Vrbem præclaram ſtatui: mea mœnia vidi:
Vlta virum, pœnas inimico a fratre recepi.
Felix, heu nimium felix, ſi littora tantum
Nunquam Dardaniæ tetigiſſent noſtra carinæ.
Dixit: & os impreſſa toro, Moriemur inultæ?
Sed moriamur, ait: ſic ſic iuuat ire ſub vmbras.
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, & noſtræ ſecum ferat omina mortis.
Dixerat: atque illam media inter talia ferro
Collapſam aſpiciunt comites, enſemque cruore
Spumantem, ſparſaſque manus. it clamor ad alta
Atria: concuſſam bacchatur fama per vrbem.

FILII ERGA PARENTEM *pietas.* Æn. 5.

Poſtera cum primo ſtellas oriente fugarat
Clara dies, ſocios in cœtum littore ab omni
Aduocat Aeneas, tumulique ex aggere fatur:
Dardanidæ magni, genus alto a ſanguine diuum,
Annuus exactis completus menſibus orbis,
Ex quo relliquias, diuinique oſſa parentis
Condidimus terra, mæſtaſque ſacrauimus aras.
Iamque dies, ni fallor, adeſt, quem ſemper acerbum,
Semper honoratum (ſic dij voluiſtis) habebo.
Nunc ego Getulis agerem ſi ſyrtibus exul,

rgolico ve mari deprenſus, & vrbe Mycenæ:
nnua vota tamen, ſollenneſque ordine pompas
xequerer, ſtrueremque ſuis altaria donis.
unc vltro ad cineres, ipſius & oſſa parentis,
aud equidem ſine mente reor, ſine numine diuum,
dſumus, & portus delati intramus amicos.
go agite, & cuncti lætum celebremus honorem:
ſcamus ventos: atque hæc me ſacra quotannis
be velit poſita templis ſibi ferre dicatis.

PARENTIS SVI VMBRA *apparet Æneæ.*

iſa dehinc cælo facies delapſa parentis
Anchiſæ ſubito tales effundere voces:
te, mihi vita quondam, dum vita manebat,
re magis, nate Iliacis exercite fatis,
perio Iouis huc venio, qui claſsibus ignem
pulit, & cælo tandem miſeratus ab alto eſt.
nſilijs pare, quæ nunc pulcherrima Nautes
t ſenior: lectos iuuenes, fortiſsima corda,
fer in Italiam: gens dura, atque aſpera cultu
bellanda tibi Latio eſt. Ditis tamen ante
ernas accede domos, & Auerna per alta
ngreſſus pete nate meos. non me impia nanque
rtara habent, triſteſque vmbræ: ſed amœna piorum
ncilia, Elyſiumque colo. huc caſta Sibyla
grarum multo pecudum te ſanguine ducet:
m genus omne tuum, &, quæ dentur mœnia, diſces.
nque vale: torquet medios nox humida curſus;
ne ſæuus equis oriens afflauit anhelis.
erat, & tenues fugit ceu fumus in auras.
eas quo deinde ruis? quo proripis, inquit?

Quem fugis? aut quis te noſtris complexibus arcet?

ÆNEÆ CVM SIBYLLA Colloquium. Æn. 6.

Incipit Aeneas heros: Non vlla laborum,
O virgo, noua mi facies, inopina ve ſurgit:
Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.
Vnum oro; (quando hic inferni ianua regis
Dicitur, & tenebroſa palus Acheronte refuſo)
Ire ad conſpectum cari genitoris, & ora
Contingat, doceas iter, & ſacra oſtia pandas.
Illum ego per flammas, & mille ſequentia tela
Eripui his humeris; medioque ex hoſte recepi:
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum,
Atque omnes pelagique minas cælique ferebat
Inualidus, vires vltra, ſortemque ſenectæ.
Quin, vt te ſupplex peterem, & tua limina adirem,
Idem orans mandata dabat. natiriſque, patriſque
Alma precor miſerere· potes namque omnia: nec te
Nequidquam lucis Hecate præfecit Auernis.
Si potuit manes arceſſere coniugis Orpheus,
Threicia fretus cithara, fidibuſque canoris:
Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itque, reditque viam toties. quid Theſea? magnum
Quid memorem Alciden? & mi genus ab Ioue ſummo.
Talibus orabat dictis, araſque tenebat.
Tunc ſic orſa loqui vates: Sate ſanguine diuum
Tros Anchiſiade, facilis deſcenſus Auerni:
Noctes, atque dies patet atri ianua Ditis:
Sed reuocare gradum, ſuperaſque euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor eſt. pauci, quos æquus amauit
Iupiter, aut ardens euexit ad æthera virtus,
Dijs geniti potuere. tenent media omnia ſiluæ,

cytuſque ſinu labens circumduit atro.
uod ſi tantus amor menti, ſi tanta cupido eſt,
Stygios innare lacus, bis nigra videre
rtara, & inſano iuuat indulgere labori,
cipe, quæ peragenda prius. latet arbore opaca
r.us & folijs, & lento vimine ramus,
oni infernæ dictus ſacer. hunc tegit omnis
cus, & obſcuris claudunt conuallibus vmbræ,
non ante datur telluris operta ſubire,
ricomos quam quis decerpſerit arbore fœtus.
: ſibi pulchra ſuum ferri Proſerpina munus
tituit. primo auulſo non deficit alter
reus, & ſimili frondeſcit virga metallo.
go alte veſtiga oculis, & rite repertum
rpe manu. namque ipſe volens, faciliſque ſequetur,
e fata vocant. aliter non viribus vllis
ncere, nec duro poteris conuellere ferro.

NVOCATIO AD NARRANda quæ apud inferos.

ij, quibus imperium eſt animarum, vmbræque ſilentes,
Chaos, & Phlegthon, loca nocte ſilentia late,
mihi fas audita loqui, ſit numine veſtro,
ndere res alta terra, & caligine merſas.
nt obſcuri ſola ſub nocte per vmbras,
rque domos Ditis vacuas, & inania regna:
uale per incertam Lunam ſub luce maligna
iter in ſiluis, vbi cælum condidit vmbra
piter, & rebus nox abſtulit atra colorem.
ſtibulum ante ipſum, primiſque in faucibus Orci,
ctus, & vltrices poſuere cubilia curæ:
lenteſque habitant morbi, triſtiſque ſenectus

Et metus, & maleſuada Fames, & turpis egeſtas,
Terribiles viſu formæ, Lethumque, Laborque:
Tunc conſanguineus Lethi ſopor, & mala mentis
Gaudia, mortiferumque aduerſo in limine Bellum,
Ferreique Eumenidum thalami, & Diſcordia demens,
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.
In medio ramos, annoſaque brachia pandit
Vlmus opaca, ingens: quam ſedem ſomnia vulgo
Vana tenere ferunt, folijſque ſub omnibus hærent
Multaque præterea variarum monſtra ferarum.

DAMNATORVM LOCA, ET *tormenta.*

Reſpicit Aenes ſubito, & ſub rupe ſiniſtra
Mœnia lata videt triplici circundata muro;
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon, torquetque ſonantia ſaxa.
Porta aduerſa ingens, ſolidoque adamante columnæ;
Vis vt nulla virum, non ipſi excindere ferro
Cælicolæ valeant. ſtat ferrea turris ad auras:
Tiſiphoneque ſedens, palla ſuccincta cruenta,
Veſtibulum inſomnis ſeruat noctesque, dieſque.
Hinc exaudiri gemitus, & ſæua ſonare
Verbera, tum ſtridor ferri, tractæque cathenæ.
Conſtitit Aeneas, ſtrepitumque exterritus hauſit.
Quæ ſcelerum facies? o virgo effare: quibus ve
Vrgentur pœnis? quis tantus plangor ad auras?
Tum vates ſic orſa loqui: Dux inclyte Teucrum,
Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen.
Sed me, cum lucis Hecate præfecit Auernis,
Ipſa deum pœnas docuit, perque omnia duxit.
Gnoſius hæc Rhadamantus habet duriſsima regna:

Caſti

aſtigatque. audit que dolos, ſubigitque fateri,
uæ quis apud ſuperos, furto lætatus inani,
iſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.
ontinuo ſontes vltrix accincta flagello
ſiphone quatit inſultans, toruoſque ſiniſtra
tentans angues, vocat agmina ſæua ſororum.
um demum horriſono ſtridentes cardine ſacræ.
nduntur portæ. cernis, cuſtodia qualis
ſtibulo ſedeat? facies quæ limina ſeruet?
uinquaginta atris immanis hiatibus Hydra
uior intus habet ſedem: tum Tartarus ipſe
patet in præceps tantum, tenditque ſub vmbras,
uantus ad æthereum cæli ſuſpectus olympum.
c genus antiquùm terræ, Titania pubes,
mine deiecti, fundo voluuntur in imo.
& Aloidas geminos, immania vidi
rpora, qui manibus magnum reſcindere cælum
greſsi, ſuperiſque Iouem detrudere regnis.
li & crudeles dantem Salmonea pœnas,
m flammas Iouis, & ſonitus imitatur Olympi.
attuor hic inuectus equis, & lampada quaſſans,
Graium populos, mediæque per Elidis vrbem
ouans, diuumque ſibi poſcebat honorem;
mens, qui nimbos, & non imitabile fulmen
e, & cornipedum curſu ſimularat equorum.
pater omnipotens denſa inter nubila telum
torſit, non ille faces, nec fumea tedis
mina; præcipitemque immani turbine adegit.
non & Tityon, terræ omnipotentis alumnum,
nere erat: per tota nouem cui iugera corpus
rigitur; roſtroque immanis vultur obunco
ortale iecur tundens, fœcundaque pœnis
ra, rimaturque epulis, habitatque ſub alto

Pectore: nec fibris requies datur vlla renatis.
Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque?
Quos ſuper atra ſilex iam iam lapſura, cadentique
Imminet aſsimilis. lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris, epulæque ante ora paratæ
Regifico luxu. furiarum maxima iuxta
Accubat, & manibus prohibet contingere menſas,
Exurgitque facem attollens, atque intonat ore.
Hic, quibus inuiſi fratres, dum vita manebat,
Pulſatus ve parens, & fraus innexa clienti;
Aut qui diuitijs ſoli incubuere repertis,
Nec partem poſuere ſuis; quæ maxima turba eſt;
Quique ob adulterium cæſi, quique arma ſecuti
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras;
Quam pœnam, aut quæ forma viros, fortuna ve merſit.
Saxum ingens voluunt alij, radijſque rotarum
Diſtricti pendent. ſedet, æternumque ſedebit
Infelix Theſeus: Phlegyaſque miſerrimus omnes
Admonet, & magna teſtatur voce per vmbras:
Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos.
Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem
Impoſuit; fixit leges pretio, atque refixit.
Hic thalamum inuaſit natæ, vetitoſque Hymenæos.
Auſi omnes immane nefas, auſoque potiti.
Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes ſcelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem.

SEDIVM BEATARVM
Deſcriptio.

Deuenere locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, ſedeſque beatas.

gior hic campos æther, & lumine veſtit
purpureo, ſolemque ſuum ſua ſidera norunt.
in gramineis exercent membra palæſtris:
tendunt ludo, & fulua luctantur arena:
pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.
non Threicius longa cum veſte ſacerdos
oquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum:
que eadem digitis, iam pectine pulſat eburno.
genus antiquum, Teucri pulcherrima proles,
nanimi heroes, nati melioribus annis,
ue, Aſſaracuſque, & Troiæ Dardanus auctor.
a procul, curruſque virum miratur inanes.
t terræ defixæ haſtæ, paſsimque ſoluti
campos paſcuntur equi. quæ gratia currum,
orumque fuit viuis, quæ cura nitentes
re equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.
picit ecce alios, dextra læuaque per herbam
entes: lętumque choro Pæana canentes,
odoratum lauri nemus; vnde ſuperne
imus Eridani per ſiluam voluitur amnis.
manus ob patriam pugnando vulnera paſsi:
que ſacerdotes caſti, dum vita manebat:
que pij vates, & Phœbo digna locuti:
ntas aut qui vitam excoluere per artes:
que ſui memores alios fecere merendo.
ibus his niuea cinguntur tempora vitta.

VOCATIO PROPOSITIONE
mixta, quã & Narratio ſequitur Æn. 7.

c age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum,
is Latio antiquo fuerit ſtatus, aduena claſſem

Cum

Cum primum Auſonijs exercitus appulit oris,
Expediam, & primæ reuocabo exordia pugnæ.
Tu vatem, tu Diua mone. dicam horrida bella:
Dicam acies, actoſque animis in funera reges,
Tyrrhenamque manum, totamque ſub arma coactam
Heſperiam. maior rerum mihi naſcitur ordo:
Maius opus moueo. Rex arua Latinus, & vrbes,
Iam ſenior, longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno, & nympha genitum Laurente Marica
Accipimus. Fauno Picus pater: iſque parentem
Te Saturne refert: tu ſanguinis vltimus auctor.
Filius huic fato diuum, proleſque virilis
Nulla fuit, primaque oriens erepta iuuenta eſt.
Sola domum, & tantas ſeruabat filia ſedes,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
Multi illam magno e Latio, totaque petebant
Auſonia. petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus auis, atauiſque potens: quem regia coniux
Adiungi generum miro properabat amore:
Sed varijs portenta deum terroribus obſtant.

IVNONIS FVROR OB ÆNEA[...] cũ *Latino rege inita fœdera.*

Talibus Aeneadæ donis, dictiſque Latini,
Sublimes in equis redeunt, pacemque reportant.
Ecce autem Inachijs ſeſe referebat ab Argis
Sæua Iouis coniux, auraſque inuecta tenebat,
Et lætum Aeneam, claſſemque ex æthere longe
Dardaniam Siculo proſpexit ab vſque Pachyno.
Moliri iam tecta videt, iam fidere terræ,
Deſeruiſſe rates. ſtetit acri fixa dolore:
Tum quaſſans caput hæc effudit pectore dicta.

u ſtirpem inuiſam, & fatis contraria noſtris
a Phrygum. num Sigæis occumbere campis,
m capti potuere capi? num inſenſa cremauit
oia viros? medias acies, medioſque per ignes
enere viam? at, credo, mea numina tandem
ſa iacent, odijs aut exſaturata quieui.
iin etiam patria excuſſos infeſta per vndas
ſa ſequi, & profugis toto me opponere ponto.
ſumptæ in Teucros vires cælique, mariſque.
uid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vaſta Charybdis
ofuit? optato conduntur Tybridis alueo,
uri pelagi, atque mei. Mars perdere gentem
manem Lapithum valuit: conceſsit in iras
e deum antiquam genitos Calydona Dianæ:
iod ſcelus aut Lapithis tantum, aut Calydone merente?
ego, magna Iouis coniux, nil linquere inauſum
uæ potui infelix, quæ memet in omnia verti,
icor ab Aenea? quod ſi mea numina non ſunt
gna ſatis, dubitem haud equidem implorare quod vſquã
ctere ſi nequeo ſuperos, Acheronta mouebo. (eſt.
n dabitur regnis (eſto) prohibere Latinis,
que immota manet fatis Lauinia coniux:
trahere, atque moras tantis licet addere rebus:
licet amborum populos excindere regum.
c gener, atque ſocer coeant mercede ſuorum.
guine Troiano, & Rutulo dotabere virgo:
Bellona manet te pronuba. nec face tantum
ſeis prægnans ignes enixa iugales:
iin idem Veneri partus ſuus, & Paris alter,
neſtæque iterum recidiua in Pergama tedæ.
c vbi dicta dedit, terras horrenda petiuit:
ctiſicam Alecto dirarum ab ſede ſororum,
rniſque ciet tenebris: cui triſtitia bella,

Iræque, inſidiæque, & crimina noxia cordi.
Odit & ipſe pater Pluton, odere ſorores
Tartareæ monſtrum: tot ſeſe vertit in ora,
Tam ſæuæ facies, tot pullulat atra colubris.
Quam Iuno his acuit verbis, ac talia fatur:
Hunc mihi da proprium virgo ſata nocte laborem,
Hanc operam, ne noſter honos, infracta ve cedat
Fama loco, neu connubijs ambire Latinum
Aeneadæ poſsint, Italos ne obſidere fines.
Tu potes vnanimes armare in prœlia fratres,
Atque odijs verſare domos: tu verbera tectis,
Funereaſque inferre faces: tibi nomina mille,
Mille nocendi artes: fœcundum concute pectus.
Diſiice compoſitam pacem, ſere crimina belli:
Arma velit, poſcatque ſimul, rapiatque iuuentus.

ARMA FABRICARI VVLCA-
nus imperat. Æn. 8.

Tollite cuncta, inquit, cœptos auferte labores
Aetnæi Cyclopes, & huc aduertite mentem.
Arma acri facienda viro: nunc viribus vſus,
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magiſtra:
Præcipitate moras. nec plura effatus, at illi
Ocyus incubuere omnes, pariterque laborem
Sortiti: fluit æs riuis, aurique metallum:
Vulnificuſque chalybs vaſta fornace liqueſcit.
Ingentem clypeum informant, vnum omnia contra
Tela Latinorum, ſeptenoſque orbibus orbes
Impediunt. alii ventoſis follibus auras
Accipiunt, redduntque: alii ſtridentia tingunt
Aera lacu: gemit impoſitis incudibus antrum.
Illi inter ſeſe multa vi brachia tollunt

In numer-

numerum, verſantque tenaci forcipe maſſam.

EVNTEM AD BELLA *Pallantem Euander alloquitur.*

um pater Euandrus dextram complexus euntis
Hæret, inexpletum lacrymans, ac talia fatur:
mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos
ialis eram, cum primam aciem Præneſte ſub i ſa
aui, ſcutorumque incendi victor aceruos,
regem hac Herilum dextra ſub Tartara miſi:
ſcenti cui tres animas Feronia mater,
rrendum dictu, dederat: terna arma mouenda:
telo ſternendus erat. cui tum tamen omnes
ſtulit hæc animas dextra, & totidem exuit armis.
n ego nunc dulci amplexu diuellerer vſquam
te tuo; neque finitimus Mezentius vnquam.
ic capiti inſultans, tot ferro ſæua dediſſet
era, tam multis viduaſſet ciuibus vrbem.
vos o ſuperi, & diuum tu maxime rector
piter, Arcadii quæſo miſereſcite regis,
patrias audite preces. ſi numina veſtra
lumen Pallanta mihi, ſi fata referuant;
iſurus eum viuo, & venturus in vnum;
m oro: patiar quemuis durare laborem.
aliquem infandum caſum fortuna minaris:
nc o, nunc liceat crudelem abrumpere vitam,
n curæ ambiguæ, dum ſpes incerta futuri:
n te care puer, mea ſera, & ſola voluptas,
nplexu teneo; grauior ne nuncius aures
neret. Hæc genitor digreſſu dicta ſupremo
debat: famuli collapſum in tecta ferebant.

STRENVI DVCIS EFFIGIE

Æn. 9.

Turnus vt ante volans tardum præceſſerat agmen,
Viginti lectis equitum comitatus, & vrbi
Improuiſus adeſt: maculis quem Thracius albis
Portat equus, criſtaque tegit galea aurea rubra.
Ecquis erit mecum iuuenes, qui primus in hoſtem?
En, ait; & iaculum intorquens emittit in auras,
Principium pugnæ, & campo ſeſe arduus infert.
Clamorem excipiunt ſocij, fremituque ſequuntur
Horriſono. Teucrum mirantur inertia corda,
Non æquo dare ſe campo, non obuia ferre
Arma viros, ſed caſtra fouere. huc turbidus, atque huc
Luſtrat equo muros, aditumque per auia quærit.
Ac veluti pleno lupus inſidiatus ouili,
Cum fremit ad caulas ventos perpeſſus, & imbres
Nocte ſuper media, tuti ſub matribus agni
Balatum exercent: ille aſper, & improbus ira
Sæuit in abſentes: collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & ſiccæ ſanguine fauces:
Haud aliter Rutulo, muros, & caſtra tuenti,
Igneſcunt iræ, & duris dolor oſsibus ardet,
Qua tentet ratione aditus, & quæ via clauſos
Excutiat Teucros vallo, atque effundat in æquor.

INVOCATIO AD EXPOSITIO-

nem qua cauſa ignis ab Æneæ claſſe depulſus.

Quis deus, o Muſæ, tam ſæua incendia Teucris
Auertit? tantos ratibus quis depulit igneis?

Dici

ite. priſca fides facto; ſed fama perennis.
npore, quo primum Phrygia formabat in Ida
eas claſſem, & pelagi petere alta parabat,
deum fertur genitrix Berecynthia magnum
ibus his affata Iouem: Da nate petenti,
od tua cara parens domito te poſcit Olympo.
a ſilua mihi multos dilecta per annos
us in arce fuit ſumma, quo ſacra ferebant,
ranti picea, trabibuſque obſcurus acernis.
ego Dardanio iuueni, cum claſsis egeret,
a dedi: nunc ſollicitam timor anxius vrget.
e metus, atque hoc precibus ſine poſſe parentem,
curſu quaſſatæ vllo, neu turbine venti
antur: proſit noſtris in montibus ortas.
s huic contra, torquet qui ſidera mundi:
nitrix, quo fata vocas? aut quid petis iſtis?
tali ne manu factæ, immortale carinæ
abeant? certuſque incerta pericula luſtret
as? cui tanta deo permiſſa poteſtas?
o, vbi defunctæ finem, portuſque tenebunt
nios, olim quæcunque euaſerit vndis,
aniumque ducem Laurentia vexerit arua,
talem eripiam formam, magnique iubebo
oris eſſe deas; qualis Nereia Doto,
latea ſecant ſpumantem pectore pontum.
rat, idque ratum Stygij per flumina fratris,
ice torrentes, atraque voragine ripas
it, & totum nutu tremefecit Olympum.

AMICITIÆ TYPVS.

amen interea calido mihi ſanguine pœnas
rſolues amborum, inquit: ſimul enſe recluſo
a Euryalum. tunc vero exterritus, amens

Conclamat Niſus: nec ſe cælare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.
Me me: adſum, qui feci: in me conuertite ferrum
O Rutuli. mea fraus omnis: nihil iſte, nec auſus,
Nec potuit: cælum hoc, & ſidera conſcia teſtor.
Tantum infelicem nimium dilexit amicum.
Talia dicta dabat: ſed viribus enſis adactus
Tranſadigit coſtas, & candida pectora rupit.
Voluitur Euryalus letho, pulchroſque per artus
It cruor, inque humeros ceruix collapſa recumbit:
Purpureus veluti cum flos ſucciſus aratro
Langueſcit moriens: laſſo ve papauera collo
Demiſere caput, pluuia cum forte grauantur
At Niſus ruit in medios.

MATRIS LAMENTATIO.

Interea pauidam volitans pennata per vrbem
Nuncia fama ruit, matriſque allabitur aures
Euryali, ac ſubitus miſeræ calor oſſa reliquit:
Excuſsi manibus radij, reuolutaque penſa
Euolat infelix, & fœmineo vlulatu,
Sciſſa comam, muros amens, atque agmina curſu
Prima petit. non illa virum, non illa pericli,
Telorumque memor: cælum dehinc queſtibus implet.
Hunc ego te Euryale aſpicio? tu ne ille ſenectæ
Sera meæ requies? potuiſti linquere ſolam
Crudelis? nec te, ſub tanta pericula miſſum,
Affari extremum miſeræ data copia matri?
Heu, terra ignota, canibus data præda Latinis,
Alitibuſque iaces: nec te tua funera mater
Produxi, preſsi ve oculos, aut vulnera laui
Veſte tegens, tibi quam noctes feſtina, dieſque
Vrgebam, & tela curas ſolabar aniles.
Quo ſequar? aut quæ nunc artus, auulſaque membra,
Et fun

nus lacerum tellus habet? hoc mihi de te
referſ? hoc ſum terraque, marique ſecuta?
e me, ſi qua eſt pietas, in me omnia tela
jcite, o Rutuli; me primam abſumite ferro.
u magne pater diuum miſerere, tuoque
um hoc detrude caput ſub Tartara telo,
ndo aliter nequeo crudelem abrumpere vitam,
letu concuſsi animi.

LABORIS LAVS.

nam ante aciem digna, atque indigna relatu
erans, tumiduſque nouo præcordia regno
& ingenti ſeſe clamore ferebat:
udet obſidione iterum, valloque teneri,
pti Phryges, & morti prætendere muros?
noſtra ſibi bello connubia poſcunt.
leus Italiam, quæ vos dementia adegit?
ic Atridæ, nec fandi fictor Vlyſſes:
a ſtirpe genus: natos ad flumina primum
mus, ſæuoque gelu duramus, & vndis.
inuigilant pueri, ſiluaſque fatigant:
e ludus equos, & ſpicula tendere cornu.
ens operum, paruoque aſſueta iuuentus,
ſtris terram domat, aut quatit oppida bello.
æuum ferro teritur; verſaque iuuencum
atigamus haſta: nec tarda ſenectus
at vires animi, mutatque vigorem:
m galea premimus; ſemperque recentes
tare iuuat prædas, & viuere rapto.
icta croco, & fulgenti murice veſtis,
cordi: iuuat indulgere choreis:
æ manicas, & habent redimicula mitræ.
Phrygiæ (neque enim Pryges) ite per alta
a; vbi aſſuetis biforem dat tibia cantum.

Tympana vos, buxuſque vocat Berecynthia matris
Idææ: ſinite arma viris, & cedite ferro.

INVOCATIO. Æn. 10.

Pandite nunc Helicona deæ, cantuſque mouete,
Quæ manus interea Tuſcis comitetur ab oris
Aenean, armetque rates, pelagoque vehatur.
Maſsicus ærara princeps ſecat æquora Tigri:
Sub quo mille manus iuuenum qui mœnia Cluſi,
Quique vrbem liquere Coſas; queis tela, ſagittæ,
Coritique leues humeris, & lethifer arcus.

IN NYMPHAS CONVERSÆ *naues apparent Æneæ.*

Iamque dies cælo conceſſerat; almaque curru
Noctiuago Phœbe medium pulſabat Olympum.
Aeneas (neque enim membris dat cura quietem)
Ipſe ſedens clauumque regit, veliſque miniſtrat.
Atque illi medio in ſpatio chorus ecce ſuarum
Occurrit comitum, nymphæ: quas alma Cybele
Numen habere maris, nymphaſque e nauibus eſſe
Iuſſerat. innabant pariter, fluctuſque ſecabant,
Quot prius æratæ ſteterant ad litora proræ.
Agnoſcunt longe regem, luſtrantque choreis.
Quarum quæ fandi doctiſsima Cymodocea,
Pone ſequens dextra puppim tenet, ipſaque dorſo
Eminet, ac læua tacitis ſubrimegat vndis.
Tum ſic ignarum alloquitur: Vigilas ne, deum gens,
Aeneas? vigila, & velis immitte rudentes.
Nos ſumus Idææ ſacro de vertice pinus,
Nunc pelago nymphæ, claſsis tua: perfidus vt nos
Præcipites ferro Rutulus, flammaque premebat,

pimus inuitæ tua vincula, teque per æquor
ærimus. hanc genitrix faciem miſerata refecit,
ledit eſſe deas, æuumque agitare ſub vndis.
puer Aſcanius muro, foſsiſque tenetur
a inter media, atque horrentes Marte Latinos.
loca iuſſa tenet forti permiſtus Etruſco
as eques. medias illis opponere turuas,
caſtris iungant, certa eſt ſententia Turno.
ge age; & Aurora ſocios veniente vocari
nus in arma iube, & clypeum cape, quem dedit ipſe
ctum ignipotens, atque oras ambiit auro.
ſtina lux, mea ſi non irrita dicta putaris,
ntes Rutulæ ſpectabit cædis aceruos.
erat, & dextra diſcedens impulit altam,
d ignara modi, puppim. fugit illa per vndas
or & iaculo, & ventos æquante ſagitta.
aliæ celerant curſus. ſtupet inſcius ipſe
Anchiſiades; animos tamen omine tollit.
breuiter ſupera aſpectans conuexa precatur:
a parens Idæa deum, cuj Dyndima cordi,
rigeræque vrbes, bijugique ad frena leones,
nihi nunc pugnæ princeps, tu rite propinques
irium, Phrygibuſque adſis pede diua ſecundo.

PALLANTA MORTVVM *Æneas alloquitur* Æn. 2.

ne, inquit, miſerande puer, cum læta veniret,
uidit fortuna mihi, ne regna videres
ra, neque ad ſedes victor veherere paternas?
hæc Euandro de te promiſſa parenti
dens dederam, cum me complexus euntem
ret in magnum imperium, metuenſque moneret

Acres eſſe viros, cum dura prœlia gente.
Et nunc ille quidem, ſpe multum captus inani,
Fors & vota facit, cumulatque altaria donis:
Nos iuuenem exanimum, & nil iam cæleſtibus vllis
Debentem, vano mæſti comitamur honore.
Infelix nati funus crudele videbis.
Hi noſtri reditus, expectatique triumphi?
Hæc mea magna fides? at non Euandre pudendis
Vulneribus pulſum aſpicies: nec ſoſpite dirum
Optabis nato funus pater. hei mei quantum
Præſidium Auſonia, & quantum tu perdis Iule?
Poſtquam omnis longe comitum proceſſerat ordo,
Subſtitit Aeneas, gemituque hæc addidit alto:
Nos alias hinc ad lacrymas, eadem horrida belli
Fata vocant. ſalue æternum mihi maxime Palla,
Aeternumque Vale.

Quamquam de ſua quidem Metamorphoſi Ouidius Triſt. 1. *Elega. 6. Sic ait.*

Defuit & Scriptis vltima lima meis

Tanta tamen in eo eſt artificij, præſtantia, vt non mediocri futura ſint ad Epopęiam emolumẽto aliquot eius exempla.

PROPOSITIO, ET INVOCATIO *Metamorph.* 1.

In noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora. Dij cœptis (nam vos mutaſtis & illas)
Aſpirate meis: primaque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

SOLIS CVRRVVM, ET AVroræ *deſcriptio. Met.* 2.

Ergo qua licuit genitor cunctatus, ad altos
Deducit iuuenem, Vulcania munera, currus.
ureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ
uruatura rotæ, radiorum argenteus ordo.
er iuga chryſoliti, poſitæque ex ordine gemmæ,
lara repercuſſo reddebant lumina Phœbo.
umque ea magnanimus Phaethon miratur, opuſque
roſpicit : ecce vigil nitido patefecit ab ortu
urpureas Aurora fores, & plena roſarum
tria diffugiunt ſtellæ. quarum agmina cogit
ucifer, & cœli ſtatione nouiſsimus exit.
um Pater.

PHAETONTIS LAPSVS.

onſternuntur equi, & ſaltu in contraria facto
olla iugo eripiunt, abrutaque lora relinquunt.
ic fræna iacent, illic temone reuulſus
xis, in hac radij fractarum parte rotarum:
arſaque ſunt late laceri veſtigia currus.
t Phaethon rutilos flamma populante capillos,
oluitur in præceps, longoque per aera tractu
rtur: vt interdum de cœlo ſtella ſereno,
ſi non cecidit: potuit cecidiſſe videri.
uem procul a patria diuerſo maximus orbe
cipit Eridanus, fumantiaque abluit ora.
aiades Heſperiæ trifida fumantia flamma
orpora dant tumulo, ſignant quoque carmine ſaxum.
c ſitus eſt Phaethon currus auriga paterni,
uem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.

BATTVS PERIVRVS *mutatur in lapidem.*

*

Incuſtoditæ Pylios memorantur in agros
Proceſsiſſe boues. videt has Atlantide Maia
Natus, & arte ſua ſyluis occultat abactas.
Senſerat hoc furtum nemo, niſi natus in illo
Rure ſenex. Battum vicinia tota vocabat.
Diuitis hic ſaltus herboſaque paſcua Nelei,
Nobiliumque greges cuſtos ſeruabat equarum.
Hunc timuit, blandaque manu ſeduxit, & illi
Quiſquis es hoſpes, ait, ſi forte armenta requiret
Hæc aliquis, vidiſſe nega: neu gratia facto
Nulla rependatur, nitidam cape præmia vaccam.
Et dedit: accepta, voces has reddidit hoſpes:
Tutus eas, lapis iſte prius tua furta loquetur:
Et lapidem oſtendit. ſimulat Ioue natus abire.
Mox redit, & verſa pariter cum voce figura,
Ruſtice vidiſti ſi quas hoc limite, dixit,
Ire boues, fer opem, furtoque ſilentia deme:
Iuncta ſuo pariter dabitur tibi fœmina tauro.
At ſenior, poſtquam eſt merces geminata, ſub illis
Montibus, inquit, erant: & erant ſub montibus illis,
Riſit Atlantiades, & me mihi perfide prodis?
Me mihi prodis? ait: periuraque pectora vertit
In durum ſilicem, qui nunc quoque dicitur Index,
Inque nihil merito vetus eſt infamia ſaxo.

INVIDIÆ EFFIGIES.

Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto.
Nuſquam recta acies liuent rubigine dentes;
Pectora felle virent: lingua eſt ſuffuſa veneno,
Riſus abeſt. niſi quem viſi mouere dolores:
Nec fruitur ſumno vigilantibus excita curis:
Sed videt ingratos, intabeſcitque videndo

Succeſſus

cceſſus hominum, carpitque, & carpitur vna,
ppliciumque ſuum eſt.

FFECTVVM PVGNA Met. 8.

um conata quater flammis imponere ramum
Cœpta quater tenuit: pugnat materque, ſororque.
diuerſa trahunt vnum duo nomina pectus.
pe metu ſceleris pallebant ora futuri:
pe ſuum feruens oculis dabat ira ruborem;
modo neſcio quid ſimilis crudele minanti
ıltus erat, modo quem miſereri credere poſſes.
ımque ferus lacrymas animi ſiccauerat ardor,
ueniebantur lacrymæ tamen. vtque carina,
uam ventus, ventoque rapit contrarius æſtus,
m geminam ſentit, paretque incerta duobus.
eſtias haud aliter dubijs affectibus errat,
que vices ponit, poſitamque reſuſcitat iram.

ROTEI MVTATIO VARIA.

am modo te iuuenem, modo te videre leonem:
Nunc violentus aper: nunc, quem tetigiſſe timerent,
guis eras: modo te faciebant cornua taurum:
pe lapis poteras, arbor quoque ſœpe videri:
erdum faciem liquidarum imitatus aquarum
umen eras: interdum vndis contrarius ignis.

FAMIS DESCRIPTIO.

æſitamque famem lapidoſo vidit in agro
guibus, & raris vellentem dentibus herbas.
tus erat crinis: caua lumina, pallor in ore.
ora incana ſitu, ſcabri rubigine dentes,
ra cutis, per quam ſpectari viſcera poſſent;

Oſſa ſub incuruis extabant arida lumbis.
Ventris erat pro ventre locus: pendere putares
Pectus, & a ſpinæ tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies, genuumque tumebat
Orbis,& immodico prodibant tubere tali.
Hanc procul vt vidit.

HOMINIS FAMELICI.

Lenis adhuc ſomnus placidis Eriſichthona pennis
Mulcebat: petit ille dapes ſub imagine ſomni,
Oraque vana mouet, dentemque in dente fatigat,
Exercetque cibo deluſum guttur inani,
Proque epulis tenues nequicquam deuorat auras.
Vt vero eſt expulſa quies, furit ardor edendi,
Perque auidas fauces immenſaque viſcera regnat.
Nec mora, quod pontus, quod terra, quod educat aer
Poſcit,& appoſitis queritur ieiunia menſis,
Inque epulis epulas quærit: quodque vrbibus eſſe,
Quodque ſatis poterat populo, non ſufficit vni:
Pluſque cupit, quo plura ſuam demittit in aluum.
Vtque fretum recipit de tota flumina terra.
Nec ſatiatur aquis, peregrinoſque ebibit amnes:
Vt que rapax ignis non vnquam alimenta recuſat.
Innumeraſque faces cremat: & quo copia maior
Eſt data, plura cupit, turbaque voracior ipſa eſt:
Sic epulas omnes Eriſichthonis ora profani
Accipiunt, poſcuntque ſimul. cibus omnis in illo
Cauſa cibi eſt, ſemperque locus fit inanis edendo.

MIDÆ POSTVLATIO Met. 9.

Ille male vſurus donis, ait, Effice, quicquid
Corpore contigero, fuluum vertatur in aurum.
Annuit optatis, nocituraque munera ſoluit
Liber, & indoluit, quod non meliora petiſſet.

Lætus abit, gaudetque malo Berecynthius heros,
Pollicitique fidem tangendo ſingula tentat,
Vixque ſibi credens, non alta fronde virentem
Ilce detraxit virgam: virga aurea facta eſt.
Tollit humo ſaxum: ſaxum quoque palluit auro.
Contigit & glebam: contactu gleba potenti
Maſſa fit. arentes Cereris decerpſit ariſtas:
Aurea meſsis erat. demptum tenet arbore pomum,
Heſperides donaſſe putes: ſi poſtibus altis
Admouit digitos, poſtes radiare videntur.
Ille etiam liquidis palmas vbi lauerat vndis,
Vnda fluens palmis Danaen eludere poſsit.
Vix ſpes ipſe ſuas animo capit, aurea ſingens
Omnia: gaudenti menſas poſuere miniſtri
Extructas dapibus, nec toſtæ frugis egentes.
Tum vero, ſiue illa ſua Carealia dextra
Munera contigerat, Cerealia dona rigebant.
Siue dapes auido conuellere dente parabat,
Lamina fulua dapes, admoto dente, premebat.
Miſcuerat puris autorem muneris vndis,
Fuſile per rictus aurum fluitare videres.
Attonitus nouitate mali, diueſque, miſerque,
Effugere optat opes, & quæ modo vouerat, odit.
Copia nulla famem releuat: ſitis arida guttur
Vrit, & inuiſo merito torquetur ab auro.

HYPOTYPOSIS NAVFRAGII.

Frangitur incurſu nimboſi turbinis arbor,
Frangitur & regimen: ſpoliiſque animoſa ſuperbis
Vnda velut victrix ſinuataque deſpicit vndas:
Nec leuius, quam ſi quis Athon, Pindumque reuulſos
Sede ſua totos in apertum verteret æquor.
Præcipitata cadit: pariterque & pondere, & ictu,

Meurgit in ima ratem! cum qna pars magna virorum
Gurgite preſſa graui, neque in aera reddita, fato
Functa ſuo eſt. alij partes & membra carinæ
Trunca tenent. tenet ipſe manu, qua ſceptra ſolebat,
Fragmina nauigij Ceyx: ſocerumque patremque
Inuocat (heu) fruſtra: ſed plurima nantis in ore
Alcyone coniux: illam meminitque, refertque.

NEC parum quidem ſplendoris ad Epopæiam allatura credimus nonnulla ex Claudiano Poeta Epico plane mirabli.

PROPOSITIO ILLVSTRIDVCTA PRINCIPIO CVM *Inuocatione, quam ſequitur artificio plena Narratio. In Ruffinum.* I.

SAEPE mihi dubiam traxit ſententia mentem
Curarent Superi terras? an nullus ineſſet
Rector, & incerto fluerent mortalis caſu?
Nam cum diſpoſiti quæſiſſem fœdera mundi,
Præſcriptoſque maris fines, annique recurſus,
Et lucis, noctiſque vices: tunc omnia rebar
Conſilio firmata Dei, qui lege moueri
Sidera, qui fruges diuerſo tempore naſci,
Qui variam Phœben alieno iuſſerit igne
Compleri, ſolemque ſuo: porrexerit vndis
Littora, tellurem medio librauerit axe.

Sed cum

d cum res hominum tanta caligine volui
ſpicerem, lętoſque diu florere nocentes,
exarique pios: rurſus labefacta cadebat
elligio, cauſæque viam non ſponte ſequebar
terius, vacuo qui currere ſemina motu
firmat, magnumque nouas per inane figuras
rtuna non arte regi; quæ numina cenſet
nbigua,& vel nulla putat,vel neſcia veri.
ſtulit hunc tandem Ruffini pœna tumulrum,
ſoluitque deos,iam non ad culmina rerum
iuſtos creuiſſe queror, tolluntur in altum
lanſu grauiore ruant. Vos pandite vati
erides, quo tanta lues eruperit ortu.
uidiæ quondam ſtimulis incanduit atrox
ecto, placidas late cum cerneret vrbes:
otinus infernas ad limina tetra ſorores
ncilium deforme vocat, glomerantur in vnum
numeræ peſtes Erebi, quaſcunque ſiniſtro
x genuit fœtu, nutrit Diſcordia belli,
periosa Fames, leto vicina Senectus,
patienſque ſui Morbus,Liuorque ſecundis
xius, & ſciſſo mœrens velamine Luctus,
Timor, & cæco præceps Audacia vultu,
Luxus populator opum, cui ſemper adhærens
elix humili greſſu,comitatur Egeſtas.
daque Auarit iæ complexæ pectora matris
omnes longo veniunt examine Curæ.
mplentur vario ferrata ſedilia cœtu,
taque collectis ſtipatur curia monſtris.
cto ſtetit in medijs, vulguſque tacere
it, & obſtantes in tergum reppulit angues,
que humeros errare dedit, dum corde ſub imo
uſam rabidis patefecit vocibus iram;

Siccine

Siccine tranquillo produci ſecula curſu?
Sic fortunatas patiemur viuere gentes?
Quæ noua corrupit noſtros clementia mores?
Quo rabies innata perit? quid inania proſunt
Verbera? quid facibus nequicquam cingimur atris?
Heu nimis ignauæ, quas cœlo Iuppiter arcet,
Theudoſius terris. En aurea naſcitur ætas,
Et proles antiqua redit, Concordia, Virtus,
Cumq; Fide Pietas alta ceruice vagantur,
Inſignemq; canunt noſtra de plebe triumphum.
Proh dolor, ipſa mihi liquidas delapſa per auras
Iuſtitia inſultat, vitijſq; a ſtirpe reciſsis
Elicit oppreſſas tenebroſo e carcere leges.
At nos indecores longo torpebimus æuo?
Omnibus eiectæ regnis? agnoſcite tandem
quid Furias deceat, conſuetas ſumite vires,
Conuentuq; nefas tanto decernite dignum.
Iam cupio Stygijs inuadere nubibus aſtra,
Iam flatu violare diem, laxare profundo
Fræna mari, fluuios ruptis immittere ripis.
Et rerum laxare fidem. ſic fata, cruentum
Mugijt, & totos ſerpentum erexit hiatus,
Noxiaq; effudit concuſſo crine venena.
Anceps motus erat vulgi, pars maxima bellum
Indici ſuperis, pars Ditis iura veretur,
Diſſenſuq; alitur rumor. Ceu murmurat alti
Impacata quies pelagi, quam flamine fracto
Durat adhuc, ſæuitq; tumor, dubiumq; per æſtum
Laſſa recedentis fluitant veſtigia venti.
Improba mox ſurgit triſti de ſede Megæra,
Quam penes inſani fremitus, animiq; prophanus
Error, & vndantes ſpumis furialibus iræ.
Non ſi quæſitum cognata cæde cruorem,

itumque bibit, patrius quem fuderit enſis,
em dederint fratres, hæc terruit Herculis ora,
c defenſores terrarum polluit arcus.
c Athamanteæ direxit ſpicula dextræ:
c Agamemnonios inter bachata penates,
rnis luſit iugulis: hac auſpice tædæ
lipodem matri, natæ iunxere Thyeſten.
æ tunc horriſonis effatur talia dictis:
igna quidem, o ſociæ, Diuos attollere contra
fas eſt, nec poſſe reor. ſed lædere mundum
bet, & populis commune intendere letum,
mihi prodigium cunctis immanius hydris,
ride mobilius fœta, violentius Auſtris,
ius Harpyis, refluis incertius vndis,
finus, quem prima meo de matre cadentem
epi gremio, reptauit paruus in iſto
ſinu tenero, perque ardua colla volutus.
ra quæſiuit fletu, linguiſque triſulcis
lia lambentes finxerunt membra Ceraſtæ.
tradente dolos, geſtus, artemque nocendi,
licit ſimulare fidem: ſenſuſque minaces
egere, & blando fraudem prætexere riſu,
ius ſæuitiæ, lucrique cupidine feruens.
Tartheſiacis illum ſatiaret arenis
peſtas pretioſa Tagi, non ſtagna rubentis
ra Pactoli, totumque exhauſerit Hermum,
ebit maiore ſiti. quam fallere mentes
tus? & vnanimes odiis turbare ſodales?
m progenies hominum ſi priſca tuliſſet,
thoum fugeret Theſeus, offenſus Oreſtem
ceret Pylades, odiſſet Caſtora Pollux.
quidem fateor vinci, rabidoque magiſtram
enit ingenio: nec plus ſermone morabor.

Solus

Solus habet ſcelerum quicquid poſſedimus omnes.
Hunc ego, ſi veſtræ res eſt accomoda turbæ,
Regalem ad ſummi perducam Principis aulam,
Sit licet ille Numa grauior, ſit deniq; Minos,
Cedet, & inſidijs noſtri flectetur alumni.
Ora ntem ſequitur clamor, cunctæq; profanas
Porrexere manus,inuentaq; triſtia laudant.
Illa vbi cœruleo veſtes connexuit angue,
Nodauitq; adamante comas, Phlegethonta ſonorum
Poſcit, & ambuſto flagrantis ab aggere ripæ
Ingentem piceo ſuccendit gurgite pinum:
Pigraq; veloces per Tartara concutit alas.
Eſt locus extremum pandit qua Gallia ittus
Oceani prætentus aquis, quo fertur Vlyſſes
Sanguine libato populnm mouiſſe ſilentum.
Illic vmbrarum tenui ſtridore volantum
Flebilis auditur queſtus, ſimulacra coloni
Pallida, defunctaſq; vident migrare figuras.
Hinc Dea proſiluit, Phœbiq; egreſſa ſeranos
Infecit radios, vlulatuq; æthera rupit
Terrefico, ſenſit ferale Britannia murmur.
Et Senonum quatit arua fragor, reuolutaq; Thetis
Subſtitit, & Rhenus proiecta torpuit vnda.
Tunc,in caniciem mutatis ſponte colubris,
Longæuum mentita ſenem, rugiſq; ſeueres
Perſulcata genas, & ficto languida paſſu
Inuadit muros Elyſæ notiſtima dudum
Tecta petens, oculiſq; diu fluentibus hæſit
Peiorem mirata virum, tunc talia fatur:
Otia te Ruffine iuuant? fruſtraq; iuuentæ
Conſumis florem, patrijs inglorius aruis?
Heu neſcis quid fata tibi, quid ſidera donet,
Quid fortuna paret: toti dominabere mundo,

rere velis, artus ne ſperne ſeniles.
que mihi magicæ vires: æuique futuri
cius ardor ineſt.

YRANNIDEM RVFFINVS A
Megæra incitatus parat.

o animo victus, ſequimur quocunque vocabis,
u tu vir, ſeu numen, ait, patriaque relicta
furiæ iuſſu, tendebat ad arces,
bileſque olim Symplegadas, & freta remis
ta Theſſalicis, celſa qua Boſphorus arce
det, & Orthyſijs Aſiam diſcriminat oris.
ngum permenſus iter, ductuſque maligno
ne fatorum, claram ſubrepſit in aulam:
t ambitio naſci, diſcedere rectum,
m cuncta dari. profert arcana, clientes
, & ambitos a principe vendit honores.
ſic Getuli iaculo percuſſa leæna,
Iyrcana premens raptorem bellua partus,
erpens calcata furit? iurata Deorum
ſtas teritur, nunquam reuerentia menſæ,
coniux, non ipſe ſimul, non pignora cæſa
iuut odijs, non extinxiſſe propinquos,
notos egiſſe ſat eſt: extinguere ciues
tus, & nomen gentis delere laborat.
erimit celeri letho: crudelibus antê
icijs fruitur: cruciatus, vincla, tenebras
o mucrone parat. proh ſæuior enſe
ndi rabies, conceſſaque vita dolori,
adeone parum eſt? cauſis fallacibus inſtat,
t attonitos ſe iudice: cætera ſegnis,
inus velox, penitus regione remotas
er ire vias, non illum Syrius ardens
ue Typhæo ſtridens Aquilone retardat.

PRINCIPIS BONI TYPVS.

At non magnanimi virtus Stiliconis iniquo
Fracta metu. ſolus medioque in turbine rerum
Contra lhetiferos rictus, contraque furentem
Mouit tela feram, volucris non præpete curſu
Vectus equi, non Pegaſeis adiutus habenis.
Hic cunctis optata quies, hic ſola pericli
Turris erat, clypeuſque trucem porrectus in hoſtem;
Hic profugis ſedes, aduerſaque regna furori,
Seruandis hic caſtra bonis, hucuſque minatus
Hærebat, retroque fuga cedebat inerti.
Haud ſecus hyberno tumidus cum vertice torrens
Saxa rotat, voluitque nemus, ponteſque reuellit,
Frangitur obiectu ſcopuli, quærenſque meatum
Spumat, & illiſa montem circuntonat vnda.
Qua dignum te laude feram, qui pene ruenti
Lapſuroque tuos humeros obieceris orbi?
Te nobis trepidæ ceu ſidus dulce carinæ
Oſtendere Dei, geminis quæ lapſa procellis
Tunditur, & victo trahitur iam cæca magiſtro.
Inachius quondam perhibetur in æquore Perſeus
Neptuni domuiſſe pecus, ſed tutior alis,
Te non penna vehit: rigida cum Gorgone Perſeus
Tu non vipereo defenſus crine Meduſæ.
Illum vilis amor ſuſpenſæ virginis egit,
Te Romana ſalus: taceat ſuperata vetuſtas,
Herculeos conferre tuis iam deſinat actus.
Vna Cleonæum paſcebat ſylua leonem,
Solaque fulminico reſonabat Creta iuuenco,
Lernæamque virens obſederat Hydra paludem.
Hoc monſtrum non vna palus, non vna tremebat
Inſula, ſed Latia quicquid ditione ſubactum
Viuit, & a primis Ganges horrebat Iberis.
Hoc neque Geryon triplex, nec turbidus Orci

tor æquabat, nec ſi concurrat in vnum
Hydræ, Scyllæque fames, & flamma Chiumeræ.
tamen ſublime diu, ſed moribus impar
tutum ſcelerumque fuit, iugulare minatur,
prohibes. ditem ſpoliat, tu reddis egenti.
it, inſtauras.accendit prælia, vincis.

MEGAERAE CVM ASTRAEA
colloquium.

rior interea voto, multiſque Megæra
Luxuriata malis, mœſtam deprændit in arce
itiam, diroque prior ſic ore laceſsit:
n tibi priſca quies, reuocataque ſecula rurſus
ebare vigent, en noſtra potentia ceſsit,
locus eſt vſquam furijs: huc lumina flecte,
ce Barbaricis iaceant quot mœnia flammis,
s mihi Ruffinus ſtrages, quantumque cruoris
beat, & quantis epulentur cædibus hydri.
que homines, ſorteinque meam, pete ſidera: notis
mni te redde plagis, qua vergit in Auſtrum
ifer, æſtiuo ſedes vicina Leoni.
Diua refert, non vlterius bacchabere demens,
pœnas dabit iſte tuus: iam debitus vltor
inet, & terras qui nunc ipſumque fatigat
era: nec vili moriens condetur arena,
que aderit læto promiſſus Honorius æuo,
forti Genitore minor, nec fratre coruſco,
ſubiget Medos, & cuſpide proteret Indos.
uga venturi Reges, calcabitur aſper
is equo, pontemque pati cogetur Araxes.
e ſimul grauibus ferri religata catenis
llere die, debellataſque draconum
a comas, imo Barathri claudere receſſu.
tellus communis erit, tũc limite nullo

Diſcernetur ager, nec vomere ſulcus adunco
Findetur, ſubitis meſſor gaudebit ariſtis.
Rorabunt querceta fauis, ſtagnantia paſsim
Vina fluent, oleique lacus. nec murice tinctis
Velleribus quæretur honor, ſed ſponte rubebunt
Attonito paſtore greges, pontumque per omnem
Ridebunt virides gemmis naſcentibus algæ.

PROMISSA FAELICITAS.

Ille ego Saturni proles, cui machina rerum
Seruit, & immenſum tendit per inane poteſtas:
Amiſſum ne crede diem, ſunt altera nobis
Sidera, ſunt orbes alij, lumenque videbis
Purius, Elyſioſque magis mirabere campos,
Cultoreſque pios: illic precioſior ætas,
Aurea progenies habitat, ſemperque tenemus,
Quod ſuperi meruere ſemel: nec mollia deſunt
Prata tibi, Zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores, quos nec tua protulit Aetna.
Eſt etiam lucis arbor prædiues Auerni
Fulgentes viridi ramos curuata metallo,
Hæc tibi ſacra datur, fortunatumque tenebis
Autumnum, & fuluis ſemper ditabere pomis.
Parua loquor, quicquid liquidus complectitur aer,
Quicquid alit tellus, quicquid maris æquora verrunt,
Quod fluuij voluunt, quod nutriuere paludes,
Cuncta tuis pariter cedent animantia regnis
Lunari ſubiecta globo, qui ſeptimus auras
Ambit, & æternis mortalia ſeparat aſtris.
Sub tua purpurei venient veſtigia Reges
Depoſito luxu, turba cum paupere mixti.

CONCVRSVS, ORDOQVE
conſidentium 3. de Rapt.

Iupit

ıpiter interea cinƌtam Thamantida nimbis
ſre iubet, totoque deos accerſere mundo.
colorato Zephyros tranſgreſſa volatu
mina conclamat pelagi, Nymphaſque morantes
repat, & fluuios humentibus euocat antris.
ipites trepidique ruunt, quæ cauſa quietos
erit, tanto quæ res agitanda tumultu?
atuit ſtellata domus, conſidere iuſsi.
confuſus honor: cœleſtibus ordine ſedes
na datur: traƌtum proceres tenuere ſecundum
uorei, placidus Nereus & lucida Phorci
icies, Glaucum ſeries extrema biformem
pit, & certo manſurum Prothea vultu.
non & ſenibus fluuijs conceſſa ſedendi
ia: plebeio ſtat cætera more iuuentus.
e amnes liquidis incumbunt patribus, vnde
des, & taciti mirantur numina Fauni.

CRETVM DE REVOCANDIS AB otio, & inertia mortalibus.

n grauis ex alio genitor ſic orſus olympo eſt:
bduxere meas iterum mortalia curas
pridem neglecta mihi, Saturnia poſtquam
, & ignaui ſenium cognouimus æui,
oſque diu populos torpore paterno.
citæ placuit ſtimulos impellere vitæ,
tis ne ſponte ſeges grandeſceret aruis,
ıret neu ſylua fauis, neu vina tumerent
bus,& totæ fremerent in pocula ripæ.
equidem inuideo (nec enim liueſcere fas eſt,
ocuiſſe deos) ſed quod,diſſuaſor honeſti,
s, & humanas oblimat copia mentes,
ocet vt ſegnes animos, rerumque remotas
ioſa vias paulatim exploret egeſtas.

 Vtque

Vtque artes pariat ſolertia, nutriat vſus,
Nunc mihi cum magnis inſtat natura querelis
Humanum releuare genus, dirumque tyrannum,
Immitemque vocat, regnataque ſecula patri
Commemorat, parcumque Iouem ſe diuite clamat:
Cur campos horrere ſitu? dumiſque repleri
Rura velim, & nullis exornem fructibus annum?
Se iam quæ genitrix mortalibus antè fuiſſet
In diræ ſubito mores tranſiſſe nouercæ.
Quid mentem traxiſſe polo? quid profuit altum
Erexiſſe caput? pecudum ſi more pererrant
Auia? ſi frangunt communia pabula glandes?
Hæccine vita iuuat ſyluestribus abdita luſtris
Indiſcreta feris? tales cum ſæpe parentis
Pertulerim queſtus, tandem clementior orbi
Chaonio ſtatui gentes auertere victu.
Atque ideo Cererem, quæ nunc ignara malorum
Verberat Idæos torua cum matre leones,
Per mare, per terras auido diſcurrere luctu
Decretum, donec natæ lætata repertæ
Indicio tribuat fruges, curruſque feratur
Nubibus, ignotas populis ſparſurus ariſtas.

PVLCHRVM PRINCIPIVM
In Theo. Paneg.

Ipſa quidem virtus pretium ſibi, ſolaque latê
Fortunæ ſecura nitet, nec faſcibus vllis
Erigitur, plauſuue petit clareſcere vulgi.
Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis,
Diuitijs animoſa ſuis, immotaque cunctis
Caſibus, ex alta mortalia deſpicit arce.
Attamen inuitam blandè veſtigat, & vltro
Ambit honor: docuit toties a rupe profectus

or, & in medijs conſul quæſitus aratris.
ſe quoque naturæ ſacris, mundique vacantem,
ritum pridem, deſudatiſque remotum
cijs eadem rurſus complexa poteſtas
nit, & reducem notis imponit habenis.

ITEM IN REGINAE LAVDE

c mihi Calliope, tanto cur tempore differs
Pierio meritam ſerto redimire Serenam?
putas donum ſolitam conſurgere gemmis,
rubro radiare mari, ſi floribus ornes
inæ regina comam? ſed floribus illi,
os neque frigoribus Boreas, nec Sirius vrit
ibus, æterno ſed veris honore rubentes
s Aganippæa Permeſsius educat vnda,
e piæ paſcuntur apes, & prata legentes
ſmittunt ſeclis Heliconia mella futuris.
nius haud vates alios exercuit vnum
ineæ virtutis opus.

IA IN PANEGYRI AD PROBVM & fratres.

qui flammiferis mundum complexus habenis,
Voluis inexhauſto redeuntia ſecula motu,
ge diem meliore coma, crinemque repexi
dius elato ſurgant temone iugales,
ntes roſeum frænis ſpumantibus ignem.
noua germanis veſtigia torqueat annus
ſulibus, lætique petant exordia menſes.
genus Auchenium, nec te te latuere Parontes
iadæ. nam ſæpe ſoles ductoribus illis
urare vias, & curſibus addere nomen.
eque per dubium pendet fortuna pauorem,
nouit mutare vices, ſed fixus in omnes
atos procedit honos: quemcunque requires

Hac de ſtirpe virum, certum eſt de conſule naſci.
Per faſces numerantur aui, ſemperque renata
Nobilitate virent, & prolem fata ſequuntur.

TYBERINVS ILLVSTRI PROSOpæia, Probinum & Olybrium, laudat.

Hic ſtetit, & ſubitum proſpexit ab aggere votum.
Vnanimes fratres cuncto ſtipante Senatu
Ire forum, ſtrictaſque procul radiare ſecures,
Atque vno bijuges tolli de limine faſces.
Obſtupuit viſu, ſuſpenſaque gaudia vocem
Oppreſſam tenuere diu:mox inchoat ore.
En noua Ledæis ſoboles fulgentior aſtris.
Ecce mei ciues, quorum iam ſignifer optat
Aduentum, ſtelliſque parat conuexa futuris.
Iam per noctiuagos dominetur Olibrius axes,
Pro Polluce rubens, pro Caſtore flamma Probini.
Ipſi vela regent, ipſis dominantibus auras
Nauita tranquillo moderabitur æquore pinum.
Nunc pateras libare deis, nunc ſoluere multo
Nectare corda libet: niueos iam pandite cœtus
Naiades, & totum violis prætexite fontem;
Mella ferant ſyluæ, iam profluat ebrius amnis
Mutatis in vina vadis, iam ſponte per agros
Sudent irriguæ ſpirantia balſama venæ.
Currat qui ſociæ roget in conuiuia menſæ
Indigenas fluuios, Italis quicunque ſuberrant
Montibus, Alpinaſque bibunt de more pruinas:
Semper honoratus noſtris celebrabitur vndis
Iſte dies, ſemper dapibus recoletur opimis.

APOSTROPHE AD CONSVlatum ipſorum.

O bene ſignatum fraterno nomine tempus,
O conſanguineis felix autoribus annus,

Iucip

ipe quadrifidum Phœbi torquere laborem.
ma tibi procedat hyems, non frigore torpens,
n canas veſtita niues, non aſpera ventis,
trepido calefacta Noto. ver inde ſerenum
tinus, & liquidi clementior aura Fauoni
tis te croceis pingat: te meſsibns Aeſtas
uat, Autumnuſqte madentibus imbuat vuis.
ni nobilior luſtro, tibi gloria ſoli
tigit exactum numquam memorata per æuum,
manos habuiſſe duces: te cuncta loquetur
lus, te varijs ſcribent in floribus horæ,
gaque perpetui ducent in ſecula faſti.

EX SILI ITALICI DE *Bello Punico lib.* I.

PROPOSITIO ET INVOCATIO.

rdior arma, quibus cælo ſe gloria tollit
Aeneadum, patiturque ferox Oenotria iura
thago. Da Muſa decus memorare laborum
iquæ Heſperiæ: quantoſque ad bella crearit,
uot Roma viros, ſacri cum perfida pacti
s Cadmæa ſuper regno certamina mouit:
æſitumque diu, qua tandem poneret arce
rarum Fortuna caput.

IILCAR ANNIBALEM FILIVM, annoum nouem, in Romanos incitat

i permulcens genitor caput, oſcula libat,
ttollitque animos hortando, & talibus implet:
recidiua Phrycum Cadmeæ ſtirpis alumnos
eribus non æqua præmit. Si fata negarint
cus id patriæ noſtra depellere dextra:
tua ſit laus, nate velis age, concipe bella

Latura exitium Laurentibuo: horreat ortus
Iam pubes Tyrrhena tuos: partuſque recuſent
Te ſurgente puer Latiæ producere matres.
His acuit ſtimulis, ſubicitque haud mollia dictu,
Romanos terra, atque vndis vbi conferet ætas
Ferro, ignique ſequar, Rhetæaque fata reuoluam.
Non Superi mihi, non Martem cohibentia pacta,
Non celſæ abſtulerint Alpes, Tarpeiaque ſaxa,
Hanc mentem: iuro noſtri per numina Martis,
Per manes Regina tuos. Tum nigra triformi
Hoſtia mactatur Diuæ: raptimque recludit
Spirantes artus, poſcens reſponſa ſacerdos,

ILLIVS FACINORVM DIDINATIO.

Ætolos latè conſterni milite campos,
Idæoque lacus flagrantes ſanguine cerno.
Quanta procul moles ſcopulis ad ſydera tendit,
Cuius in aerio pendent tua vertice caſtra.
Iamque iugis agmen rapitur: trepidantia ſumant
Mœnia: & Heſperio tellus porrecta ſub axe
Sidonijs lucet flammis? fluit ecce cruentus
Eridanus: iacet ore truci ſuper arma, viroſque,
Tertia qui tulerat ſublimis opima Tonanti.
Heu quæ nam ſubitis horreſcit turbida nimbis
Tempeſtas, ruptoque polo micat igneus æther?
Magna parant Superi: tonat alti regia cæli:
Bellantemque Iouem cerno. Venientia fata
Scire vltra vetuit Iuno, fibræque repentè
Conticuere: latent caſus, longique labores.

DVX POSCITVR ANNIBAL.

Erepto trepidus ductore exercitus, vna
Annibalem voce, atque alacri certamine poſcit.
Huic ſtudia accendit patriæ virtutis imago:
Huic fama in populos iurati dedita belli:

uic virides auſis anni: feruorque decorus,
tque armata dolis mens, & vis inſita fandi.
rimi ductorem Libyci clamore ſalutant,
ox & Pyrenes populi, & bellator Iberus.
ontinuo que ferox oritur fiducia menti,
eſsiſſe imperio tantum terræque, mariſque.

MILITVM, DVCIS EXEMPLO ſtrenuè pugnantium Hypotypoſis.

t multo ducis exemplum clamore ſecuti,
Inuoluunt atra telorum mœnia nube,
ara nec in numero virtus latet: obuia quiſque
ra duci portans, ceú ſolus bella capeſſat.
c crebram fundit baleari verbere glandem:
rque leui ducta circum caput altus habena,
rmiſſum ventis abſcondit in aere telum.
c valido librat ſtridentia ſaxa lacerto.
ic impulſa leui torquetur lancea nodo.
te omneis ductor patrijs inſignis in armis,
nc picea iactat fumantem lampada flamma:
nc ſude nunc iaculo, nunc ſaxis impiger inſtat,
t hydro imbutas bis noxia tela ſagittas
ntendit neruo, atque inſultat fraude pharetræ.

AVS ANNIBALIS PER ILLVSTREM Proſopopeiam.

ed poſtquam cladem patefecit, & horrida bella
Orantum ſqualor, præſenſque aſtare Sagunti
te oculos viſa eſt extrema precantis imago:
n ſenior mœſto Sycoris ſic incipit ore.
rata gens clara fide, quam rite fatentur
rte ſatam populi ferro parere coacti:
crede emenſos leuia ob diſcrimina pontum.
imus obſeſſam patriam, muroſque trementes:

Et quem inſana freta, aut cœtus genuere ferarum,
Vidimus Annibalem. Procul his a mœnibus, oro,
Arcete o Superi: noſtroque in Marte tenete
Fatiferæ iuuenem dextræ. Qua mole ſonantes
Conijcit ille trabes? & quantus creſcit in armis?
Trans iuga Pyrenes medium indignatus Iberum,
Exciuit Calpen, & merſos Syrtis arenis
Molitur populos, maioraque mœnia quærit.

SERAM PETENTES PACEM *Romanos Annibal ſpernit. lib. 2.*

Cæruleis prouecta vadis iam Dardana puppis
Triſtia magnanimi portabat iuſſa Senatus,
Primoreſque patrum, Fabius Tirynthia proles
Ter centum memorabat auos, quos turbine Martis
Abſtulit vna dies: cum Fors non æqua labori,
Patritio Cremeræ maculauit ſanguine ripas.
Huic comes æquato ſociauit munere curas
Publicola, ingentis Voleſi Spartana propago.
Is cultam referens inſigni nomine plebem,
Auſonios atauo ducebat Conſule faſces.
Hos vt depoſitis portum contingere velis
Allatum Annibali, conſultaque ferre Senatus
Iam medio ſeram bello poſcentia pacem,
Ocyus armatas paſsim per littora turbas
Oſtentare iubet minitantia ſigna, recenſque
Perfuſos clypeos, & tela rubentia cæde.
Haud dictis nunc eſſe locum: ſtrepere omnia clamat
Tyrrhenæ clangore tubæ, gemituque cadentum.
Dum detur, relegant Pontum: neu ſe addere clauſis
Feſtinent: notum, quid cæde calentibus armis,
Quantum iræ liceat, motuſue quid audeat enſis.

STRA-

STRAGIS BELLICÆ *Hypotypoſis. lib. 6.*

am Tarteſsiaco quos ſoluerat æquore Titan
In noctem diffuſus equos, iungebat Eois
oribus: primique nouo Phaetonte retecti,
s lanigeris repetebant vellera lucis,
æda ante oculos ſtrages, propiuſque patebat
ni Mauortis opus, ſimul arma, virique,
miſtus ſonipes, dextræque in vulnere, cæſi
entes haſtis paſsim clypeique, tubæque,.
ue artus trunci capitum, fractuſqne, tacebat
bus in duris enſis, nec cernere de erat
ſtra ſeminecum quærentia lumina cælum:
 ſpumans ſanie lacus, & fluitantia ſummo
rnum tumulis orbata cadauera ponto.

VCIS OPTIMI ARDOR IN *prælio. lib.* 10.

ulus vt aduerſam videt increbreſcere pugnam,
Ceu fera, quæ telis circuncingentibus vltro
it in ferrum, & per vulnera colligit hoſtem:
edios fert arma globos, ſeſeque periclis
rit, atque omni lethum molitur ab enſe.
epat horrendum, Perſtate: & fortiter oro
oribus ferrum accipite, ac ſine vulnere terga
nanes deferte, viri: niſi gloria mortis,
upereſt, idem ſedes adeuntibus imas
vobis dux Paulus erit, velocius inde
onio Borea, pennaque citatior ibat,
redit in pugnas fugientis arundine Parthi.

EX CATVLLI ARGO *nauta*

QVALIA AEGEVS FECERIT verba Theſeo filio ad Minotaurum proficiſcenti.

Namque ferunt, olim caſtæ cum mœnia diuæ
Linquentem gnatum ventis concrederet Aegeus,
Talia complexum iuueni mandata dediſſe.
Gnate mihi longa iucundior vnice vita,
Gnate, ego quem in dubios cogor dimittere caſus,
Reddite in extremæ nuper mihi fine ſenectæ,
Quandoquidem fortuna mea, ac tua feruida virtus
Eripit inuito mihi te, cui languida nondum
Lumina ſunt gnati cara ſaturata figura:
Non ego te gaudens lætanti pectore mittam,
Nec te ferre ſinam fortunæ ſigna ſecundæ:
Sed primum multas expromam mente querelas,
Canitiem terra, atque infuſo puluere fœdans:
Inde infecta vago ſuſpendam lintea malo,
Noſtros vt luctus, noſtræque incendia mentis
Carbaſus obſcura dicat ferrugine Ibera.
Quod tibi ſi ſancti conceſſerit incola Itonis,
Quæ noſtrum genus, ac ſedes defendere ſueta
Annuat, vt tauri reſpergas ſanguine dextram:
Tum vero facito, vt memori tibi condita corde
Hæc vigeant mandata, nec vlla obliteret ætas:
Vt, ſimul ac noſtros inuiſent lumina colles,
Funeſtam antemnæ deponant vndique veſtem,
Candidaque intorti ſuſtollant vela rudentes,
Lucida qua ſplendent ſummi carcheſia mali,
Quam primum cernens, vt læta gaudia mente
Agnoſcam, cum te reducem ſors proſpera ſiſtet.
Hæc mandata prius conſtanti mente tenentem
Theſea, ceu pulſæ ventorum flamine nubes
Aerium niuei montis liquere cacumen.

At p

pater, vt ſumma proſpectum ex arce petebat,
xia in aſsiduos abſumens lumina fletus,
n primum inſecti conſpexi, lintea veli,
ecipitem ſeſe ſcopulorum è vertice iecit,
iſſum credens immiti Theſea fato.

PARCAE TRES EFFINGVNTVR fatidico Achillem carmine celebrantes.

eridicos Parcæ cœperunt edere cantus,
His corpus tremulum complectens vndique veſtis
ndida purpurea talos incinxerat ora:
roſeo niueæ reſidebant vertice vittæ,
ernumque manus carpebant rite laborem.
ra colum molli lana retinebat amictum:
tera tum leuiter deducens fila ſupinis
nabat digitis, tum, prono pollice torquens,
atum tereti verſabat turbine fuſum:
ue ita decerpens æquabat ſemper opus dens,
eaque aridulis hærebant morſa labellis,
e prius in leui fuerant extantia filo.
e pedes autem candentis mollia lanæ
era virgati cuſtodibant calathiſci.
tum clariſona pellentes vellera voce
a diuino fuderunt carmine fata,
mine, perfidiæ quod poſt nulla arguet ætas.
cus eximium, magnis virtutibus augens
thiæ columen Peleu, clariſsime nato,
Accipe, quod læta tibi pandunt luce ſorores,
Veridicum oraclum. ſed vos, quos fata ſequuntur,
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
etur vobis expers terroris Achilles,
Hoſtibus haud tergo, ſed forti pectore notus:
Qui perſæpe vagov ictor certamine curſus

Flamea

Flammea præuertet celeris veſtigia ceruæ.
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
Non illi quiſquam bello ſe conferet heros,
Cum Phrygij Teucro manabunt ſanguine riui,
Troicaque obſidens longinquo mœnia bello
Periuri Pelopis vaſtabit tertius heres,
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
Illius egregias virtutes, claraque facta
Sæpe fatebuntur gnatorum in funere matres,
Cum tremulo incanos ſoluent a vertice crines,
Putridaque infirmis variabunt pectora palmis.
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
Namque velut denſas proſternens meſſor ariſtas,
Sole ſub ardenti flauentia demetit arua,
Troiugenum infeſto proſternet corpora ferro.
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
Teſtis erit magnis virtutibus vnda Scamandri,
Quæ paſsim rapido diffunditur Helleſponto;
Cuius iter cæſis anguſtans corporum aceruis:
Alta tepefaciet permiſta flumina cæde.
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
Denique teſtis erit morti quoque dedita præda,
Cum teres excelſo coaceruatum aggere buſtum
Excipiet niueos perculſæ virginis artus.
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
Nam ſimul ac feſsis dederit fors copiam Achiuis
Vrbis Dardaniæ Neptunia ſoluere vincla,
Alta Polixenia madefient cæde ſepulcra;
Quæ velut ancipiti ſuccumbens victima ferro
Proijciet truncum ſubmiſſo poplite corpus.
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
Talia profantes quondam felicia Peles,
Carmina diuino cecinerunt pectore Parcæ.

OMOEDIA,
RAGOEDIA, TRAGICO-
mœdia, Quid ſint. Cap. 1.

(*)

OMOEDIAM *Cicero ſcriptum reli-
quit, eſſe imitationẽ vitæ, ſpeculũ conſuetu-
, imaginẽ veritatis. Quæ verba non tam ad
diæ notionem euoluendam, quam ad eam cõ-
andã pertinent. Haud ſecus ac illa ad lau-
hiſtoriã, in 2. de Orat. Hiſtoria verò teſtis
rum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra
nuntia vetuſtatis. Nos igitur ſic eam defi-
s.*

*mœdia eſt poeſis dramatica, quæ ob docẽ.
itæ conſuetudinẽ, ciuiles & priuatas actio-
on ſine leporibus & facetijs imitatur.*

*edia eſt poeſis, virorum illuſtrium, per a-
perſonas, exprimens calamitates, vt miſe-
a & terrore animos ab ijs perturbationibus
t, à quibus huiuſmodi facinora tragica pro-
ntur.*

*agicomœdia eſt cõfuſum quiddã ex comę-
tragœdia: quando nimirum cõtra legẽ comi-*

cã, illuſtriores auguſtioreſq; perſonæ admiſce
Poteſt etiã dici, Tragicomedia eſt tragœdia c
xitu comico, hilari videlicet, pacato, & trãqui
Finis itaque tragicocomœdiæ ſemper erit læt
Verum enimuerò, licere viciſsim facere comico
gædiam, cuius nimirum exitus ſit lugubris, h
affirmem: quandoquidem perſonarum vulgari
humiliùmque caſus & calamitates, cum ad me
riam, tum ad cõmouẽdos animos nõ tanti ſunt
mẽti. Adde quod huiuſcemodi fabulæ nullũ v
apparet exemplum.

QVIBVS REBVS COMOEDI
& Tragœdia differant, vel conueniant
Cap. 2.

QVINQVE rebus potiſsimum co
dia & tragœdia differunt, materia,
ſonis, dictione, affectibus, exitu. In tragœdia a
nes, ſunt grandiores. Quid enim aliud legis
quid audis, niſi luctus, exilia, cædes: atq; vt
cis comprehendam, valde horribilia, & ad me
riam ſequentium ſæculorum admodum inſig
Quas quidem res interdum ex ſe comminiſcit
comœdia ſemper: ſæpius ab alijs mutuatur, v
mœ

ia nunquã. Docuit Euripides Archelaũ Re-
uodnã eſſet argumẽtũ, quæ materia tragœdiæ
ia. Nam cum Rex ab eo cõtenderet, vt de eo
ædiam faceret. Ego verò Deos precabor, ait
pides, vt ne quid tragœdia dignum Regi ali-
lo eueniat. Comœdia res humiles, plebeias ac
s habet. Atque illa quidem magnatũ fugien-
hæc ciuilem priuatorumq; vitam expetendã
mit. Quin etiam dum miſerias & ſtulti-
amantium imitatur, honeſtatem turpitudini
erendam monet. Quod ad perſonas attinet,
e ſunt ignobiles, obſcuræ, ciuiles tantùm.
icæ illuſtres viri, illuſtres fœminæ, prin-
, reges, imperatores. Illæ è pagis & op-
iſtę ex ampliſsimis vrbibus & arcib⁹ accer-
Dictio comica verbis cõſtat tritis, vſitatis,
dianis, figura infima. In tragœdia oratio cõſi-
rbis electis, ſublimib⁹, ſonãtibus, plenis, à cõ-
cõſuetudine abhorrẽtib⁹. Omne genus ſcrip-
uitate tragœdia vicit. Hinc tragicè loqui. Co-
ę ſermo eſt attenuatus. Interdum tamen &
comœdia tollit, vt eſt apud Horatium.

Iratuſq; Chremes tumido de litigat ore,
Et tragicus plerumq; dolet ſermone pedeſtri.

affectus, in comœdia ſedatiores ſunt, in tragœ- vehementiores. exitus comœdiæ lætior eſt, cũ e- initium plerũque ſit paulò turbulẽtius ac triſti- tragœdiæ mœſtus ac funeſtus planè. Hoc per- tuò verum non eſt. Nam & in comœdia nonnu- quam infelicem exitum inuenias, quamuis nõ ſ- feſtiuitate: & in tragœdia felicem.

Vtraque autem in agẽdo, non in narrãdo v- ſatur, habetq; eundem imitandi modum: & eod- ſpatio temporis finitur, totidemque, & iiſdẽ p- tibus conſtat. Studioſis eloquẽtiæ plus multò p- deſt tragœdia, quàm comœdia: quamquam hæc q- que non modicè prodeſt. Hauriunt inde verbor- delectum, ſplendorem, grauitatem maximam, ſ- tentiarum pondera, ãplificationũ rationes, affec- um varietatem, & magnitudinem, omnis deni- generis præclara, & ad docẽdũ, delectandum, p- mouendum, ſummè idonea ornamenta.

DE COMOEDIÆ, ET TRAGO- diæ partibus ex qualitate. Cap. 3.

HARVM *partes, vt Ariſtoteles do- vel ex qualitate, vel ex quantitate conſi- rãt. Ex qualitate ſunt omnino ſex: Fabula, M- res, ſent-*

ſententia, Dictio, Apparatus, Modulatio.

FABVLA comœdiæ, eſt imitatio fictio
nica ſicut Tragędię tragica. vacat rebus ad-
ilibus, ac prodigioſis, quales frequenter in
œia referuntur, & nonnumquã in tragœdia
luntur: neque etiam illuſtres, graues, lugu-
terribiles, vno verbo, tragicas complectitur:
n ciuiles ac priuatas tantùm: quæ cuiuſmodi
quis non videt? Earum cauſſa humiles item,
rèſque perſonas ſumit, & ijs nomina cum
cõgruẽtia imponit. Et quoniã humanæ actio-
metſi priuatæ, vt plurimũ cũ perturbationib[9]
[9] cõiunctę ſunt, miſcet quoq; euẽta fortui.
e inſperatã lætitiã, dolorẽ, admirationẽ cõti-
. Quamquã tragœdię argumẽtũ ſępi[9] vel ab
a, vel à fabula nota petit, aliquãdo tamẽ totũ
id ꝙ ſemper fieri cõſueuit in comędia. Opor-
ẽ fabulã, id eſt, rerũ actionùmue cõſtitutio-
ũ quiddã eſſe, ac breuiſsimum, idq; breuibus
ijs dilatari & amplificari, rerumq; ac per-
varietate diſtingui. Monent etiam, in tra-
pauciores induci hiſtriones quã in comœdia:
è machina tum concedi locum, cùm vel prę-
eaq; mortalibus ignota referenda, vel fu-

tura, prænuntianda ſunt: & omnino cum quip cognoſci, aut confici humano ingenio induſtri non poteſt. Hinc Horatius.

Nec deus interſit, niſi dignus vindice nodus
Inciderit.

Hoc modo in Oreſte Appollo in medio turbar ſe in cõſpectũ dans, tumultũ cõponit. In tragæ res erunt eiuſmodi, in quibus ineſt quædam a citas & indignitas, vnde terror & commiſera quę eſt nota peculiaris tragœdię, qua agnoſcit: ſi felici claudat exitu, vt Electra Euripidis, cędes Aegiſthi multis gaudiũ creat. Illa verò d terror, inquã, & miſericordia cũ ex rebus, tũ perſonis cõparabuntur. Erunt enim funera, tus, cruciatus, cædes, orbitates, deſperationes, niq; res grauitatis, & acerbitatis plenæ, quarũ magnopere vel auget, vel minuit perſonarũ c ditio. Cõſiderandum in vtraq; illud Horatij.

Non tamen intus
Digna geri promes in ſcenam, multaq; tolles
Ex oculis, quæ mox narret facundia præſens.
Nec pueros coram populo Medea trucidet,
Aut humana palam coquat exta nefarius Atreu
Aut in auem Progne vertatur, Cadmus in angu
Quodcunque oſtendis mihi ſic, incredulus odi.

MORES ratione perſonarum ſeſe ad

dum c

liſsimiliter habẽt: ſiquidẽ qui laudant in alijs, js maximè conueniunt, in alijs laudari non ſo. Ad hęc ſcire licet mores effingendos, ſecun- verisſimile, aut neceſſarium. Si perſonæ in- ıntur notæ, vt ſæpenumero in tragœdia, tales in imitatione debebũt, quales reuera fuerũt. ɛnim hoc loco, neceſſariũ, interpretamur. Pul- Horatius.

Scriptor honoratum ſi forte reponis Achillem,
Impiger, iracundus, inexorabilis, exors,
Iura neget ſibi nata, nihil non arroget armis.
Sit Medea ferox inuictaq; flebilis Ino,
Perfidus Ixion, Io vaga, triſtis Oreſtes.

autem fictæ & nouæ, vt in comœdia perpe- , Sic idem Horat. ex verſimili, pręcipit.

AEtatis cuiuſq; notandi ſunt tibi mores,
Mobilibuſq; decor naturis dandus & annis.
Reddere qui voces iam ſcit puer, & pede certo
Signat humum: geſtit paribus colludere, & iram
Colligit ac ponit temere, & mutatur in horas.
Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto,
Gaudet equis canibuſq; & aprici gramine campi:
Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper,
vtilium tardus prouiſor, prodigus æris,
Sublimis cupiduſq;, & amata relinquere pernix.
Conuerſis ſtudijs, ætas animuſq; virilis
Quærit opes, & amicititias: inſeruit honori,
Commiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret.
Multa ſenem circumueniunt incommoda: vel quod

Quærit: & inuentis miſer abſtinet, ac timet vti:
Vel quod res omnes timide, gelideq; miniſtrat,
Dilator, ſpe longus, iners, auiduſq; futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, cenſor, caſtigatorq; minorum.

Mores enim rectè exprimet, qui cuiuſq; ind lem, ingenium, inſtitutum, affectiones, conſuet dinem, verbis, & actione declarabit.

Moribus connexæ ſunt perturbationes, aff ctuſq; animi, quibus ita ſe commotos porſonæ, d monſträt, vt miſerationem, terrorem iram in au ditorũ animis accendant: vel quemlibet alium a fectum moueant.

Ad mores pertinet mites aſperos, liberales a uaros, intemperantes modeſtos, probos improbo proponere. Ad perturbationes verò, fęlices miſe ros, locupletes egenos, & huiuſmodi.

Seruanda inſuper æquabilitas: vt ſi ſemel ti midum, auarum, ferocem quempiam oſtenderis maneat talis, qualem ab initio produxeris. Ho *etiam Horatius iubet.*

Seruetur ad imum
Qualis ab incæpto proceſſerit, & ſibi conſtet:

SENTENTIÆ laꝰ & virtꝰ eſt, animi ſenſum aptè exprimere. Quia vero comicꝰ ſermo ſummiſſ

eſt,

ſententias quoq; non elatas aut grandes poſtu. Nullæ hic quæſtionum diſcuſsiones, aut pro. ones exquiſitiores. Omnia tanquam probata nuntianda, & in medium afferenda ſunt, ſecus Tragœdia. Robur accipiunt ſi à ſenibus, & ibus viris dicantur; vim amittunt quando ab leſcentulis, vel mulierculis pronuntiant. Ca. dũ ne palam falſæ, ne ineptę, ne perplexę, ne curę ſint; ne ſępius & paßim, ſed ſuis tãtũ lo. ollocẽtur. Dictio comica nec ad tragicã ſubli. atẽ aſſurgit, nec ad humilitatem mimicam deſ. it: ſed temperamentum quoddam ſeruat. Fa. , aperta, ſuauis, pura, elegans, ſimplici & iocri cum ornatu. Grandior multò, ac ſplendi. tragica oratio. Tamẽ verißimũ illud Horatij.

Interdum tamen & vocem Comędia tollit,
Iratus que Chremes tumido delitigat ore,
Et tragicus plerunq; dolet ſermone pedeſtri.

nquam paulò antè dixerat.

Verſibus exponi tragicis res comica non vult,
Indignatur item priuatis, ac prope ſocco
Dignis carminibus narrari Cæna Thyeſtæ.

ebit itaq; dictionẽ Tragędia à quotidiana lo. di conſuetudine remotam, magnificam copio. ſublimem, grauibus ſententijs refertam. Co.

mœdia breuiora, & magis conciſa omnia, ſenten-
tioſe dicta rariora, & ea potiſſimum, quæ commu-
nis conſenſus, & vulgi quoq; iudicium approba-
vt ſunt prouerbia.

Apparatus, quoniam ad artifices alios, potiù
quàm ad Poetam pertinet, omittitur. De Mo-
dulatione autẽ paulò poſt, vbi de Choris, agetur

DE TRAGOEDIÆ, ET COMOE-
diæ partibus ex quantitate. Cap. 4.

QVINQVE partes comœdiæ vel tra-
gœdiæ numerantur, quibus earum magni-
tudo abſoluitur, prologus vel propbaſis, protaſis,
epitaſis, cataſtaſis, cataſtrophe. Prologus eſt ora-
tio quæ ante fabulam legitimam habetur ad ſpe-
ctatores. Prologi nomen latè hic ſumimus, v-
pote commune Tragœdiæ, & Comœdiæ, propri-
tamen propbaſis in Tragœdia eſt ea ſcilicet pars
quæ primum chorum precedit, & qua patefit adi-
tus ad fabulam, actionem ve vniuerſam. Quo-
interdum facere ſolet chorus. Vt in Euripidi-
Rheſo. In Comœdiæ autem prologo vel poet-
commendatur: vel obtrectatorum, maleuole-
rumque criminibus reſpõdetur, aut etiam crimin-
regeri

egeruntur: vel argumentum fabulæ enarra-ur: vel hæc omnia ſimul præſtantur. Protaſis rima pars fabulæ, in qua ſumma rei proponitur, & narratur: non tamen finis oſtenditur: nempe vt x inopinato exitu creſcat fabulę iucūditas: Quā-uam enim ex argumēto, rerum ordo teneatur, ta-nen breuis illa indicatio non tam explet animum, uàm incendit. Hęc in Tragędia prologi vicem ge-it vel propbaſeos, in qua ſæpe vnus, ſæpe duo olloquentes fabulam incboant, vt in Senecæ The-aide Thyeſte, Oedipo. Protaſis ergo fabulæ pri-rem partem exponit, partē tamen potiſsimam re-icet, vt ipſa ſuſpenſione, & ignoratione ſpectato-ibus auiditatem exitus cognoſcendi ingerat, & erum maximarum expectatione ad Cataſtrophen ſq; retineat. Quod ipſum in Epitaſi ſtudioſiꝰ cu-andū; nihil enī aliud eſt Epitaſis, quàm ipſa in-olutio, & perturbatio rerum omnium, incremen-um q; earum, quę continentur in protaſi. quò mu-atio euentuum, atq; Fortunæ incipiat ſe prodere. Aagna hic cura & acri iudicio opus eſt, vt tota ēries actionum quaſi catenæ annuli cohęreat: po-eriora vt medijs, media prioribus reſpondeant, emperq; vnū ex alio quaſi naſcatur, vt nihil ad-

ducat,

ducatur, quod non, aut neceſſariò, aut valde probabiliter conſequi videatur.

Cataſtrophe autẽ eſt integra demõſtratio, & abſolutio fabulæ, exitum rerum, & conuerſion[e] fortunæ, in melius vel in deterius, exponens.

DE ACTIBVS, SCENIS, ET Perſonis. Cap. 5.

ACTVS eſt pars fabulæ, continens diuerſas actiones pro diuerſitate partium, de quibus ſupra explicatum eſt. Non plures autem, nec pauciores quinq; actus ſiue in tragœdia ſiue in comœdia eſſe cõuenit. Primus quidem materiã, ſeu argumentũ fabulæ comprehendit: alter res in actũ deducit: tertius impedimenta & turbationes affert: quartꝰ viã mõſtrat, qua res implicitæ ſoluãtur: poſtremus res implicitas artificioſè diſſoluit.

Actus in ſcenas diuiditur, quem perrarò totũ vna ſcena abſoluit: niſi aliquando in tragœdia. Eſt autẽ ſcena pars actus, in qua duæ plurèſue, perſonæ colloquunt̃, quæ dicuntur diuerbia. Initium capit nonnunquam ab omnium ingreſſu in ſcenam: nonnunquam ab vnius tantum: qui deinde alium inuenit è ſcena ſuperiore. Finitur abitu,

interdũ

terdum omnium, aliquando vnius tantùm. Vt ſi es fuerint, duo reliqui ſcenam ſequentem con- tuant. Eſt cùm vnus ſolus ad futuram ſcenam inquitur.

In perſonis id obſeruandum monent, ne vltra inquies eadem perſona egrediatur. Dauus tamē Andria ſępius exit. Quanuis autē in ſcenam ures ſimul perſonæ prodeant, tres tamen loqui ntum par eſt, Horat.

Nec quarta loqui perſona laboret.

e loquentium multitudo confuſionē pariat. Sed tacita audiat, vel ſecum, non cum alijs verba ferat, vt in Adria. Act. 3. & 4. A Plau- tamen & tragicis etiam nonnullis lex hęc per- uò ſeruata non eſt.

DE CHORIS. Cap. 6.

CHORVS ad actorum officia pertinet, Qui vt ait Ariſtoteles, tanquā vna perſona ſiderandus eſt. erat enim velut quędā Actio- ipſius pars conſtans certo numero perſonarum, e inter actum, & actum pro argumēti varietate erent, ſermonem que, aut cum ſcenicis perſonis, viciſſim inter ſe ſe miſcerent (cum decora nō-

nunquā

nunquam ſaltatione) aut etiam depoſito interim cantu & ſaltatione, ad populum loquerent, idq; vel loquēte vno pro omnibus, vel ſimul, aut viciſſim pluribus. vel demum choreas exercentibus cæteris, vno pluribus ve canentibus, vel aliter pro viſres dabat. Quoniam autem Poeta debet non ſolùm quid perſona dicat, ſed etiam quid chorus canat, conſiderare, audiendus Horatius.

Actoris partes Chorus, officiumq; virile
Defendat: neu quid medios intercinat actus,
Quod non propoſito conducat, & hæreat apte.
Ille bonis faueatq;, & concilietur amicis,
Et regat iratos, & amet peccare timentes;
Ille dapes laudet menſæ breuis, ille ſalubrem
Iuſtitiam, legeſq;, & apertis otia portis:
Ille tegat commiſſa, deoſq; precetur, & oret
Vt redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis.

Hæc ſint Tragœdiæ Comœdiæque præcepta mox illuſtranda quidem exēplis. Nec verò viſum fuit Pöema integrū exēpli loco proponere, ſed aut actū, aut ſcenā aut partes ſingulas perſonarū, quò facili⁹ poeta intelligat, quid cuique debeat attribui.

(*)

EXEM

EXEMPLA

TRAGOEDIÆ. Cap. 7.

EX SENECAE THEBAIDE.

RIMVM offerat exemplum, Senecæ
Thebais Actu primo, vbi Introducit Oedi-
, qui cùm in pęnam facinorum, quę ignoranter
rarat, oculos ipſe ſibi eruiſſet, ſponteque Re-
m & patriam exilio commutaſſet: Antigonem
m itineris ducē à ſe amouere conatͣ, quò vitā
adimere liberiùs poſſit. Illa verò patrem, quà
ilio quà precibus ad meliora traducit.

OEDIPVS, ANTIGONE.

CAECI parentis regimen, ac feſsi vnicum
Patris leuamen nata, quam tanti eſt mihi
Genuiſſe vel ſic, deſere infauſtum patrem.
In recta quid deflectis errantem gradum?
Permitte labi, melius inueniam viam,
Quám quæro ſolus, quæ me ab hac vita extrahat,
Et hoc nefandi capitis aſpectu leuet
Cęlum, atq; terras. quantulum hac egi manu?
Non video noxæ conſcium noſtræ diem,
Sed videor. hinc iam ſolue inhærentem manum,

Et pa-

Et patere cæcum, qua volet, ferri pedem.
Ibo, ibo, qua prærupta protendit iuga
Meus Cithæron: qua peragrati celer
Per ſaxa montis iacuit Actæon ſuis
Noua præda canibus: qua per obſcurum nemus,
Syluamq; opacæ vallis inſtinctas dea
Egit ſorores mater, & gaudens malo
Vibrante thyrſo prætulit fixum caput:
Vel qua cucurrit corpus inuiſum trahens
Zethi iuuentus: qua per horrentes rubos
Tauri ferocis ſanguis oſtentat fugas:
Vel qua alta maria vertice immerſo premit,
Inoq; præceps qua ſcelus fugiens ſuum
Nouumq; faciens: mater inſiluit freto
Merſura natum, ſeq;. Felices, quibus
Fortuna melior tam bonas matres dedit.
Eſt alius iſtis noſter in ſyluis locus,
Qui me repoſcit, hunc petam curſu incito:
Non hæſitabit greſſus, huc omni duce
Spoliatus ibo. quid moror ſedes meas?
Montem Cithæron redde, & hoſpitium mihi
Illud meum reſtitue, vt expirem ſenex,
Vbi debui infans: recipe ſupplicium vetus
Semper cruente, ſæue, crudelis, ferox
Cum occidis, & cum parcis: olim iam tuum
Eſt hoc cadauer: perage mandatum patris,
Iam & matris: animus geſtit antiqua exequi
Supplicia. Quid me nata peſtifero tenes
Amore vinctum? quid tenes? genitor vocat:
Sequor, ſequor, iam parce. Sanguineum genus
Inſigne regni Laius erepti furit:
Et ecce manes manibus infeſtis petit,
Foditq; vultus. nata, genitorem vides?

ANT

T. Video ego: tandem ſpiritum inimicum exue.
.Deſertor anime,fortis in partem tui.
te pœnas lãguidas longæ moræ,
emque totam recipe.quid ſegnis traho?
d viuo?nullũ facere iam poſſum ſcelus?
m miſer.prædico,diſcede a patre,
de virgo: timeo poſt matrem omnia.
T.Vis nulla genitor a tuo noſtrã manũ
re reſoluet, nemo me comitem tui
t vnquam: Labdaci claram domum,
nta ferro regna germani petant:
nagna patris optimo e regno mea, eſt
ipſe: non hunc auferent fratres mihi,
i reuulſo Iuppiter mundo tonet,
mque noſtros fulmen in nexus cadat,
m hanc remittam. prohibeas genitor licet,
abnuentem, dirigam inuitum gradum.
ſine me non potes, mecum potes.
eris, antecedo: ſi viuis, ſequor:
ſte mentem, pectus antiquum aduoca,
qu magno pectore ærumnas doma:
: tantis in malis vinci malum eſt.
. Vnde in nefanda ſpecimen egregium domo?
ſta generi virgo diſsimilis ſuo?
a credis aliquis eſt ex me pius?
ſet vnquam (fata bene noui mea)
nocerct. ipſa ſe in leges nouas
vertet, regeret in fontem citas
tus vndas amnis, & noctem afferet
lampas:Heſperus faciet diem
iſerias aliquid accedat meas:
cœpto virgo, ius vitæ, ac necis
es me eſt: regna deſerui libens,

Deſeris me, o anime, & puſillus ſis. Eriſne dũtaxat fortis in tui partem, nec totus eliges perire?

Regnum mei retineo: ſi fida es, comes,
Duc vbi ſit altis præruptum ſaxis iugum:
Vbi torua rapidus ducat Iſmenos vada:
Duc vbi feræ ſint, vbi fretum, vbi præceps locus;
Si dux es, illuc ire morituro placet,
Vbi ſedit alta rupe ſemifero dolos
Sphinx ore nectens: dirige huc greſſu pedem,
Hic ſiſte patrem: dira ne ſedes vacet,
Monſtrum repone maius: hoc ſaxum inſidens
Obſcura noſtræ verba fortunæ loquar,
Quæ nemo ſoluat. Quid tam inextricabile?
Aui gener, patris que riualis ſui,
Frater ſuorum liberum, & fratrum parens:
Vno auia partu liberos peperit viro,
Ac ſibi nepotes. monſtra quis tanta explicet?
Ego ipſe, victæ ſpolia qui Sphingis tuli,
Hærebo fati tardus interpres mei.
Quid perdis vltra verba? quid pectus ferum
Mollire tentas precibus? hoc animo ſedet
Effundere hanc cum morte luctantem diu
Animam, & tenebras petere: nam ſceleri hæc meo
Parum alta nox eſt: Tartaro condi iuuat,
Et ſi quid vltra Tartarum eſt, tandem libet.
Ferrum negabis? noxias lapſo vias
Claudes? & arctis colla laquies inferi
Prohibebis? herbas, quæ ferunt lethum, auferes?
Quid iſta tandem cura proficiet tua?
ANT. Pauca, o parens magnanime, miſerandæ precor
Vt verba natæ mente placata audias.
Non te vt reducam veteris ad ſpecimen domus,
Peto, aut vt iras tempore, aut ipſa mora
Fractas remiſſo pectore, ac placido feras,
Et hoc decebat roboris tanti virum,

No-

eſſe ſub dolore, nec victum malis
e terga: non eſt, vt putas, virtus pater
erevitam, ſed malis ingentibus
are, nec ſe vertere, ac retro dare.
s iam deorum (velle fac) quidquam poteſt
s tuis adijcere? iam nec tu potes,
hoc, vt eſſe te putes dignum nece:
es, nec vlla pectus hoc culpa attigit.
d te efferarit? quid nouos ſuffixerit
ulos dolori? quid te ad infernas agit
? quid ex his pellit? Vt careas die?
s, Vt altis nobilem muris domum,
amque fugias? Patria tibi viuo perit.
s fugis, matremque? Ab aſpectu omnium
na te ſummouit: & quidquid poteſt
re cuiquam mors, tibi hoc vita abſtulit.
i tumultus, turba fortunæ prior
eſsit ante buſta: quem genitor fugis?
. Me fugio: ſcelerum fugio conſcium omnium
s: manumque hanc fugio, & hoc cœlum, & deos;
a fugio ſcelera, quæ feci nocens.
oc ſolum, frugifera quo ſurgit Ceres,
o? has ego auras ore peſtifero traho?
aticis hauſtu ſatior? aut vllo fruor
e parentis munere? ego caſtam manum
ndus, inceſtificus, execrabilis
cto? ego vllos aure concipio ſonos?
te, nullas animus admittit preces,
mque pœnam ſceleribus quærit parem:
. Si nulla genitor cauſa viuendi tibi eſt,
na abunde eſt, vt pater natos regas
ter furentes: tu impij belli minas
ere vnus, tuque vecordes potes

nhibere iuuenes, ciuibus pacem dare,
Patriæ quietem, fœderi læſo fidem.
Vitam tibi ipſe ſi negas, multis negas.
OED. Illis parentis vllus, aut æqui eſt amor
Auidis cruoris, imperij, armorum, doli,
Diris, ſceleſtis, breuiter vt dicam, meis?
Scio quo ferantur: quanta moliri parent.
Ideoque lethi quæro maturi viam,
Morique propero, dum in domo nemo eſt mea
Nocentior me. gnata quid genibus meis
Fles aduoluta? quid prece indomitum domas?
Vnum hoc habet fortuna, quo poſsim capi
Inuictus alijs: ſola tu affectus potes
Molire duros, ſola pietatem in domo
Docere noſtra: nil graue, aut miſerum eſt mihi,
Quod te ſciam voluiſſe: tu tantum impera:
Hic Oedipus Aegæa tranabit freta
Iubente te: flammaſque quas Siculo vomit
De monte tellus igneos voluens globos,
Excipiet ore: ſeque ſerpenti offeret,
Quæ ſæua furto nemoris Herculeo furit:
Iubente te præbebit alitibus iecur,
Iubente viuet.

EX HERCVLE FVRENTE.

Hercules, occiſo Lyco Thebarum Rege, ſacrificaturus, furere incipit, Megaramque coniugem ſuam, & filios interficit, Iunonem exiſtimans, & Lyci ſobolem. Tanti doloris impatiens Amphitryon Herculis pater morti ſe offert. Sed abducit eum Theſeus. Defatigatus tandem Hercules in ſomn

nnum labitur.

ACTVS QVARTVS. HERCVLES. THESEVS AMPHItryon, Megara.

VLTRICE dextra fuſus aduerſam Lycus
Terram momordit ore: tum quiſquis comes
Fuerat tyranni, iacuit & pœnæ comes.
nc ſacra patri victor, & ſuperis feram,
ſiſque meritas victimis aras colam.
te laborum ſocia, & adiutrix precor
ligera Pallas, cuius in læua ciet
gis feroces ore ſaxifico minas.
it Lycurgi domitor, & rubri maris
tam virenti cuſpidem thyrſo gerens:
ninumque numen, Phœbus, & Phæbi ſoror,
or ſagittis aptior, Phœbus lyræ:
e thura flammis. A M. Nate manantes prius
nus cruenta cæde, & hoſtili expia.
E R. Vtinam cruorem capitis inuiſi deis
are poſſem, gratior nullus liquor
xiſſet aras: victima haud vlla amplior
eſt, magiſque opima mactari Ioui,
m gens iniqua. AM. Finiat genitor tuos
ta labores detur aliquando otium,
ieſque feſsis. H E R: Ipſe concipiam preces
, meque dignas: ſtet ſuo cœlum loco,
luſque & æther: aſtra inoffenſos agant
erna curſus. Sed quid hoc? medium diem
xere tenebræ? Phœbus obſcuro meat
nube vultu? Quis diem retro fugat,
que in ortus? Vnde nox atrum caput

Ignota proferti? Vnde tot ſtellæ polum
Implent diurnæ? AM. Nate quod ſubitum hoc malum?
Quo nate vultus huc,& huc acres referſ?
Acieque falſum turbida cœlum vides?
HER. Perdomita tellus, tumida ceſſerunt freta,
Inferna noſtros regna ſenſere impetus,
Immune cœlum eſt, dignus Alcidæ labor.
In alta mundi ſpatia ſublimis ferar,
Petatur æther,aſtra promittit pater.
Quid ſi negaret? non capit terra Herculem,
Tandemque ſuperis reddit. en vltro vocat
Omnis deorum cœtus, & laxat fores?
Iam monte gemino limitem ad ſuperos agam,
Videat ſub oſſa Pelion Chiron ſuum:
In cœlum Olympus tertio poſitus gradu
Perueniet,aut mittetur. AM. Infandos procul
Auerte ſenſus: pectoris ſani parum,
Magni tamen, compeſce dementem impetum.
HER. Quid hoc? gigantes arma peſtifera mouent,
Profugit & vmbras Tityus, ac lacerum gerens
Et inane pectus, quam prope a cœlo ſtetit?
Labat Cythæron, alta Pallene tremit,
Marcentque Tempe. rapuit hic Pindi iuga,
Hic rapuit Oethen, ſæuit horrendum Mimas,
Flammifera Erinnys verbere excuſſo ſonat.
Sed ecce proles regis inimici latet,
Lyci nefandum ſemen: inuiſo patri
Hæc dextra iam vos reddet. excutiat leues
Neruus ſagittas, tela ſic mitti decet
Herculea. AM. Quo ſe cæcus inuergit furor?
Vaſtum coactis flexit arcum cornibus,
Pharetramque ſoluit, ſtridet emiſſa impetu
Arundo, medio ſpiculum collo fugit

nere relicto. H E R. Cæteram prolem eruam,
neſque latebras. quid moror? maius mihi
um Mycenis reſtat, vt Cyclopea
ſa manibus ſaxa noſtris concidant.
eat & illuc aula diiiecto obice,
mpatque poſtes, columen impulſum labet:
umbat omnis regia: hic video abditum
tum ſceleſti patris. A M. En blandas manus
genua tendens voce miſeranda rogat.
ıs nefandum, triſte, & aſpectu horridum.
tra precantem rapuit, & circa furens
ter, rotatum miſit: aſt illi caput
t, cerebro terra diſperſo madet.
iſera paruum protegens natum ſinu
ara, furenti ſimilis ē latebris fugit.
R. Licet Tonantis profuga condaris ſinu,
t vndecunque te met hæc dextra,& feret.
. Quo miſera pergis? quam fugam, aut latebras petis?
plectere ipſum potius, & blanda prece
ire tenta. M E. Parce iam coniux precor,
oſce Megaram, natus hic vultus tuos,
ituſque reddit: cernis, vt tendat manus?
R. Teneo nouercam ? ſequere, da pœnas mihi,
ante matrem paruulum hoc monſtrum auferam,
. Quo tendis amens? ſanguinem fundes tuum?
. Pauefactus infans igneo vultu patris
it ante vulnus: ſpiritum rapuit timor.
oniugem nunc claua libratur grauis,
fregit oſſa, cernere hoc audes nimia
ax ſenectus? ſi piget luctus, habes
tem paratam: pectus in tela indue.
E. Quo te ipſe genitor obuium mortis ingeris?
pergis amens? profuge, & obtectus late,
mque manibus aufer Herculeis ſcelus. H E R.

HER. Bene habet, pudendi regis exciſa eſt domus.
Tibi hunc dicatum, maximi coniux Iouis,
Gregem cecidi: vota perſolui libens.
AM. Nondum litaſti, nate, conſumma ſacrum.
Stat ecce ad aras hoſtia, expectat manum
Ceruice prona: præeo, occurro, inſequor,
Macta. Quid hoc eſt? errat acies luminum?
Oculoſque mœror hebetat? an video Herculis
Manus trementes? vultus in ſomnum cadit,
Et feſſa ceruix capite ſummiſſo labat,
Flexo genu: iam totus ad terram ruit,
Vt cæſa ſyluis ornus, aut portus mari
Datura moles. viuis? an letho dedit
Idem tuos qui miſit ad mortem furor?
Sopor eſt, reciprocos ſpiritus motus agit.
Detur quieti tempus, vt ſomno grauis
Vis victa morbi pectus oppreſſum leuet.
Remouete famuli tela, ne repetat furens.

EX HIPPOLYTO.

Hippolytum caſtißimum adoleſcentem, vitæque mulierum blanditijs remotæ cupidum, à propoſit[o] Nutrix conatur auertere.

Quid huc ſeniles feſſa moliris gradus
O fida nutrix, turbidam frontem gerens,
Et mœſta vultus? ſoſpes eſt certe parens?
Soſpeſque Phædra? ſtirpis & geminæ iugum?
NVT. Metus remitte, proſpero regnum in ſtatu eſt,
Domuſque florens ſorte felici viget.
Sed tu beatis mitior rebus veni,
Nanque anxiam me cura ſollicitat tui,
Quod te ipſe pœnis grauibus infeſtus grauas.

Quem

Quem fata cogunt. hic quidem viuat miſer:
At ſi quis vltro ſe malis offert, volens,
Seque ipſe torquet, perdere eſt dignus bona,
Queis neſcit vti. potius annorum memor
Mentem relaxa, motibus feſtis facem
Attolle, curas Bacchus exoneret graues.
Aetate fruere, mobili curſu fugit.
Triſtem iuuentam ſolue: nunc luxus rape.
Effunde habenas, optimos vitæ dies
Effluere prohibe: propria deſcribit Deus
Officia, & æuum per ſuos ducit gradus.
Lætitia iuuenem, frons decet triſtis ſenem
Quid te coerces, & necas rectam indolem?
Proinde vitæ ſequere naturam ducem,
Vrbem frequenta, ciuium cœtus cole.
HIP. Non alia magis eſt libera, & vitio carens,
Rituſque melius, vita, quæ priſcos colat,
Quam quæ, relictis mœnibus, ſyluas amat:
Non illum auaræ mentis inflammat furor,
Qui ſe dicauit montium inſontem iugis:
Non aura populi, & vulgus infidum bonis,
Non peſtilens inuidia, non fragilis fauor:
Non ille regno ſeruit, ac regno imminet,
Vanoſque honores ſequitur, aut fluxas opes
Spei, metuſque liber: haud illum niger,
Edaxque liuor dente degeneri petit:
Nec ſcelera populos inter atque vrbes ſita
Nouit: nec omnes conſcius ſtrepitus pauet.
Sed dux malorum fœmina & ſcelerum artifex
Obſedit animos: cuius inceſtæ ſtupris
Fumant tot vrbes, bella tot gentes gerunt,
Et verſa ab imo regna tot populos premunt.
Sileantur aliæ, ſola coniux Aegæi

Medæa reddit fœminas dirum genus.
NVT. Cur omnium ſit culpa paucarum ſcelus?
HIP. Deteſtor omnes, horreo, fugio, execror,
Sit ratio, ſit natura, ſit dirus furor:
Fugiſſe placuit. Ignibus iunges aquas,
Et amica ratibus antè promittet vada
Incerta Syrtis: antê ab extremo ſinu
Heſperia Tethys lucidum attollet diem,
Et ora damis blanda præbebunt lupi,
Quam victus animum fœminæ mitem geram.
NVT. Sæpe obſtinatis induit frænos amor,
Et odia mutat, regna materna aſpice,
Illæ feroces ſentiunt Veneris iugum:
Teſtaris iſtud vnicus genitus puer.
HIP. Solamen vnum matris amiſſæ fero,
Fugiſſe quod iam fœminas omnes licet.
NVT. Vt dura cautes vndique intractabilis
Reſiſtit vndis, & laceſſentes aquas
Longè remittit, verba ſic ſpernit mea.
Sed Phædra præceps graditur impatiens moræ,
Quo ſe dabit fortuna? quo verget furor?
Repente terræ corpus exanimum cadit,
Et ora morti ſimilis obduxit color.
Attolle vultus, dimoue vocis moras.

IN HERCVLE OETAEO, CHORVS.

Herculis mortē luget, ſolatq; homines vaticinā illū deorū numero adſcribēdū. Precat quoq; Iouē vt tali hominū vindice, ac defenſore ſublato, ve ſubſtituat alium vel ceſſet iam poſtmodo feras & monſtra producere.

O decus mundi radiate Titan,
Dic ſub aurora poſitis Sabæis,

Dic ſub occaſu poſitis Iberis,
Quique feruentem patiuntur axem,
Quique ſub plauſtro patiuntur Vrſæ:
Dic ad æternos properare manes
Herculem, & regnum Canis inquieti,
Vnde non vnquam remeauit vllus.
Pallidus mœſtas ſpeculare terras,
Et caput turpes nebulæ pererrent.
Quando, pro Titan, vbi, quo ve ſumme
Herculem in terris alium ſequeris?
Quas manus orbis miſer inuocabit?
Si qua ſub terra numeroſa peſtis
Sparget intentam rabiem draconis?
Arcadum ſiquis populi vetuſti
Fecerit ſyluas aper inquietas?
Thaciæ ſi quis Rhodopes alumnus
Durior terris Elices niuoſæ
Sparget humano ſtabulum cruore?
Quis dabit pacem populo timenti,
Siquid irati ſuperi per vrbes
Iuſſerint naſci? iacet omnibus par,
Quem parem tellus genuit Tonanti.
Planctus immenſas reſonet per vrbes,
Et comas nullo cohibente nodo,
Fœmina exertos feriat lacertos.
Vadis ad Lethen, Stygiumque littus,
Vnde te nullæ referent carinæ.
Vadis ad manes miſerandus, vnde
Morte deuicta tuleras triumphum.
Vmbra nudatis venies lacertis,
Languido vultu, trepidoque collo:
Teque non ſolum feret illa puppis.
Non tamen viles eris inter vmbras,
Æacumq; inter, geminoſq; Cretas

Facta

Facta diſcernens. Fieri tyranni
Parcite o dites, inhibete dextras.
Laudis eſt, purum tenuiſſe ferrum,
Dumque regnabas minimum cruentis
Iu tuas vrbes licuiſſe factis.
Sed locum virtus habet inter aſtra:
Sedis Arctoæ ſpatium tenebis?
An grauis Titan vbi promit æſtus?
An ſub occaſu rapido nitebis,
Vnde commiſſo reſonare ponto
Audies Galpen? loca quæ ſereni
Deprimes cœli? quis erit recepto
Tutus Alcide locus inter Aſtra?
Horrido tantum procul a Leone
Det pater ſedes, calidoque Cancro:
Ne tuo vultu tremefacta leges
Aſtra conturbent, trepidetque Titan.
Vere dum flores venient tepenti,
Et comam ſyluis hyemes recident,
Vel comam ſyluis reuocabit æſtas,
Pomaque autumno fugiente cedent,
Nulla te terris rapiet vetuſtas.
Tu comes Phæbo, comes ibis aſtris.
Ante naſcetur ſeges in profundo,
Vel fretum dulci reſonabit vnda.
Ante diſcedet glacialis Vrſæ
Sidus, & ponto vetito fruetur,
Quam tuas laudes populi quieſcant.
Te pater rerum miſeri precamur,
Nulla naſcatur fera, nulla peſtis,
Non duces ſæuos miſeranda tellus
Horreat, nulla dominetur aula,
Cui poteſt ſolum decus eſſe regni,

Semper intenſum tenuiſſe ferrum.
Si quid in terris iterum timetur,
Vindicem, terræ petimus relictæ.
En quid hoc? mundus ſonat, ecce mœret,
Mœret Alciden pater? an deorum
Clamor? an vox eſt timidæ nouercæ?
Hercule an viſo fugit aſtra Iuno?
Pondere an laſſus titubauit Atlas?
An magis diri tremuere manes?
Herculem, & viſum canis inferorum
Fugit abruptis trepidus catenis?
Fallimur: læto venit ecce vultu
Quem tulit Pæan, humeriſque tela
Geſtat, & notas populis pharetras
Herculis hæres.

...octetę namque Pęantis filio arcum, & ſagit... ...noribũd' Hercules dono obtulerat. Vt Actu. 5. refertur

IN THYESTE CHORVS.

...udet primò Thyęſtem, & Atreum ad amici... ...denique rediiſſe. Deinde in ambitioſæ vitæ ...perationem, ſuaque ſorte contentę laudem, ...atiatur. Docet que interim in quo vera regnandi ratio ſit poſita.

...lem Regia nobilis
...qui genus Inachi
...um compoſuit minas.
... vos exagitat furor
...nis dare ſanguinem,
Et ſceptrum ſcelere aggredi?
Neſcitis cupidi arcium,
Regnum quo iaceat loco?
Regem non faciunt opes,
Non veſtis Tyriæ color,

Non

Non frontis nota regiæ,
Non auro nitidæ trabes.
Rex eſt, qui poſuit metus,
Et diri mala pectoris:
Quem non ambitio impotens
Et nunquam ſtabilis fauor
Vulgi præcipitis mouet.
Nō quidquid fodit Occidēs,
Aut vnda Tagus aurea
Claro deuehit alueo:
Non quidquid Lybicis terit
Feruens area meſsibus.
Quem non concutiet cadens
Obliqui via fulminis;
Non Eurus rapiens mare,
Aut ſæuo rapidus freto
Ventoſi tumor Adriæ:
Quem non lancea militis
Nō ſtrictus domuit Chalybs
Qui, tuto poſitus loco,
Infra ſe videt omnia,
Occurritque ſuo libens
Fato, nec queritur mori.
Reges conueniant licet,
Qui rubri vada litoris,
Aut gemmis mare lucidum
Latè ſanguineum tenent;
Aut qui Caſpia fortibus
Recludunt iuga Sarmatis;
Certet Danubium licet
Audet qui pedes ingredi:
Et quocunque loco iacent
Seres vellere nobiles.
Mens Regnū bona poſsidet,
Nil vllis opus eſt equis,
Nil armis, & inertibus
Telis, quæ procul ingerit
Parthus cum ſimulat fugas,
Admotis nihil eſt opus
Vrbes ſternere machinis
Longè ſaxa rotantibus.
Rex eſt, qui metuit nihil.
Hoc Regnum ſibi quiſq; dat.
Stet quicumq; volet potens,
Aulæ culmine lubrico:
Me dulcis ſaturet quies.
Obſcuro poſitus loco,
Leni perfruar otio.
Nullis nota Quiritibus
Aetas per tacitum fluat
Sic, cum tranſierint mei
Nullo cum ſtrepitu dies,
Plebeius moriar ſenex.
Illi mors grauis incubat,
Qui notus nimis omnibus,
Ignotus moritur ſibi.

EX OCTAVIA.

Queritū Seneca Philoſophus calamitatē ſui tēporis Fruſtraque diſſuadet Neroni ſecundas, viuente Octauia legitima vxore, nuptias.

ACTVS

ACTVS SECVNDVS. SENECA.

idme, potens fortuna, fallaci mihi
dita vultu, ſorte contentum mea
extuliſti? grauius vt ruerem edita
ptus arce, totque proſpicerem metus?
us latebam, procul ab inuidiæ malis
otus, inter Corſici rupes maris:
liber animus, & ſui iuris, mihi
per vacabat, ſtudia recolenti mea.
ecta terras fugit, & mores feros
inium, & cruenta cæde pollutas manus
ea virgo, ſiderum magnum decus.
ido belli creuit, atque auri fames.
m per orbem maximnm exortum eſt malum,
ecta vitia per tot ætates diu
s redundant: ſeculo premimur graui,
ſcelera regnant, ſæuit impietas furens.
i libido Venere dominatur potens.
ria victrix orbis immenſas opes
pridem auaris manibus, vt perdat, rapit.
cce greſſu fertur attonito Nero,
ique vultu, quid ferat mente horreo.

NERO PRAEFECTVS. SENECA.

age imperata, mitte qui Plauti mihi,
llæque cæſi referat abſciſſum caput.
A. Iuſſa haud morabor, caſtra confeſtim petam.
N. Nihil in propinquos temerè conſtitui decet.
R. Iuſtum eſſe facile eſt, cui vacat pectus metu.
N. Magnum timoris remedium clementia eſt.
R. Extinguere hoſtem, maxima eſt virtus ducis.
. Seruare ciues maior eſt patriæ patri.
R: Præcipere mitem conuenit pueris ſenem.
. Regenda magis eſt feruida adoleſcentia.
R. Fortuna noſtra cuncta permittit mihi.

SEN. Crede obſequenti parcius, leuis eſt dea.
NER. Inertis eſt, neſcire quid liceat ſibi.
SEN. Id facere laus eſt, quod decet, non quod licet.
NER. Calcat iacentem vulgus. SEN. Inuiſum opprimit.
NER. Ferrum tuetur principem. SEN. Melius fides.
NER. Decet timeri Cæſarem. SEN: At plus diligi.
NER. Metuãt neceſſe eſt. S. Quidquid exprimitur graue e
NER. Iuſsiſque noſtris pareant: SEN. Iuſta impera.
NER. Statuam ipſe. SEN. Quæ conſenſus efficiat rata.
NER. Deſpectus enſis faciet. SEN. Hoc abſit neſas.
NER. An patiar vltro ſanguinem noſtrum peti
Inuictus, & contemptus, vt ſubito opprimar?
Tollantur hoſtes enſe ſuſpecti mihi
Inuiſa coniux pereat, vt charum ſibi
Fratrem ſequatur: quidquid excelſum eſt, cadat.
SEN. Pulchrum eminere eſt inter illuſtres viros,
Conſulere patriæ parcere aflictis, fera
Cæde abſtinere, tempus atque iræ dare,
Orbi quietem, ſeculo pacem ſuo.
Hæc ſumma virtus, petitur hac cœlum via.
Sic ille patriæ primus Auguſtus parens
Complexus aſtra eſt, colitur & templis deus.
Tu pacis autor, generis humani arbiter
Electus, orbem tu ſacra ſpecie regis
Patriæ parens. quod nomen, vt ſerues, petit,
Suoſque ciues Roma commendat tibi.
NER. Munus Deorum eſt, ipſa quod ſeruit mihi
Roma & ſenatus, quodque ab inuitis preces,
Humileſque voces exprimit noſtri metus,
Seruare ciues & principi, & patriæ graues,
Claro tumentes genere, quæ dementia eſt?
Nos quoque manebunt aſtra, ſi ſæuo prior
Enſe occuparo quidquid infeſtum eſt mihi.

que noſtram ſobole fundaro domum.
nque thalamis coniugem inueni meis
, atque forma, victa cui cedat Venus,
e coniux, & ferox armis Dea.
Probitas, fideſque, coniugis mores, pudor,
it marito: ſola perpetuo manent
a nulli, mentis, atque animi bona.
decoris ſinguli carpunt dies.
Omnes in vnam contulit laudes Deus,
ue naſci fata voluerunt mihi.
Recedat a te, temere ne credas, amor.
Quem ſubmouere fulminis dominus nequit
rannum, ſæua qui penetrat freta,
e regna, detrahit ſuperos polo?
Volucrem eſſe amorem fingit immitem Deum
s error: armat & telis manus,
e ſacros inſtruit ſæua face:
nque credit Venere, Vulcano ſatum.
gna mentis, blãdus, atque animi calor
ſt, iuuenta gignitur, luxu, otio:
r inter læta fortunæ bona.
ſi fouere atque alere deſiſtas, cadit,
e vires perdit extinctus ſuas.
Prohibebor vnus facere quod cunctis licet?
Maiora populus ſemper, a ſummo exigit.
Libet experiri, viribus fractus meis,
t animis temere conceptus furor.
Obſequere potius ciuibus placidus tuis.
Male imperatur, cum regit vulgus duces.
Nihil impetrare, cum valet, iuſtè dolet.
Exprimere ius eſt, ferre quod nequeunt preces.
Negare durum eſt. NER. Principem cogi nefas.
ermittat ipſe. NER. Fama ſed victum feret.

SEN. Leuis atque vana. NER. Sit licet, multos notat.
SEN. Excelſa metuit. NER. Non minus carpit tamen
CEN: Facile opprimetur, merita te diui patris,
Aetaſque frangant, coniugis probitas, pudor.
NER: Deſiſte tandem iam grauis nimium mihi
Inſtare: liceat facere quod Seneca improbat.
Quin deſtinamus proximam thalamis diem?

CHORVS IN THYESTE.

Agit de rerum humanarum, ſiue in pr-ſperis, ſiue in aduerſis viciſſitudine, atque in-ſtantia

Nulla ſors longa eſt: dolor, ac voluptas
Inuicem cedunt, breuior voluptas.
Ima permutat breuis hora ſummis.
Ille qui donat diadema fronti,
Quem genu nixæ tremuere gentes,
Cuius ad nutum poſuere bella
Medus, & Phœbi propioris Indus,
Et Dacæ Parthis equitem minati,
Anxius ſceptrum tenet, & mouentes
Cuncta dynaſtas, metuitque caſus
Mobiles, rerum, dubiumque tempus.
Vos, quibus rector maris, atque terræ
Ius dedit magnum necis, atque vitæ,
Ponite inflatos, tumidoſque vultus
Quidquid a vobis minor extimeſcit,
Maior hoc vobis dominus minatur.
Omne ſub regno grauiore regnum eſt.
Quem dies vidit veniens ſuperbum,
Hunc dies vidit fugiens iacentem.
Nemo confidat nimium ſecundis,
Nemo deſperet meliora, lapſus.

Miſcet hæc illis, prohibetque Clotho
Stare fortunam, rotat omne fatum.
Nemo tam diuos habuit fauentes,
Craſtinum vt poſsit ſibi polliceri.
Res deus noſtras celeri citatas
Turbine verſat.

TERENTII COMOEDIA, VAE HEAVTONTIMORVMENOS.

Ideſt, ſe ipſum excrucians.

PROLOGVS.

ui ſit veſtrum mirum, cur parteis ſeni
eta dederit, quæ ſunt adoleſcentium,
num dicam. deinde, quid veni eloquar.
egra Græca, integram comœdiam
ſum acturus Heautontimorumenon,
x quæ ex argumento facta eſt ſimplici.
bonorum exemplum: quo exemplo ſibi
id facere, quod illi fecerunt, putat.
uod maleuolus vetus poeta dictitat,
té ad ſtudiū hunc ſe applicaſſe muſicū,
m ingenio fretum, haud natura ſua:
ium veſtrum, veſtra exiſtimatio
t, quamobrem omneis vos oratos volo,
s iniquam poſsit, quam æquum oratio.
æquo animo. date poteſtatem mihi,
m agere vt liceat per ſilentium:
per ſeruus currens, iratus ſenex,
araſitus, ſycophanta autem impudens,
leno, aſsiduè agendi ſint mihi
re ſummo, cum labore maxumo.
uſa cauſam hanc iuſtam eſſe animū inducite,
a pars laboris minuatur mihi.

Nam nunc nouas qui ſcribunt, nihil parcunt ſeni:
Si qua laborioſa eſt, ad me curritur:
Sin lenis eſt, ad alium defertur gregem.
In hac eſt pura oratio: experimini,
In vtranque partem ingenium quid poſsit meum.
Si nunquam auarè pretium ſtatui arti meæ,
Et eum eſſe quæſtum in animum induxi maximum,
Quam maximè ſeruire veſtris commodis:
Exemplum ſtatuite in me, vt adoleſcentuli
Vobis placere ſtudeant potius, quam ſibi.

Anxio conficit dolore Menedemus, quod Cl-niam filium abire in militiã compulerit. Hũc ver amicus Chremes conſolatur.

ACTVS. I. SCENA. I. CHREMES. Menedemus.

Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodũ eſt,
Inde adeo, quod agrum in proximo hic mercatus es,
Nec rei ferè ſanè amplius quicquam fuit:
Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas
(Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto)
Facit, vt te audacter moneam, & familiariter,
Quod mihi videre præter ætatem tuam
Facere, & præterquam res te adhortatur tua,
Nam pro Deum atque hominum fidem, quid vis tibi? aut
Quid quæris; annos ſexaginta natus es,
Aut plus eo, vt conijcio. agrum in his regionibus
Meliorem, neque pretij maioris nemo habet:
Seruos complureis: proinde quaſi nemo ſiet,
Ita tute attentè illorum officia fungere.
Nunquam tam manè egredior, neque tam veſpere
Domum reuertor, quin te in fundo conſpicer
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre: denique

Nullu

um remittis tempus, neque te reſpicis.
non voluptati eſſe, ſatis certo ſcio.
im, dices; me, hic quantum operis fiat, pœnitet:
l in opere faciundo operæ conſumis tuæ,
ıas in illis exercendis, plus agas.
hreme, tantumne eſt ab re tua otij tibi,
a vt cures, eaque, nihil quæ ad te attinent?
Iomo ſum, humani a me nihil alienum puto.
ıe monere hoc, vel percontari puta:
m eſt, ego vt faciam, non vt deterream.
ihi ſic eſt vſus; tibi vt opus eſt facto, face.
. cuiquam eſt vſus homini, ſe vt cruciet? M. Mihi eſt.
uid laboris eſt, nollem: ſed quid iſthuc mali eſt?
o, quid de te tantum meruiſti? M. eheu.
lacruma, atque iſthuc quicquid eſt, fac me vt ſciam:
.ce: ne verere: crede inquam mihi,
nſolando, aut conſilio, aut re iuuero.
re hoc vis? C. hac quidem cauſa, qua dixi tibi.
cetur, C. at iſtos raſtros interea tamen
ıe: ne labora. M. Minimè. C. quam rem agis?
ıe, ſine, vacuum tempus ne quod dem mihi
is. C. non ſinam inquam. M. ah non æquum facis.
i. tam graueis hos quæſo? M. ſic meritum, eſt meum.
nc loquere. M. filium vnicum adoleſcentulum
: at quid dixi habere me? imo habui Chreme:
habeã, nec ne, incertũ eſt. C. quid ita iſthuc M. ſcies.
orintho hic aduena anus paupercula,
iam ille amare cœpit perditè,
m reſciui, cœpi non humanitus,
vt animum decuit ægrotum adoleſcentuli,
re: ſed vi & via peruulgata patrum.
ie accuſabam: Hem, tibi ne hæc diutius
ſperas facere, me viuo patre?

Erras, ſi id credis, & me ignoras Clinia.
Ego te meum eſſe dici tantiſper volo,
Dum, quod te dignum eſt, facies, ſed ſi id non facis,
Ego, quod me in te ſit facere dignum, inuenero.
Nulla adeo ex re iſthuc fit, niſi ex nimio otio.
Ego iſthuc ætatis non amori operam dabam:
Sed in Aſiam hinc abij propter pauperiem: atq; ibi
Simul rem, & gloriam armis belli repperi.
Poſtremo adeo res redijt: adoleſcentulus
Sæpe eadem, & grauiter audiendo, victus eſt:
Putauit me & ætate, & beneuolentia
Plus ſcire,& prouidere,quam ſe ipſum ſibi:
In Aſiam ad regem militatum abijt Chreme.
C. Quid ais? M. clam me profectus, menſes tres abeſt.
C. Ambo,accuſandi: & ſi illud inceptum tamen
Animi eſt pudentis ſignum, & non inſtrenui.
M. Vbi comperi ex ijs, qui ei fuere conſcij,
Domum reuertor mœſtus, atque animo ferè
Perturbato, atque incerto præ ægritudine.
Aſsido: accurrunt ſerui· ſoccos detrahunt:
Video alios feſtinare, lectos ſternere,
Cœnam apparare: pro ſe quiſque ſedulo
Faciebat, quo illam mihi lenirent miſeriam.
Vbi video hæc, cœpi cogitare. hem, tot mea
Solius ſolliciti ſunt cauſa, vt me vnum expleant?
Ancillæ tot me veſtiant? ſumptus domi
Tantos ego ſolus faciam? ſed gnatum vnicum,
Quem pariter vti his decuit, aut etiam amplius,
Quod illa ætas magis ad hæc vtenda idonea eſt,
Eum ego eieci hinc miſerum iniuſtitia mea,
Malo quidem me dignum quouis deputem,
Si id faciam: nam vſque dum ille vitam illam colet
Inopem, carens patria ob meas iniurias,

Inter.

a vſque illi de me ſupplicium dabo,
ans, quærens, parcens, illi ſeruiens.
io prorſus:nihil relinquo in ædibus,
as, nec veſtimentum. conraſi omnia:
as, ſeruos, niſi eos, qui opere ruſtico
do facilè ſumptum exerceant ſuum,
is produxi, ac vendidi: inſcripſi illico
s mercede: quaſi talenta ad quindecim
agrum hunc mercatus ſum: hic me exerceo:
ii, tantiſper me minus iniuriæ,
ne, meo gnato facere, dum fiam miſer:
s eſſe vlla me voluptate hic frui,
bi ille huc ſaluus redierit meus particeps.
enio te eſſe in liberos leni puto, &
bſequentem, ſi quis rectè aut commodè
ret: verum neq; tu illum ſatis noueras,
ille: hoc vbi fit, ibi non verè viuitur.
um nunquam oſtendiſti quanti penderes,
bi ille eſt credere auſus, quæ eſt æquom patri:
ſi eſſet actum, hæc nunquam eueniſſent tibi.
res eſt, fateor peccatum a me maximum eſt.
nedeme, at porro rectè ſpero illum tibi
n affuturum eſſe hic, confido propediem.
nam Dij ita faxint. C. facient. nunc, ſi commodũ eſt,
ſia hic ſunt, hodie apud me ſis volo.
n poſſum. C. cur non? quæſo tandem aliquantulum
arce: idem abſens facere te hoc vult filius.
n conuenit, qui illum ad laborem impulerim,
me ipſum fugere. C. ſiccine eſt ſententia?
C. bene vale. M. & tu. C. lacrymas excuſsit mihi,
tque me eius. ſed vt diei tempus eſt,
e oportet me hunc vicinum Phaniam,
am vt veniat: ibo, viſam ſi domi eſt.

Nihil opus fuit monitore: iam dudum domi
Aiunt præſto apud me eſſe: egomet conuiuas moror.
Ibo adeo hinc intro. ſed quid crepuerunt fores?
Hinc a me quiſnam egreditur? huc conceſſero.

Cliniam adoleſcentem rediiſſe nuntiat Clitiph parenti ſuo Chremeti. Parens autem ea oblat occaſione, filium monet, vt alieno periculo ſapiat ſibique conſulat.

Actus. 1. Scena. 2. Clitipho, Chremes.

Nihil adhuc eſt, qnod vereare Clinia: haudquaquam etiar
ceſſant:
Et illum ſimul cum nuncio tibi hic ego affuturum
Hodie ſcio, proin tu ſolicitudinem iſtam falſam, quæ te
Excruciat, amitas. C H. quicum loquitur filius? C L. pate
Quem volui, adibo. pater opportune aduenis. (adeſt
C H. Quid eſt. C L. hunc Menedemum noſti ne noſtrun
vicinum? C H. probe.
C C. Huic filium ſcis? C H. audiui, in Aſia. C L. non e
pater, apud
Nos eſt. C H. quid ais? C L. venientem, è naui egredienten
adduxi illico
Ad cenam. nam mihi magna cũ eo iam inde vſque a pueriti
Semper fuit familiaritas. CH. voluptatem magnã nuncias:
Quam vellem Menedemum inuitatum, vt nobiſcum hodi
eſſet amplius,
Vt hanc lætitiam nec opinanti primus ei obiicerem domi:
Atque etiam nunc tempus eſt. C L. caue faxis: non e
opus pater.
C H. Quapropter? C L. quia enim incertum eſt etiã, qui
ſe faciat modo venit,
Timet omnia, patris irã, & animũ parentis ſe erga vt ſit ſuæ

C H.

Quid narrat? C L. quid ille? ſe miſerum eſſe C H. mi-
ſerum? quod minus credere eſt?
d reliqui eſt, quin habeat, quœ quidem in homine di-
cuntur bona?
ntes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos,
ditias:
e hæc perinde ſunt, vt illius animus, qui ea poſſidet·
vti ſcit, ei bona; illi, qui non vtitur rectè, mala.
Imo ille ſenex fuit importunus ſemper: & nunc nihil
magis
or, quam ne quid in illum iratus plus ſatis faxit pater.
ille ne? ſed reprimam me: nam, in metu eſſe hunc,
illi eſt vtile.
Quid tute tecum. C H. dicam. vt vt erat, manſum ta-
men oportuit.
ſſe aliquanto iniquior erat propter eius lubidinem:
etur: nam quem ferret, ſi parentem non ferret ſuum?
cine erat æquom ex illius more, an illum ex huius
viuere? &
d illum inſimulant durum, id non eſt, nam parentum
iniuriæ
ſmodi ſunt fermè, paulo qui eſt homo tolerabilis.
ari crebro nolunt crebro conuiuarier:
ent exigue ſumptũ: & ea ſunt tamen ad virtutẽ omnia.
m vbi animus ſemel ſe cupiditate deuinxit mala,
ſſe eſt Clitipho conſilia conſequi conſimilia. hoc
m eſt, periclum ex alijs facere, tibi quod ex vſu ſiet.
Ita credo. C H. ego ibo hinc intro, vt videam, nobis
quid cenæ ſiet.
t tempus eſt, diei, vide ſis, ne quo hinc abeas longius.
*Clitipho adoleſcens ſecum ipſe loquens querit
atre, vt mos eſt iuuenum paterna moleſtè fe-*

 rentiũ

rentium conſilia——

Actus. 2. Sceneca. 1. Clitipho.

Quam iniqui ſunt patres in omneis adoleſcenteis iudice
Qui æquom eſſe cenſent, nos iam a pueris illico naſ
ſenes,
Neq; illarum affines eſſe rerum, quas fert adoleſcentia.
Ex ſua libidine moderantur, quæ nũc eſt, non quæ olim fui
Mihi ſi vnquam filius erit, næ ille facili me vtetur patre:
Nam & cognoſcendi, & ignoſcendi dabitur peccati locus:
Non vt meus, qui mihi per alium oſtendit ſuam ſententiam
Nunc ait, periclũ ex alijs facito, tibi quod ex vſu ſiet.
Aſtutus: næ ille haud ſcit, quam mihi nunc ſurdo narret fa
bulam.

Chremes Menedemo nuntiat ex Aſia rediiſſe fi lium, ex qua re Menemus incredibili gaudio per funditur, & filio poſthac indulgere magis inſti tuit; quod quidẽ ei magnopere diſſuadet Chremes

Actus. 3. Sceneca. 1. Chremes.
Menedemus.

LVceſcit: hoc iam ceſſo pultare oſtium
Vicini; primum ex me vt ſciat ſibi filium
Rediſſe: etſi adoleſcentem hoc nolle intelligo.
Verum, cum videam miſerum hunc tam excruciarier
Eius abitu, celem tam inſperatum gaudium,
Cum illi pericli nihil ex indicio ſiet?
Haud faciam: nam, quod potero, adiutabo ſenem,
Ita filium meum amico, atque æquali ſuo
Video inſeruire, & ſocium eſſe in negotijs:
Nos quoque ſenes eſt æquum ſenibus obſequi.
M. Aut ego profecto ingenio egregiè ad miſeriam

Na tu

ſum: aut illud falſum eſt, quod vulgo audio
diem adimere ægritudinem hominibus.
mihi quidem quotidie augeſcit magis
io ægritudo: & quanto diutius
, magis cupio tanto, & magis deſidero.
l ipſum foras egreſſum video: ibo: alloquar.
deme ſalue: nuntium adporto tibi,
maximè te fieri participem cupis.
unquidnam de gnato meo audiſti Chreme?
let atque viuit. M. vbinā eſt quæſo? C. apud me domi.
eus gnatus? C. ſic eſt. M. venit? C.Certè M. Cli. Meus
C: dixi. M. eamus, duc me ad eum obſecro.
n vult te ſcire ſe rediſſe. etiam tuum
ectum fugitat propter peccatum: tum hoc timet,
duriria illa antiqua etiam adaucta ſiet. (mæ
n tu ei dixiſti, vt eſſem? C. non.M. quamobrem Chre
a peſſumè iſthuc in te, atq; in illum conſulis,
m leni, & victo eſſe animo oſtenderis.
on poſſum: ſatis iam, ſatis pater durus fui. C. ah,
ens in vtranq; partem Menedeme es nimis.
gitate nimia, aut parſimonia:
dem fraudem ex hac re, atque ex illa incides.
Dij amabunt, vt tuarum miſeritum eſt
leme fortunarum. M. faciat, quod lubet:
, conſumat, perdat: decretum eſt pati:
lium modo habeam mecum. C. ſi certum eſt tibi
ere, illud permagni referre arbitror,
ientem ſentiat te id ſibi dare.
id faciā? C.quiduis potius quam quod cogitas:
m quemuis vt des: falli te ſinas
nc pecunia agitur: ſed illud, quomodo
periclo id demus, adoleſcentulo.
ſemel tuum animum is intellexerit,

Prius

Prius perditurum te tuam vitam, & prius
Pecuniam omnem, quam abs te amittas filium: hui,
Quantam feneſtram ad nequitiam pateſeceris?
Tibi aucem porro vt non ſit ſuaue viuere:
Nam deteriores omnes ſumus licentia:
Quodcunque inciderit in mentem, volet, neque id
Putabit, prauum, an rectum, quod petet, fiet.
Tu rem perire, & ipſum, non poteris pati.
Dare denegaris: ibit ad illud illico,
Quo maximè apud te ſe valere ſentiet,
Abiturum ſe abs te eſſe illico minabitur.
M. Videre verum, atque ita, vti res eſt, dicere.
Paululum negoti mihi obſtat: Simus, & Crito
Vicini noſtri hic ambigunt de finibus:
Me cêpere arbitrum: ibo, ac dicam, vt dixeram,
Operam daturum me, hodie non poſſe ijs dare:
Continuo hic adero. M. ita quæſo. Dij voſtram fidem,
Ita ne comparatam eſſe hominum naturam omnium,
Aliena melius vt videant & iudicent,
Quam ſua? an eo fit, quia in re noſtra, aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?
Hic mihi quanto nunc plus ſapit, quam egomet mihi?
C. Diſſolui me ocyus, operam vt tibi darem.

BVCOLICA POESIS QVID SIT, QVID ECLOGA, QVAE IPSIVS *partes, & perſonę. Cap. 1.*

Poeſis Bucolica, eſt imitatio actionum ruſticarum. Eas enim Poeta imitatur quidem tripliciter. Vel adhibitis perſonis, quę rem quaſi tunc ageretur, interloquendo repręſentēt: vt Maroni

Eclo

ga. 1. 3. 5. 9. Vel ipſe interim Poeta loquẽs,
que ſermonem affingens: vt eiuſdem 2. 6. 7.
. Vel, quod rariùs aliquantò eſt, ſimplici v-
narratione, verumq; expoſitione Poeta ſolus:
4. ——

ùm, ſiue à verbo greco, q. eligo latinis eſt,
à nomine, quod ſermo dicitur, originẽ ducat,
ga; aliud nihil eſt, quàm breue, ſelectumque
a, ſiue colloquium. Eius partes duę, Princi-
, & Narratio. interdũ aliquid Epilogi loco
git. Interdũ à Narratione incipit. Perſonas
es illa quidem, vt Comędia, verum tamen ru-
& agreſtes, non vrbanas, quę ſunt paulo e-
ores, admittit. Ideoq; nomen accipit potiſſi-
à paſtoribus.

VÆ ILLIVS MATERIA, quod genus carminis, Quæ ſtyli ratio. Cap. 2.

erſonas, ita & argumenta ſumit ab agris, &
s. Tractat verò vota, gratulationes, lauda-
, obtrectationes, altercationes, cohortationes,
tationes, conqueſtiones, gaudia, pompas, cã-
laritates, iocos, & ſimilia. Verum omnia
grũ debẽt. Regnat in Ecloga Hexameter,
quòd

quòd narrationibus videatur accomodatiſſimus, cãtilenis ruſticis idoneus, nec ineptus actioni, m do ne adſit granditas, ne ve longiore ambitu cir ducatur. Laudatur autem, ſi primus, & quart pes integra voce terminetur, vt Ecl. 3.

Frigidus, o pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

Quod ſtudioſius quàm Maro cuſtodiuit Th critus, nec à nobis anxietate nimia cuſtodiendu Fabula erit vna, & ſimplex, non tamen reſp digreſſiones. nec neceſſe erit ſemper eſſe alleg ricam. Oratio ſplendore nimio, & ornament grauitateq; & acumine ſententiarum illuſtran non eſt. Quanquam verborum quidem figuras a plectitur. vt Ecloga. 7.

Crudelis tu quoq; mater,
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer, crudelis tu quoq; mater.

Et paſſim in Bucolicis. Nec ineleganter, ad cer quędam interualla repetitur verſus vnus, qui(e ſimilitudine Biſſexti, hoc eſt intercalaris diei, q quarto quoq; anno Februarij dieb⁹ interſeritu intercalaris dicitur, vt 8. Eclo.

Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daph

DE AMAEBAEO CARMINE. Cap. III.

Habet non infrequenter Ecloga Amæbęum c

m

à greco deductum verbo, ꝗ ſignificat alter-
eſpõdere, eſt autẽ cùm Perſonę mutuò ſibi re-
dẽt, ęquali numero verſuum, & ita ſeſe ha-
reſponſio, vt aut maius, aut contrariũ aliquid
t. Tale eſt illud Ecloga. 3. inter Menalcam
œtamq;, Palęmone iudice, certamen.

Contrarium dicit.

D. Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.
M. Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis,
Lenta ſalix fœto pecori, mihi ſolus Amynthas.

Maius dicit.

D. Pollio amat noſtram, quamuis ſit ruſtica, muſam
Pierides vitulam lectori paſcite veſtro.
M. Pollio & ipſe facit noua carmina: paſcite taurũ,
am cornu petat & pedibus qui ſpargat arenam.

i multa, multa etiã Eclo. 7. & apud Catullũ
. In Epithalamio ſic incipiente

Veſper adeſt, iuuenes, conſurgite, veſper Olympo
Expectata diu, vix tandem lumina tollit.

OGA, CVI NOMEN TITYRVS. I.

Argumentum.

poſt occiſſum in Senatu Cęſarem, eius filius
uſt⁹ occiſſores bello ſuperaſſet, pręd ia Cre-
ſium, qui cõtra eum ſteterant, inter milites
buit ſuos. Quæ, cũ ſatis non eſſet, Mãtua-
tiã agros, qui vicini erant, eiſdẽ attribuit.

Amiſſo

Amiſſo ergo prędio ſuo Virgilius Romam adij ubi & fauore ingenij, & Pollionis Pręfecti a xilio illud tandem recuperauit. Inducitur itaq Melibęus (cuius nomine quemuis Mantuanu paſtorem intelligimus) calamitatem ſuam depl rans, eamq; cum Tityri vicini ſui fęlicitate co parans: Tityrus autem (qui Virgilij perſonam g rit) recuperato prędio ſecurus & gaudens, A guſtum ſuę huiuſmodi fęlicitatis autorem laudi in cœlum effert.

MELIBOEVS TITYRVS.

Tityre, tu patulæ recubans ſub tegmine fagi
Silueſtrem tenui muſam meditaris auena:
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua:
Nos patriam fugimus; tu Tityre lentus in vmbra
Formoſam reſonare doces Amaryllida ſiluas.
TI. O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit.
Nanque erit ille mihi ſemper deus, illius aram
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues, vt cernis, & ipſum
Ludere, quæ vellem, calamo permiſit agreſti.
ME. Non equidem inuideo, miror magis. vndique totis
Vſque adeo turbatur agris. en ipſe capellas
Protinus æger ago: hanc etiam vix Tityre duco,
Hic inter denſas corylos modo namque gemellos,
Spem gregis, ah ſilice in nuda connixa reliquit.
Sæpe malum hoc nobis, ſi mens non læua fuiſſet,
De cælo tactas memini prædicere quercus:
Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.

Sed

men,iſte deus qui ſit, da Tityre nobis.
Vrbem, quam dicunt Romam, Meliboœ putaui
s ego hic noſtræ ſimilem, quo ſæpe ſolemus
es ouium teneros depellere fœtus.
ibus catulos ſimilet,ſic matribus hœdos
, ſic paruis componere magna ſolebam.
hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,
um lenta ſolent inter viburna cupreſſi.
cquæ tanta fuit Romam tibi cauſſa videndi?
bertas: quæ ſera, tamen reſpexit inertem:
lior poſtquam tondenti barba cadebat:
it tamen, & longo poſt tempore venit,
am nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
e(fatebor enim) dum me Galatea tenebat,
s libertatis erat, nec cura peculi.
is multa meis exiret victima ſeptis,
& ingratæ premeretur caſeus vrbi.
quam grauis ære domum mihi dextra redibat.
irabar, quid mæſta deos Amarylli vocares,
dere ſua patereris in arbore poma.
hinc aberat: ipſæ te Tityre pinus,
ntes, ipſa hæc arbuſta vocabant.
id facerem? neque ſeruitio me exire licebat:
præſentes alibi cognoſcere diuos.
n vidi iuuenem, Melibœe, quotannis
s cui noſtra dies altaria fumant.
i reſponſum primus dedit ille petenti:
vt ante,boues pueri,ſubmittite tauros.
rtunate ſenex,ergo tua rura manebunt,
agna ſatis: quamuis lapis omnia nudus,
ue palus obducat paſcua iunco:
eta graues tentabunt pabula fœtas.
vicini pecoris contagia lædent.

Fortunate ſenex, hic inter flumina nota,
Et fontes ſacros frigus captabis opacum.
Hinc tibi, quæ ſemper vicino ab limite ſæpes
Hyblæis apibus florem depaſta ſalicti,
Sæpe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.
Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras.
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes,
Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo.
T I. Antè leues ergo paſcentur in æthere cerui,
Et freta deſtituent nudos in littore piſces;
Antè, pererratis amborum finibus, exſul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim;
Quam noſtro illius labatur pectore vultus.
M E. At nos hinc alij ſitientes ibimus Afros:
Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem,
Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.
En vnquam patrios longo poſt tempore fines,
Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen,
Poſt aliquot, mea regna videns mirabor ariſtas?
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has ſegetes? en, quo diſcordia ciues
Perduxit miſeros: en queis conſeuimus agros.
Inſere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites.
Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ.
Non ego vos poſthac, viridi proiectus in antro,
Dumoſa pendere procul de rupe videbo:
Carmina nulla canam: non, me paſcente, capellæ
Florentem cytiſum, & ſalices carpetis amaras.
T I. Hic tamen hanc mecum poteris requieſcere noctem,
Fronde ſuper viridi. ſunt nobis mitia poma,
Caſtaneæ molles, & preſsi copia lactis.
Et iam ſumma procul villarum culmina fumant,
Maioreſque cadunt altis de montibus vmbræ.

Ecloga, cui nomen Moeris. 9.

Argumentum.

onis fundus, in agrorũ diſtributione illa ab
guſto militib⁹ facta, Arrio Centurioni ſorte
rat. Is, Cęſaris decreto, cùm iuberetur fun-
reſtituere, adèo rem egrè tulit, atq; impatiẽ-
ot Maronem planè interfeciſſet, niſi ſe ille
item miſiſſet in Minciũ. quod allegoricè in-
n Palęmone ſub Menalcę momine his verbis
M E. Parcite, oues, nimium procedere, non bene ripæ
Creditur: ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat.
o itaq; Romã profectur⁹, ꝓcuratori ſuo, quẽ
s repręſentat, pręcepit vt Arrij beneuolẽtiã,
d reditũ ſuũ, quoquomodo retineat, conſer-
Hoc vt exequat̃ Męris, hędos aliquot dono
ur⁹ Arrio Mãtuã proficiſcit̃. Męrin ſubſe-
Lycidas paſtor itineris cauſam inquirẽs. Ibi
occaſionem Męris tẽporũ illorũ calamitatẽ
. Deinde vnà Mantuam euntes eundi mo-
m varijs ſubleuant cantilenis.

LYCIDAS, MOERIS.

uo te Mæri pedes? an quo via ducit in vrbem?
M. O Lycida viui peruenimus, aduena noſtri,
unquam veriti ſumus, vt poſſeſſor agelli
: hæc mea ſunt: veteres migrate coloni.
icti, triſtes, quoniam ſors omnia verſat,
, quod nec bene vertat, mittimus hædos.

L. Certe equidem audieram, qua ſe ſubducere colles
Incipiunt, mollique iugum demittere cliuo,
Vſque ad aquam, & veteris iam fracta cacumina fagi
Omnia carminibus veſtrum ſeruaſſe Menalcam.
M. Audieras, & fama fuit; ſed carmina tantum
Noſtra valent Lycida tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.
Quod niſi me quacunque nouas incidere lites
Antê ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix;
Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipſe Menalcas.
L. Heu cadit in quemquam tantum ſcelus? heu tua nobis
Penè ſimul tecum ſolatia rapta Menalca.
Quis caneret nymphas? quis humum florentibus herbis
Spargeret? aut viridi fontes induceret vmbra?
Vel quæ ſublegit tacitus tibi carmina nuper,
Cum te ad delicias ferres Amaryllida noſtras?
Tityre, dum redeo, (breuis eſt via) paſce capellas:
Et potum paſtas age Tityre, & inter agendum
Occurſare capro (cornu ferit ille) caueto.
M. Immo hæc, quæ Varo necdum perfecta canebat:
Vare tuum nomen, ſuperet modo Mantua nobis,
Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ,
Cantantes ſublime ferent ad ſidera cycni.
L. Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos;
Sic cythiſo paſtæ diſtentent vbera vaccæ:
Incipe, ſi quid habes, & me fecere poëtam
Pierides: ſunt & mihi carmina. me quoque dicunt
Vatem paſtores. ſed non ego credulus illis.
Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna
Digna, ſed argutos inter ſtrepere anſer olores.
M. Id quidem ago: & tacitus Lycida mecum ipſe voluto,
Si valeam meminiſſe: neque eſt ignobile carmen.
Huc ades o Galatea. quis eſt nam ludus in vndis?
Hic ver purpureum: varios hic flumina circum

humus flores: hic candida populus antro
et, & lentæ texunt vmbracula vites.
es: inſani feriant ſine littora fluctus.
d, quæ te pura ſolum ſub nocte canentem
am? numeros memini, ſi verba tenerem.
hni, quid antiquos ſignorum ſuſpicis ortus?
onæi proceſsit Cæſaris aſtrum,
qua ſegetes gauderent frugibus, & quo
apricis in collibus vua colorem.
aphni pyros: carpent tua poma nepotes.
fert ætas, animum quoque. ſæpe ego longos
o puerum memini me condere ſoles.
lita mihi tot carmina: vox quoque Mœrim
t ipſa: lupi Nœrim videre priores.
n iſta ſatis referet tibi ſæpe Menalcas.
ndo noſtros in longum ducis amores:
omne tibi ſtratum ſilet æquor, & omnes
ventoſi ceciderunt murmuris auræ.
o media eſt nobis via. nanque ſepulchrum
parere Bianoris. hic,vbi denſas
ſtringunt frondes, hic Mœri canamus:
s depone:tamen veniemus in vrbem:
x pluuiam ne colligat antè, veremur,
licet vſque (minus via lædet) eamus.
vt eamus, ego hoc te faſce leuabo.
plura puer, &, quod nunc inſtat, agamus.
tum melius, cum venerit ipſe, canemus.

GA, CVI NOMEN DAPHNIS. V.

Argumentum.

us & Mopſus, Daphnidis amici ſui mor-
nt: alterque eius epithaphium, alter a-
canit ideſt, carmine in deorum numerũ

 refert.

*refert. Sunt qui per Daphnidem Cæſarẽ dict-
torem intelligi putent, paulo antè, quàm hæc ſc-
berent vulnerib⁹ in Curia confoſſum. Alij Qu-
tilium Varum accipiunt, in Germania cum trib-
legionibus cęſum. Alij Flaccum Maronem int-
ligi malunt, Virgilij fratrem, de quo extat p-
uulgatum quidem illud, ſed incerti auctoris,
ſtichon*

Triſtia fata tui dum fles in Daphnide Flacci,
Docte Maro, fratrem dijs immortalibus æquas.

ECLOGA, CVI NOMEN SILENVS. V

Argumentum.

*Silenum in hac ecloga inducit, ebrium quidem
lum, vt Bacchi educatorem decebat, ſed tam
peritè ſecundum Epicureorũ opinionem de r
primordijs canentem idque in gratiam Quint
Vari: qui vna cũ Virgilio huic ſectę operã de-
Cęterum, quoniã hęc Bucolici carminis humili
nõ ſatis conueniebãt, ſtatim ab initio veniam
catur: neque ita multum argumento illi immor
ſtatim ad fabulas tranſit.*

POETA.

Prima Syracuſio dignata eſt ludere verſu
Noſtra, nec erubuit ſiluas habitare, Thalia.
Cum canerem reges, & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit: Paſtorem Tityre pingues
Paſcere oportet oues, deductum dicere carmen.

: ego (namque ſuper tibi erunt, qui dicere laudes
tuas cupiant. & triſtia condere bella)
tem tenui meditabor arundine muſam.
iniuſſa cano. ſi quis tamen hæc quoque, ſi quis
us amore leget, te noſtræ Vare myricæ,
emus omne canet. nec Phœbo gratior vlla eſt,
n ſibi quæ Vari præſcripſit pagina nomen.
te Pierides. Chromis & Mnaſylus in antro
um pueri ſomno videre iacentem,
um heſterno venas, vt ſemper, Iacho.
procul tantum capiti delapſa iacebant,
auis attrita pendebat cantharus anſa.
eſsi (nam ſæpe ſenex ſpe carminis ambos
rat) inijciunt ipſis ex vincula ſertis.
: ſe ſociam, timidiſque ſuperuenit Aegle,
Naiadum pulcherrima: iamque videnti
uineis frontem moris, & tempora pingit.
olum ridens, quo vincula nectitis? inquit.
e me pueri: ſatis eſt, potuiſſe videri.
ina, quæ vultis, cognoſcite: carmina vobis,
aliud mercedis erit. ſimul incipit ipſe.
vero in numerum Faunoſque feraſque videres
re, tum rigidas motare cacumina quercus.
tantum Phœbo gaudet Parnaſsia rupes;
tantum Rhodope miratur, & Iſmarus Orphea.
que canebat, vti magnum per inane coacta
na terrarumque, animæque, mariſque fuiſſent,
uidi ſimul ignis: vt his exordia primis
ia, & ipſe tener mundi concreuerit orbis.
durare ſolum, & diſcludere Nerea ponto
erit, & rerum paulatim ſumere formas.
ue nouum vt terræ ſtupeant luceſcere ſolem,
s atque cadant ſummotis nubibus imbres:

Incipiant ſiluæ cum primum ſurgere, cumque
Rara per ignotos errent animala montes.
Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,
Caucaſeaſque refert volucres, furtumque Promethei.
His adiungit, Hylam nautæ quo fonte relictum
Clamaſſent, vt littus, Hyla, Hyla, omne ſonaret.
Tum canit Heſperidum miratam mala puellam:
Tum Phaethontiadas muſco circundat amaræ
Corticis, atque ſolo proceras erigit alnos.
Tum canit, errantem Permeſsi ad flumina Gallum
Aonas in montes vt duxerit vna ſororum;
Vtque viro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis:
Vt Linus hæc illi, diuino carmine paſtor,
Floribus, atque apio crines ornatus amaro,
Dixerit, Hos tibi dant calamos (en accipe) muſæ,
Aſcræo quos ante ſeni, quibus ille ſolebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grynæi nemoris dicatur origo:
Ne quis ſit lucus, quo ſe plus iactet Apollo
Omnia quæ, phœbo quondam meditante, beatus
Audijt Eurotas, iuſsitque ediſcere lauros,
Ille canit: pulſæ referunt ad ſidera valles:
Cogere donec oues ſtabulis, numerumque referre
Iuſsit, & inuito proceſsit Veſper olympo.

ECLOGA, CVI NOMEN MELI-bæus. VII. Argumentum.

Amœbæum, Corydonis & Thyrſidis, certame
Virgilius refert, ſub perſona Melibęi, qui du
caprum, à grege deerrantem quęreret, obuius fo
tè factus eſt Daphnidi eiuſdē certaminis iudic
cuiu

s inuitatu, ac ſuaſione, interim dum illi cer-
unt, ſub vmbra requieuit. Innuitur autem ex-
nis verſib⁹, Daphnidem pro Corydone premū-
e. Quidam, Daphnidis nomine, Auguſtum
lligūt; Corydonis Virgiliū; Thyrſidis verò
riū, qui, Iudice Auguſto Cæſare, agros Vir-
reſtituere coactus eſt. Per Melibęum autē,
amiſſam pecudem quęrit Mantuanus quiſpiā
lligi poteſt, qui peculiū, agros vedelicet ſuos,
lum receperat, quos illi recipiendos pollicetur
Auguſtus, his verbis.

ides, o Melibæe; caper tibi ſaluus, & hædi.

OETA SVB PERSONA MELIBOEI.

Fortè ſub arguta conſederat ilice Daphnis:
Compulerantque greges Corydon, & Thyſis in vnū,
ſis oues, Corydon diſtentas lacte capellas;
o florentes ætatibus, Arcades ambo,
ntare pares, & reſpondere parati.
nihi, dum teneras defendo a frigore myrtos,
regis ipſe caper deerrauerat: atque ego Daphnin
io. ille vbi me contra videt, ocyus, inquit,
des, o Melibœe: caper tibi ſaluus, & hædi:
quid ceſſare potes, requieſce ſub vmbra.
pli potum venient per prata iuuenci:
ridis tenera prætexit arundine ripas
us:è que ſacra reſonant examina quercu.
facerem? neque ego Alcippem, nec Phyllida habebam
ſos a lacte domi quæ clauderet agnos:

Et certa-

Et certamen erat, Corydon cum Thyrſide, magnum:
Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo.
Alternis igitur contendere verſibus ambo
Cœpere: alternos Muſæ meminiſſe volebant.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrſis.

CORYDON THYRSIS.

COR. Nymphæ, noſter amor, Libethrides, aut mihi (n
Quale meo Codro, concedite (proxima phœbi
Verſibus ille facit) aut, ſi non poſſumus omnes,
Hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu.
THYR. Paſtores hedera creſcentem ornate poetã
Arcades, inuidia rumpantur vt ilia Codro:
Aut, ſi vltra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.
COR. Setoſi caput hoc apri tibi Delia paruus,
Et ramoſa Myco viuacis cornua cerui.
Si proprium hoc fuerit, lœui de marmore tota
Puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno.
THYR. Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotãnis
Expectare ſat eſt: cuſtos es pauperis horti,
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu,
Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto.
COR. Nerine Galathea, thymo mihi dulcior Hyblæ,
Candidior cycnis, hedera formoſior alba,
Cum primum paſti repetent præſepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.
THYR. Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis,
Horridior ruſco, proiecta vilior alga,
Si mihi non hæc lux toto iam longior anno eſt.
Ite domum paſti, ſi quis pudor, ite iuuenci.
COR. Muſcoſi fontes, & ſomno mollior herba,
Etquæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra,
Solſtitium pecori defendite. iam venit æſtas

To

rida: iam læto turgent in palmite gemmæ.

YR. Hic focus, & tedæ pingues: hic plurimus ignis

per, & aſsidua poſtes fuligine nigri.

tantum Boreæ curamus frigora, quantum

numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

R. Stant & iuniperi, & caſtaneæ hirſutæ:

ta iacent paſsim ſua quæq; ſub arbore poma:

nia nunc rident. at, ſi formoſus Alexis

ntibus his abeat, videas & flumina ſicca.

YR. Aret ager: vitio moriens ſitit aeris herba:

er pampineas inuidit collibus vmbras.

llidis aduentu noſtræ nemus omne virebit,

iter & læto deſcendet plurimus imbri.

R. Populus Alcidæ gratiſsima, vitis Iaccho,

noſæ myrtus Veneri, ſua laurea Phœbo,

llis amat corylos: illas dum Phyllis amabit,

myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi.

YR. Fraxinus in ſiluis pulcherrima, pinus in hortis,

ulus in fluuijs, abies in montibus altis.

ius at ſi me Lycida formoſe reuiſas,

inus in ſiluis cedet tibi, pinus in hortis.

FINIT POETA NARRATIONEM.

Hæc memini, & victum fruſtra contendere Thyrſim.

llo Corydon Corydon eſt tempore nobis.

ECLOGA, CVI NOMEN PHARMA-
ceutria, ſeu Venefica. VIII.

Argumentum.

*Nihil ferme, niſi periculoſam ſortem eo-
n, qui amoris illecebris irretiri ſeſe pa-
ntur, Ecloga continet. In priore etenim
te inſanus amator Damon, quod Niſa, quam*

perditè

perditè ipſe deperibat, Mopſo fuiſſet matrim nio coniuncta, in varias erumpit querelas. In p ſteriore autem Venefica quędam inducitur, q magicis incantationibus animum viri, à quo ſpe nebatur, ad ſui amorem conatur adducere.

POETA.

Paſtorum muſam, Damonis, & Alpheſibœi,
Immemor herbarum quos eſt mirata iuuenca
Certantes, quorum ſtupefactæ carmine lynces,
Et mutata ſuos requierunt flumina curſus,
Damonis muſam dicemus, & Alpheſibæi.
Tu mihi, ſeu magni ſuperas iam ſaxa Timaui,
Siue oram Illyrici legis æquoris: en erit vnquam
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta?
En erit, vt liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?
A te principium: tibi deſinet. accipe iuſsis
Carmina cœpta tuis, atque hanc ſine tempora circum
Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros:
Frigida vix cælo noctis deceſſerat vmbra,
Cum ros in tenera pecori gratiſsimus herba eſt:
Incumbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ.

DAMON, ALPHESIBOEVS.

D. Naſcere, præque diem veniens age Lucifer almum,
Coniugis indigno Niſæ deceptus amore
Dum queror, & diuos, quanquam nil teſtibus illis
Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Mænalus argutumque nemus, pinoſque loquentes
Semper habet, ſemper paſtorum ille audit amores,
Panaque, qui primus calamos non paſſus inertes.

Incipe

: Mænalios mecum, mea tibia verſus.
o Niſa datur: quid non ſperemus amantes?
ntur iam gryphes equis, æuoque ſequenti
canibus timidi venient ad pocula damæ.
e nouas incide faces: tibi ducitur vxor.
e marite nuces: tibi deſerit Heſperus Oetam.
Mænalios mecum mea tibia verſus.
no coniuncta viro, dum deſpicis omnes,
que tibi eſt odio mea fiſtula, dumque capellæ,
umque ſupercilium, prolixaque barba,
urare deum credis mortalia quenquam.
Mænalios mecum mea tibia verſus.
s in noſtris paruam te roſcida mala
ego veſter eram) vidi cum matre legentem:
b vndecimo tum me iam ceperat annus:
giles poteram a terra contingere ramos.
, vt perij. vt me malus abſtulit error
Mænalios mecum mea tibia verſus.
cio quid ſit Amor. duris in cotibus illum
s, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,
ſtri generis puerum, nec ſanguinis edunt.
Mænalios mecum mea tibia verſus.
mor docuit natorum ſanguine matrem
aculare manus. crudelis tu quoque matre,
is mater magis, an puer improbus ille?
us ille puer crudelis tu quoque mater.
Mænalios macum mea tibia verſus.
t oues, vltro fugiat lupus: aurea duræ
rant quercus: narciſſo floreat alnus:
corticibus ſudent electra myricæ.
& cycnis vlulæ: ſit Tityrus Orpheus,
s in ſiluis, inter delphinas Arion.
Mænalios mecum mea tibia verſus.

Omian

Omnia vel medium fiant mare. viuite ſiluæ.
Præceps aerij ſpecula de montis in vndas
Deferar: extremum hoc munus morientis habeto.
Deſine Mænalios, iam deſine tibia verſus.
Hæc Damon: vos, quæ reſponderit Alpheſibœus,
Dicite Pierides, non omnia poſſumus omnes.
A. Effer aquam, & molli cinge hæc altaria vitta:
Verbenaſque adole pingues, & maſcula thura:
Coniugis vt magicis ſanos auertere ſacris
Experiar ſenſus..nihil hic niſi carmina deſunt.
Ducite ab vrbe domun mea carmina, ducite Daphnin.
Carmina vel calo poſſunt deducere Lunam:
Carminibus Circe ſccios mutauit Vlyſsi:
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Ducit ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore
Licia circundo: terque hæc altaria circum
Effigiem duco. numero Deus impare gaudet.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Necte tribus nodis ternos Amaiylli colores.
Necte Amarylli modo, & Veneris, dic, vincula necto.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit
Vno, eodemque igni: ſic noſtro Daphnis amore.
Sparge molam, & fragilis incende bitumine lauros.
Daphnis me malus vrit: ego hanc in Daphnide laurum.
Ducite ad vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Talis amor Daphnin, qualis, cum feſſa iuuencum
Per nemora, atque altos quærendo bucula lucos
Propter aquæ riuum viridi procumbit in vlua
Perdita, nec ſeræ meminit decedere nocti:
Talis amor teneat, nec ſit mihi cura mederi.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

lim exuuias mihi perfidus ille reliquit,
ra chara ſui: quæ nunc ego limine in ipſo
tibi mando. debent hæc pignora Daphnin.
e ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin,
erbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena
dit Mœris: naſcuntur plurima Ponto.
o ſæpe lupum fieri, & ſe condere ſiluis
n, ſæpe animas imis excire ſepulcris,
ſatas alio vidi traducere meſſes.
ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
neres Amarylli foras, riuoque fluenti,
que caput iace, ne reſpexeris: his ego Daphnin
diar. nihil ille deos, nil carmina curat.
ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
: corripuit tremulis altaria flammis
ſua, dum ferre moror, cinis ipſe: bonum ſit.
quis certe eſt: & Hylax in limine latrat.
nus? an, qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?
e, ab vrbe venit, iam parcite carmina, Daphnis.

OGA, CVI NOMEN POLLIO. IIII.

Argumentum.

tempore Aſinius Pollio Germanici exercitus Salonas Dalmatiæ vrbem expugnauit, natus filius cui ea de cauſa, Salonini nomẽ impoſuit. autẽ Virgilius in Sibyllinis verſibus legiſ- ſciturum, ſub idem tempus, admirabilem lam puerum, qui orbem renouaret, Pollionis aticinium accommodat. Intelligi autẽ debe- Virgineo partu, Chriſtique optimi Maximi

omni

omni felicitate feliciorib⁹ Natalitijs, eſt quid bitet profectò nemo.

Sicelides Muſæ, paulo maiora canamus:
Non omnes arbuſta iuuant, humileſque myricæ.
Si canimus ſiluas, ſiluæ ſint conſule dignæ.
Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.
Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo.
Iam redit & virgo redeunt Saturnia regna.
Iam noua progenies cælo dimittitur alto.
Tu modo naſcenti puero, quo ferrea primum
Deſinet, ac toto ſurget gens aurea mundo,
Caſta faue Lucina: tuus iam regnat Apollo.
Teque adeo, decus hoc æui, te conſule inibit
Pollio, & incipient magni procedere menſes.
Te duce, ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetua ſoluent formidine terras.
Ille deum vitam accipiet, diuiſque videbit
Permixtos heroas, & ipſe videbitur illis:
Pacatumque reget patrijs virtutibus orbem
At tibi prima puer nullo munuſcula cultu
Errantes hederas paſſim cum baccare tellus,
Mixtaque ridenti colocaſia fundet acantho.
Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.
Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores:
Occidet & ſerpens, & fallax herba veneni
Occidet: Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.
At ſimul heroum laudes, & facta parentis
Iam legere, & quæ ſit, poteris cognoſcere, virtus,
Molli paulatim flaueſcet campus ariſta,
Incultiſque rubens pendebit ſentibus vua,
Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.

tamen ſuberunt priſcæ veſtigia fraudis,
entare Thetin ratibus, quæ cingere muris
a, quæ iubeant telluri infindere ſulcos.
rit tum Typhis,& altera quæ vehat Argo
os heroas: erunt etiam altera bella,
iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
bi iam firmata virum te fecerit ætas,
& ipſe mari vector, nec nautica pinus
it merces: omnis feret omnia tellus.
aſtros patietur humus, non vinea falcem:
tus quoque iam tauris iuga ſoluet arator.
rios diſcet mentiri lana colores:
d in pratis aries iam ſuaue rubenti
e, iam croceo mutabit vellera luto:
ſua ſandix paſcentes veſtiet agnos.
ecla, ſuis dixerunt, currite, ſuſis,
des ſtabili fatorum numine Parcæ.
lere o magnos (aderit iam tempus) honores
deum ſoboles, magnum Iouis incrementum,
conuexo nutantem pondere mundum,
que tractuſque maris, cælumque profundum,
, venturo lætentur vt omnia ſæclo.
i iam longæ maneat pars vltima vitæ,
s &, quantum ſat erit tua dicere facta.
e carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
nus: huic mater quamuis, atque huic pater adſit,
Calliopea, Lino formoſus Apollo.
am Arcadiæ mecum ſi iudice certet,
am Arcadiæ dicat ſe iudice victum.
parue puer riſu cognoſcere matrem:
onga decem tulerint faſtidia menſes.
parue puer. cui non riſere parentes,
is hũc menſa, dea nec dignata cubili eſt.

Extat Conſtantini Magni Imperatoris appoſiti
ſima Eclogę huius interpretatio, ad Chriſtianã
veritatem accommodatio, apud P. Antoniũ P
ſeuinum è Societate Ieſu. lib. 17. Bibliothecę
lectę. Cap. 9. Vnde perſpici poteſt, quàm l
pateat campus ad grandiora illa in Eclogis ca
da, quę Virgilius, aut non intelligens, aut, R
manorũ Principũ metu, nolẽs intelligere, ceci

SATYRICA POESIS.

NOMEN ORIGO, ET NATVRA Satyræ. Cap. I.

POE Matis huius appellatio vnde nam
dẽ facta ſit, necdũ ꝓ certo affirmari pot
A lancis genere inditũ eſſe quibuſdã placet:
nẽpe, quo ſacris Cerealibus primitię inferebar
fructuũ diſsimiliũ. Sic in ſatyra, inquiũt, vari
diuerſę res tractari ſolẽt, quibꝰ illa velut ex
& ſatiatur. Hinc, atque à ſatietate ſatyrã, q
ſaturã appellari viſum eſt. A ſaliendo quoq
ctã crediderũt aliqui, ob argumẽtorũ varietat
per quã fit, vt more ſatyri animãtis illiꝰ ſine
do atq; ordine huc illuc ferri, rapi, ac volitare
deat. Quid ſi ab ipſis met ſatyris? quando in
poemate videmꝰ dijs illis petulcis, laſciuis, di
bus d

digna proferri, & ſatyricis fabulis iſta ipſa ſis ſucceßit. Inter ipſos enim actus tragœdię, etiam acta iam tragœdia, vt illius ſeueritas titiaq; riſu, & hilaritate aliqua tẽperaretur, yros inducebant, qui luſibus, iocis, ſcõmatis um, & tam atrocibus rebus audiendis mœſtũ erturbatum ſpectatorem reficerent, atq; ad iu- litatem traducerent. Nam tragœdiæ ipſi hi- as & riſus inimica ſunt. Horat.

Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum,
Mox etiam agreſtes ſatyros nudauit, & aſper
ncolumi grauitate iocum tentauit: eo quod
llecebris erat & grata nouitate morandus
Spectator, functuſque ſacris, & potus, & exlex.

luſi poſtea dicũturè tragœdia ſatyri, & mi- it in comœdiam veterem illam ſatyra, vbi lo- rocacitati & licentię ſatyrorum dari oppor- r videbatur. Chorus autem maximè ſatyric⁹, erbus fuit, ac ciues improbos nominatim, no- iuxta ac ignobiles carpere ſolit⁹ eſt. Cũ igit̃ entioribus vehemẽter diſpliceret, & limites i chor⁹ putaret̃, ſublat⁹ eſt. Itaq; Horat.

ccelsit vetus his comœdia non ſine multa
ude, ſed in vitium libertas excidit & vim
gnam lege regi. Lex eſt accepta, chorusque
rpiter obticuit ſublato iure nocendi.

*Sed antiquę comœdię locum apud Latinos occu[p]-
uit ſatyra, quod genus poematis Gręci non fe[ce]-
runt, teſte Quintil. Numeros latini mutaru[nt]
ſeu nouam quandam formam maledicendi at[que]
inſectandi repererunt. Primus ſatyrograph[us]
Lucillius, Hic in ciuium vitijs liberrimè ac ſ[eue]-
riſsimè accuſandis, planèque ſatyricè exagit[an]-
dis primo iambis vſus eſt: quemadmodum Va[rro]
quoque poſt illum. Deinde ſenarios in hexam[e]-
tros mutauit, quia hic verſus narrationi congr[ue]-
bat magis. Hinc Fabius & primùm fuiſſe Sa[ty]-
ricum, & inſignem laudem adeptũ ſcripſit. P[oſt]
Lucillium numerantur Terentius Varro, Ho[ra]-
tius Perſius, Iuuenalis.*

ARGVMENTA, FINIS VTILITAS
Satyræ. Cap. II.

Q*VE Madmodum priſcę illius comœ[diæ]
item iamborum, & quorundam epigr[am]-
matum, ita ſatyrę quoque materia dici poteſt [tur]-
pitudo, vel riſu digna, vel odio. Quocirca ſi q[uid]
ridiculum, aut odioſum non eſt, habet autem [lu]-
ctum, terrorem, commiſerationem, vt res tra[gœ]-
diarum, in ſatyram minimè cadit. Ergo in o[mni]-
bus peccatorum vitiorùmue generibus perſeq[ui]*

s omne ſtudium ſatyrici verſabitur, quorum
ud riſum, aliud deteſtationem mereatur. Quã-
am aliquando flagitia & ſcelera magna etiam
entur, & multò ſalſius. Irridet & exagitat
yra inertes, paraſitos, deformes, loquaces, in-
tos, libidinoſos, potatores, auaros, fœnerato-
, ſicarios, fures, adulteros, &c. Rectè etiam
erit, qui morbos animi ſatyrę ſubiecerit, quòd
is non ſecus occupata eſt, quàm medicorũ ars
loloribus, vulneribus & ægrotationibus cor-
um. Proponit vtraque ſibi ſanitatem: ſed iſta
ione, illa potionibus & herbis. Medicinas ã-
grotis faciũt amaras, inſuaues, & ingratas,
nt, vrunt, non parcunt. Ergo ſatyram ad ho-
es abſterrendos à vitijs, & ad virtutem obiur-
one irriſioneq; impellendos natam habemus cõ-
i. Ex quo patet, quanta ſit eius vtilitas: cor-
atur nimirum peruerſi, & reliqui aculeos poe-
m iſtorum metuentes, à nequitia & ſcelere
ùs refugiunt. Et quoniam amore virtutis ab-
re ſe à prauis actionibus nolunt, formidine
pœnæ & infamię, quod nolunt, id facere
elluntur. Veruntamen ioci & ſales ſatyrici
obſcœnitate rerum, verborumque debent,

& crimina libidineſq; ita reprehendi, vt ne du
animos reorum purgare volumus, alios interi
ſinceros & innocentes inquinemus, & ad moru
tupitudinem quaſi inuitemus——

ARTIFICIVM SATYRAE. Cap. III.

DOCVIMus ſatyram quandam eſſe m
dicinam: quapropter ne ea ob amaritudi
ab ęgroto ſtatim reſpuatur, imitandi nobis eru
medici, de quibus ita Lucretius.

Nam veluti pueris abſinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauoque liquore,
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus, interea perpotet amarum
Abſinthi laticem, deceptaq; non capiatur,
Sed potius tali tactu recreata valeſcat.

Eodem prorſus modo illinendę ſunt quibuſd
ſuauitatib⁹ obiurgationes ſatyricę, vt ęquiore a
mo excipiantur: iocis nempe & facetijs, quib
quodãmodo animi ad hanc alioqui amarã potion
exhauriendã pręparantur & inducuntur. Qu
rationem mirificè tenuit Horatius, qui admiſſ
circum pręcordia ludit, Perſio teſte. Verſutu
ſagax, callidum, diſertum, acutum ingenium
requiritur, & à leporibus minimè abhorrens a
alienum. Vtebantur ſatyrici veteres pleruny
fictis nominib⁹, cùm timerẽt potẽtiores in ſe ci

ritare, ſi eos apertè laceſsiuiſſent. Aliquando ita
ctis vtebantur, vt tamẽ eorum ſignificatio cum il-
rum vita moribus q; congrueret. Interdum vera
mina ponebant, cum aliquos ſimili ſcelere ĩſignes
agitabant.

…nat ſatyra varietatẽ materiæ & argumẽtorũ,
bras ſẽtẽtias, & acutas, atq; etiã acres, dictio-
ſubmiſsã, quotidianæ locutioni ſimilẽ, remiſſos
liores q; numeros, puritatẽ & elegantiã in ver-
. Partes certas nullas habet: aliquãdo inſinua-
ne, ſæpi⁹ abrupto & incitato principio vtitur.
licet abrupta principia ſint, ad toti⁹ tamẽ cor-
ris compoſitionẽ pertinere debent, ſemperq; loco
ordij aliquid eſſe neceſſe eſt, quod ad ea quæ ſe-
ũtur facilẽ comparet beneuolumq; auditorem.

IORATII SERMONVM lib. I. Satyra. I.
Argumentum.

S APIEnter excogitatũ eſt ab Horatio Sa-
tyrarũ ſuarũ initiũ. Nam volentẽ humana vi-
reprehendere vnde poti⁹ exordiri oportuit, quã
hominum ſtultitia, ex qua vitiorum genus vni-
ſum, velut ex fonte promanat? Quid autem
ltum magis, quàm homo minimè ſua ſorte con-
tus? Cũ prudentis officium ſit, & ea, quę in ſuo

 arbitrio

arbitrio ſunt, ita eligere, vt pęnitendum poſt
non ſit, & quę Dei Opt. Max. voluntate, ac pr
uidentia ita eueniunt, vt vitari non poßint, ęq
animo, patienterque tolerare. Quibus ille quide
iactis exemplorum appoſitione fundamentis,
auaritiam exagitandam aptè delabitur.

Qui ſit Mæcenas, vt nemo, quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit, ſeu ſors obiecerit, illa
Contentus viuat: laudet diuerſa ſequenteis?
O fortunati mercatores, grauis annis
Miles ait, multo iam fractus membra labore.
Contra mercator, nauim iactantibus Auſtris,
Militia eſt potior. quid enim? concurritur: horæ
Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.
Agricolam laudat iuris, legumque peritus,
Sub galli cantum conſultor vbi oſtia pulſat.
Ille datis vadibus, qui rure extractus in vrbem eſt,
Solos fælices viuenteis clamat in vrbe:
Cætera de genere hoc (adeo ſuut multa) loquacem
Delaſſare valent Fabium. ne te morer, audi
Quo rem diducam. ſi quis Deus: en ego dicat,
Iam faciam, quod vultis: eris tu, qui modo miles,
Mercator. tu conſultus modo, ruſticus. hinc vos,
Vos hinc mutatis diſcedite partibus. eia
Quid ſtatis? nolunt. atqui licet eſſe beatis.
Quid cauſæ eſt, merito quin illis Iupiter ambas
Iratus buccas inflet? neque ſe fore poſthac
Tam facilem dicat, votis vt præbeat aurem?
Præterea, ne ſic, vt qui iocularia, ridens
Percurram: quanquam ridentem dicere verum

Q

uid vetat? vt pueris olim dant cruſtula blandi
octores, elementa velint vt diſcere prima.
d tamen amoto quæramus ſeria ludo.
Ille, grauem duro terram qui vertit aratro,
rfidus hic caupo, miles, nautæque, per omne
idaces mare qui currunt: hac mente laborem
e ferre, ſenes vt in otia tuta recedant,
unt: cum ſibi ſint congeſta cibaria: ſicut
ruula (nam exemplo eſt) magni formica laboris,
e trahit, quodcunque poteſt, atque addit aceruo,
uem ſtruit, haud ignara, ac non incauta futuri.
uæ, ſimul inuerſum contriſtat Aquarius annum,
on vſquam prorepit, & illis vtitur antè
uæſitis patiens: cum te neq; feruidus æſtus
moueat lucro, neq; hyems, ignis, mare, ferrum,
l obſtet tibi, dum ne ſit te ditior alter.
Quid iuuat immenſum te argenti pondus, & auri
rtim defoſſa timidum deponere terra?
uod ſi comminuas, vilem redigatur ad aſſem?
ni id fit, quid habet pulcri conſtructus aceruus?
llia frumenti tua triuerit area centum:
n tuus hinc capiet venter plus, quam meus: vt ſi
ticulum panis venaleis inter onuſto
tè vehas humero: nihilo plus accipias, quam
i nil portarit. vel dic, quid referat intra
turæ fineis viuenti, iugera centum, an
lle aret? at ſuaue eſt ex magno tollere aceruo.
m ex paruo nobis tantundem haurire relinquas,
tua plus laudes cumeris granaria noſtris?
ibi ſit ſi opus liquidi non amplius vrna,
cyatho: & dicas, magno de flumine mallem,
am ex hoc fonticulo tantundem ſumere. eo fit,
ior vt ſi quos delectet copia iuſto,

Cum ripa ſimul auulſos ferat Aufidus acer.
At qui tantuli eget, quanto eſt opus, is neq; limo
Turbatam haurit aquam, neque vitam amittit in vndis.
At bona pars hominum decepta Cupidine falſo,
Nil ſatis eſt, inquit. quia tanti, quantum habeas, ſis.
Quid facias illi? iubeas miſerum eſſe libenter,
Quatenus id facit: vt quidam memoratur Athenis
Sordidus, ac diues, populi contemnere voces
Sic ſolitus: populus me ſibilat: at mihi plaudo
Ipſe domi, ſimul ac nummos contemplor in arca.
Tantalus a labris ſitiens fugientia captat
Flumina. quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. congeſtis vndiq; ſaccis
Indormis inhians: & tanquam parcere ſacris
Congeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis:
Neſcis quid valeat nummus, quem præbeat vſum,
Panis ematur, olus, vini ſextarius: adde
Queis humana ſibi doleat natura negatis.
An vigilare metu exanimem, noctesque, dieſque
Formidare malos fures, incendia, ſeruos,
Ne te compilent, fugienteis: hoc iuuat? horum
Semper ego optarim pauperrimus eſſe bonorum.
At ſi condoluit tentatum frigore corpus,
Aut alius caſus lecto te affixit: habes qui
Aſsideat, fomenta paret, medicum roget, vt te
Suſcitet, ac reddat natis, cariſque propinquis.
Non vxor ſaluum te vult, non filius: omnes
Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellæ.
Miraris, cum tu argento poſt omnia ponas,
Si nemo præſtet, quem non merearis, amorem?
At ſi cognatos, nullo natura labore
Quos tibi dat, retinere velis, ſeruareque amicos,
Infelix operam perdas: vt ſi quis aſellum

In car

campum doceat parentem currere frænis:
Denique ſit finis quærendi: cumque habeas plus,
uperiem metuas minus,& finire laborem
cipias, parto quod auebas: nec facias, quod
idius quidam (non longa eſt fabula) diues,
metiretur nummos, ita ſordidus, vt ſe
n vnquam ſeruo melius veſtiret, adusque
remum tempus, ne ſe penuria victus
primeret, metuebat. at hunc liberta ſecuri
iſit medium fortiſsima Tyntaridarum.
Quid mi igitur ſuades, vt viuam Menius? aut ſic,
Nomentanus? pergis pugnantia ſecum
ntibus aduerſis componere. non ego auarum
n veto te fieri, vappam iubeo, ac nebulonem.
inter Tanaim quiddam, ſocerumque Viſelli.
modus in rebus, ſunt certi denique fines,
s vltra, citraque nequit conſiſtere rectum.
luc, vnde abij, redeo: nemo ne vt auarus
robet, ac potius laudet diuerſa ſequenteis?
odque aliena capella gerat diſtentius vber,
eſcat? neq; ſe maiori pauperiorum
bæ comparet? hunc, atq; hunc ſuperare laboret?
eſtinanti ſemper, locupletior obſtat:
um carceribus miſſos rapit vngula currus:
t equis auriga, ſuos vincentibus, illum
teritum temnens extremos inter euntem.
nde, fit, vt raro, qui ſe vixiſſe beatum
t, & exacto contentus tempore vitæ
t, vti conuiua ſatur, reperire queamus.
atis eſt: ne me Chriſpini ſcrinia Lippi
pilaſſe putes, verbum non amplius addam.

ELEGIACA POESIS.

VSVS NOTATIO INVENTOR Elegiæ. Cap. I.

PENTameter ſolitarius nõ reperitur: quã quam Virgilius vni hexametro quatuor continuos ſubiecit.

Hos ego verſiculos feci, tulit alter honores,
Sic vos non vobis nidificatis aues.
Sic vos non vobis vellera fertis oues.
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis fertis aratra boues.

Auſonius item in ſententijs ſeptem ſapientum Thaletis Mileſij dicta pentametris incluſit, quo ob elegãtiam, & vtilitatem ad mores formando adoleſcentibus ediſcendos propono.

Turpe quid auſurus, te ſine teſte time.
Vita perit, mortis gloria non moritur.
Quod facturus eris, dicere diſtuleris.
Crux eſt ſi metuas, vincere quod nequeas.
Nil nimium ſatis hoc, ne ſit & hoc nimium.
Cum verè obiurgas, ſic inimice iuuas.
Cum falſo laudas, ſic & amice noces.

Inueniuntur etiam ſoli pẽtametri apud Martia num Capellam de nuptijs Philologię & Mercuri lib. 9. ad duo detriginta. Et apud Heliodorum ſcriptorem gręcum in hiſtoria Æthiopica penta metris verſibus extat conſcripta ode. Cęterum hęc ſpecies carminis hexametro ſubdita, gen⁹ quod dam gignit, quod elegiacum vocatur. Tibull.

Qui

Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes?
Quam ferus, & verè ferreus ille fuit?

legiaco primum res triſtes, & luctuoſę mandentur. Terentianus—

Hos elegos dixere, ſolet quod clauſula talis
Triſtibus, vt tradunt, aptior eſſe modis.

unebribus lamentationibus potiſſimum inuentã egiam inſinuat Ouidius, in mortem Tibulli.

Flebilis indignos elegeia ſolue capillos,
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit.

rogreſſu temporis res ſecundę, optatę, & quidid animus ferret, elegis ſcribi cœptum eſt: vt erelę, expoſtulationes, preces, amores, vota, ides, gratulationes, admonitiones, conuitia, c. Horatius—

Verſibus impariter iunctis querimonia primum.
Poſt etiam incluſa eſt voti, ſententia compos.

lon vſus eſt elegia in ſcribendis legibus, quod morię prodidit Laertius, qui eiuſdẽ verſus equenter recitat. Tyrtæus res bellicas elegis nplexus eſt, quibus militum animos adeo vehenenter incitabat, ac permouebat, vt quaſi futes, & lymphati in hoſtium ſe agmen inferrẽt. de Horatius—

Tyrtęuſq; mares animos in Martia bella
Verſibus exacuit.

Eleg.

Elegia item vſus eſt Theognis Megarenſis poet[a] vetuſtiſſimus non tantum in luſibus & amoribus, verũ etiam in præceptis ad mores, & rectã vit[æ] inſtitutionem. Epicedia quoq; , epigrammata, & ep[i]ſtolæ hac forma carminum conficiuntur. Iouianu[s] *Pontanus ad hymnos elegiam conuertit. Quod au[tem] præcipiunt, vno diſticho, minimùn duobus fi[niri] ſententiam oportere, prorſus nugatorium eſt & hactenus à nullo obſeruantum.*

VIRTVTES ET ARTIFICIVM Elegorum Cap. II.

Oratio elegicaa terſa ſit oportet, lenis, ingenua perſpicua, morata, tenera, affectibus referta, pa[]thetica, & ſententijs exquiſitis minime obfuſca[]ta atq; impedita. Mirificè eam ornant frequente[s] commiſerationes, conqueſtiones, exclamationes a[]poſtrophæ, proſopopœiæ, ſeu fictæ perſonæ, ex[]curſus, & breues, & cum re aptè cohærentes di[]greſsiones. Ornatur etiam inductionibus & exe[m]plis: exemplis, inquam, non modo à ſimili, verum etiam à diſsimili, à contrario. Interdum ad com[]parationem adhibentur. Interijciuntur item ſentẽ[]tiæ, tum breues tum acutæ, quibus id quod eſ[t] propoſitum, confirmatur. Magnum in primis ele[]

gia

decus eſt antiquitatis aliqua ſignificatio, qua rgi, & dũ aliud narrat, diſtingui ac variari t. Talis locus eſt apud Tibullũ libro 1. Ele- 8.

um te carminibus, num te pallentibus herbis
Deuouit tacito tempore noctis anus?
ntus vicinis fruges traducit ab agris,
Cantus & iratæ detinet anguis iter.
ntus & è cælo lunam deducere tentat,
Et faceret, ſi non æra repulſa ſonent.

antiquitatem meritò rediguntur hiſtoriæ atq; læ, quibus moderatè vtendum eſt: manu et- ſerere oportet, non toto thylaco: ſecus eſt, luctiome vti volumus: ibi quippe multas glo- ri licet, immo enimuero oportet. Hoc in ge- Tibullo præſtat longè Propertius, in quo ma ſt, quam in altero poeticę eruditionis ſupel- Vnum admonebo, quò breuius paucioribuſq; is antiquitates huiuſmodi, ſiue ad fabulam, ad hiſtoriam, ſiue ad aliquem priſcum ritũ, mue pertineant, efferunt, eò venuſtius carmẽ i. Proeert. lib. 1. eleg. 1.

At tu ſeu mollis qua tendit Ionia, ſeu qua
Lydia Pactoli tingit aratra liquor.

œphæ ſi vſquã alibi, hic vitandę ſunt: fre- es item ecthlipſes: multùm quippe fluentes uius carminis delicias remorantur, atq; im- minuunt

minuunt quodammodo, & ſunt tanquam verti ac ſcopuli.

Tibullus, vt Muretus animaduertit, eleganti quandam iudicauit eſſe in eiuſdem ſyllabę co nuatione. lib. 1. eleg. 1. 3. 4.

Me mea paupertas vitæ traducat inerti.
Ipſe feram teneras maturo tempore vites
  Ruſticus, & facili grandia poma manu.
  Multa docet remplis picta tabella tuis.
  Nudus & æſtiui tempora ſicca canis.

Et hoc toties, vt conſtet id non caſu, ſed de opera factum.

Idem Poeta ſtudioſè interdum curat, ne ſit, ſecundum in Hexametro pedem, cęſura dicti claudens, vt ex tarditate iucunditatem aucu lib. 1. Eleg. 2. & 3.

Neu ſtrepitu terrete pedum, neu quærite nomen.
Tiſiphoneq; impexa feros pro crinibus angues.
Aſpice quos ſubmittit humus formoſa colores.
Quid tibi vis inſane meos ſentire furores?

Ouidius interdum cęſurę ſubdit encliticam non iniucundum carmen efficit. Iucundius a quando idem fit poſt enneamimerim, vt in p & quarto verſuum qui ſequuntur. Faſto 3. & 4

Iuſſa facit, ventoq; ratem committit, & vndis.
Pallor abit, ſubitaſque vident in corpore vires.

Iu

ndius autem quando idem ſit poſt quartũ pe-
3. Faſt. & 4.

Sole tamen, vinoq; calent, annoſque precantur.
mminet huic; ſequitur que parem, ſimiliſq; ſerenti.

d verò docent, non eſſe ponenda in extremo buius vocabula duabus ſyllabis longiora, ni-n triſyllaba, tetraſyllaba, pentaſyllaba: ni-te ob impetum quendam, aut affectum, aut primenda ſentẽtia morali, aut in argutia, aut grammatis, quaſi alioqui parum decenter, ſtiuè claudatur carmen: quodque Ouidium re teſtem laudant, qui in omnibus ſcriptis ix deceis trium, quatuòrue ſyllabarum vo-bibuerit, idq; in rebus triſtibus, vt aiunt, s proinde numeri mœſtiores conuenirent, ip-cerſus ad vnum repreſentant: hoc, inquam eſt inane, & friuolum, nullamque omnino bet, maiorumque & meliorũ poetarum, vt i, Tibulli, Propertij auctoritate prepende-Quæſo, num hi verſiculi adeo iniucundè es accidunt? Propert. lib. 1. Eleg. 2. & 3.

s ampla ſatis forma pudicitia.
era iam duris cotibus Andromede.

Catullus in ianuam.

n quibus illa malum fecit adulterium.

Iucundum cum ætas florida ver ageret.

Tibull. lib. 1. Eleg. 7. & 10.

Pomaque non notis legit ab arboribus.
Hæſura in noſtro tela regit latere.

Videtur tamen mihi Propertius hunc leporẽ cipuo quodam ſtudio frequentaſſe atque col Apud illum quippe voces iſtę polyſyllabę, i tremo carminis pentametri perquam frequ cernuntur. Et quoniam ille poemata ſua vnu nium maximè elaborauit, artiſque & imita pleniſsima vt eſſent, omni ratione contendi preterea quid bellum, nitidum, tenerum iud vnus optimè potuit, nobis non licet hanc fini rum pentametrorum conſuetudinẽ criminar vllo modo contrariam Grammaticorum doc velut oraculum amplecti. Sileo de Eppigra tis, in quibus hę gratię ſingularem animis le voluptatem infundunt. Sunt enim (quod eg que non inuitus confiteor) hę longiuſculę vo acutè, ſententioſè, grauiter, lepidè dicta e menda mirabiliter accommodatę. Quamobre ſuerim eas in epigrãmate componendo etia dioſè inueſtigandas: in elegia, ſi ſe obtul non aſpernandas. Vtrobique nihilominus qu

mo

ictum eſt, in vitio eſt, Illi igitur non infre-
ter plurium ſyllabarum nominibus penta-
rum finiunt. Vt eos appareat hac in re mõ me-
rem venuſtatem ineſſe decreuiſſe.

Elegia I. Quæ Ouidij. I. Am. Lib. I.

Ait ſe, cum bella Heroico verſu ca-
nere decreuiſſet, iam, vt pro-
poſitũ, ita & genus car-
minis mutaſſe.

VI modo Naſonis fueramus quinque libelli,
Tres ſumus: hoc illi prætulit auctor opus,
Vt iam nulla tibi non ſit legiſſe voluptas,
euior demptis pœna duobus erit.
graui numero, violentaque bella parabam
re, materia conueniente modis.
t inferior verſus, riſiſſe Cupido
tur, atque vnum ſurripuiſſe pedem.
bi ſæue puer dedit hoc in carmine iuris?
dum Vates, non tua turba ſumus.
præripiat flauæ, Venus arma Mineruæ,
ilet accenſas flaua Minerua faces?
obet in ſyluis Cererem regnare iugoſis,
pharetratæ virginis arua coli?
s inſignem quis acuta cuſpide Phœbum
at, Aoniam Marte mouente lyram?
magna puer, nimiumque potentia regna,
pus affectas ambitioſe nouum?

An quod vbique tuum eſt, tua ſunt Heliconia tempe?
Vix etiam Phœbo iam lyra tuta ſua eſt.
Cum bene ſurrexit verſu noua pagina primæ,
Attenuat neruos protinus ille meos.
Queſtus eram, pharetra cum protinus ille ſoluta,
Legit in exitium ſpicula facta meum.
Lunauitq; genu ſinuoſum fortiter arcum.
Quodque canas Vates accipe, dixit, opus.
Sex mihi ſurgat opus numeris, in quinque reſidat,
Ferrea cum veſtris bella valete modis.
Cinge age littorea flauentia tempora Myrto
Muſa per vndenos emodulanda pedes.

Elegia 2. Quę Ouid. 3. Am. Lib. 1.

Amico ſuum pollicetur officium.

ACcipe, per longos tibi qui deſeruiat annos,
Accipe qui pura norit amare fide.
Si me non veterum commendant magna parentum
Nomina, ſi noſtri ſanguinis autor eques.
Nec meus innumeris renouatur campus aratris,
Temperat & ſumptus parcus vterque parens.
At Phœbus, comitèſque nouem, vitiſque repertor
Hoc faciunt, & me qui tibi donat, amor.
Et non ceſſuri niſi dijs ſine crimine mores,
Nudaque ſimplicitas, purpureuſque pudor.
Non mihi mille placent: non ſum deſertor amoris,
Tum mihi (ſi qua fides) cura perennis eris.
Tecum, quos dederint annos mihi fila ſororum,
Viuere contingat, têque dolente mori.
Te mihi materiam felicem in carmina præbe,
Proueniant cauſa carmina digna tua.
Carmine nomen habes exterrita cornibus Io,
Et quam fluminea luſit adulter aue.

q; ſupra pontum ſimulato vecta iuuenco,
irginea tenuit cornua falſa manu.
quoque per totum pariter cantabimur orbem,
inctaque ſemper erunt nomina noſtra tuis.

Elegia 3. Quæ Ouid. 13. Am. Lib. 1.
Ad Auroram ne properet.

m ſuper Oceanum venit a ſeniore marito
Flaua, pruinoſo quæ vehit axe diem.
properas aurora? mane. ſic Memnonis vmbris,
nnua ſolenni cæde parentet auis.
etiam ſomni pingues, nunc frigidus aer,
liquidum tenui gutture cantat auis.
properas ingrata viris, ingrata ſopori?
ſcida purpurea ſupprime lora manu.
uos ortus melius ſua ſydera ſeruat
uita, nec media neſcit an erret aqua.
git (quamuis laſſus) veniente viator,
les & armiferas aptat ad arma manus.
ſubire vides oneratos arua colentes,
ma vocas tardos ſub iuga panda boues.
eros ſomno fraudas, tradiſque magiſtris,
ubeant teneræ verbera ſæua manus.
eadem ſponſum conſulti ante atria mittis,
us vt verbi grandia damna ferat.
conſulto, nec tu iucunda diſerto es,
itur ad lites ſurgere vtêrque nouas.
fœminei poſsint ceſſare lacerti,
ificem reuocas ad ſua penſa manum.
quoties, ne nox tibi cedere vellet,
fugerent vultus ſydera mota tuos.
quoties, aut ventus frangeret axem o,
caderet ſpiſſa nube retentus equus.

Inuida quo properas? quod erat tibi filius ater,
Materni fuerat pectoris ille color.
Iurgia finieram: ſcires audiſſe, rubebat,
Nec tamen eſt ſolito tardior orta dies.

Elegia 4. Quæ Ouid. 6. Am. Lib. 2.
De Morte Pſittaci.

Pſittacus, Eois ales mihi miſſus ab Indis
Occidit, exequias ferte frequenter aues.
Ite piæ volucres, & plangite pectora pennis,
Et rigido teneras vngue notate genas.
Horrida pro mœſtis lanietur pluma capillis,
Pro longa reſonent carmina veſtra tuba.
Quid ſcelus Iſmarij quereris Philomela tyrannis?
Expleta eſt annis iſta querela ſuis.
Alitis in raræ miſerum diuertite funus,
Magna, ſed antiqua eſt cauſa doloris Itys,
Omnes, quæ liquido libratis in aere curſus,
Tu tamen ante alias turtur amice dole.
Plena fuit vobis omni concordia vita,
Et ſtetit ad finem longa, tenaxque fides.
Quod fuit Argolico iuuenis Phoceus Oreſti,
Hoc tibi, dum licuit, Pſittace turtur erat.
Quid tamen iſta fides? quid rari forma coloris?
Quid vox mutandis ingenioſa notis?
Tu poteras virides pennis hebetare ſmaragdos,
Tincta gerens rubro punica roſtra croco.
Non fuit in terris vocum ſimulantior ales,
Reddebas blæſo tam bene verba ſono.
Raptus es inuidia, non tu fera bella mouebas,
Garrulus, & placidæ pacis amator eras.
Ecce cothurnices inter ſua prælia viuunt,
Forſitan & fiunt inde frequenter anus.

ſ eras minimo, nec præ ſermonis amore
multos poteras ora vocare cibos.
rat eſca tibi, cauſæque papauera ſomni,
ebatque ſitim ſimplicis humor aquæ.
dax vultur, ducitque per aera gyros
uius, & pluuiæ Gracculus autor aquæ.
k armigeræ cornix inuiſa Mineruæ,
quidem ſeclis vix moritura nouem.
t illa loquax humanæ vocis imago
tacus, extremo munus ab orbe datum.
a prima fere manibus rapiuntur auaris,
lentur numeris deteriora ſuis.
Phyllacidæ Therſites funera vidit,
que cinis, viuis fratibus, Hector erat.
eferam timidæ pro te pia vota ſorori
a procelloſo per mare rapta noto?
a lux venit non exhibitura ſequentem,
abat vacua iam tibi Parca colo.
men ignauo ſtupuerunt verba palato,
nauit moriens lingua, Corinna vale.
ub elyſio nigra nemus ilice frondet,
que perpetuo gramine terra viret.
ſides dubijs, volucrum locus ille piarum
tur, obſcœnæ quo prohibentur aues.
nocui latè paſcuntur olores.
uax Phœnix vnica ſemper auis.
t atque ſuas ales Iunonia pennas,
la dat cupido blanda columba mari.
s has inter nemorali ſede receptus
uertit uolucres in ſua vota pias.
git tumulus, tumulus pro corpore magnus,
lapis exiguus par ſibi nomen habet,
t ex ipſo dominæ placuiſſe ſepulchro,

Ora fuere mihi plus aue docta loqui.

Elegia 5. Quę Ouid. 11. Am. Lib. 2.

Execratur nauigationem.

PRima malas docuit mirantibus æquoris vndas
Peliaco pinus vertice cæſa vias.
Quæ concurrentes inter temeraria cautes
Conſpicuam fuluo vellere vexit ouem.
O vtinam, ne quis remo freta longa moueret,
Argo funeſtas preſſa bibiſſet aquas:
Quid tibi me miſerum Zephyros, Euroſq; timebo?
Et gelidum Boream præcipitemque notum?
Non illic vrbes, non tu mirabere ſyluas,
Vna eſt iniuſti cærula forma maris.
Nec medius tenues conchas, pictos ve lapillos
Pontus habet, bibuli litoris illa mora eſt.
Littora marmoreis pedibus ſignanda puellæ,
Hactenus eſt tutum, cætera cæca via eſt.
Et vobis alij ventorum prælia narrent,
Quas Scylla infeſtet, quas ve Charybdis aquas,
Et quibus emineant violenta Ceraunia ſaxis,
Quo lateant Syrtes magna, minorque ſinu.
Hoc alij referant, at vos quod quiſque loquetur,
Credite: credenti nulla procella nocet.
Sero reſpicitur tellus, vbi fune ſoluto
Currit in immenſum panda carina ſalum.
Nauita ſollicitus iam ventos horret iniquos,
Et prope tam lethum, quàm prope cernit aquam,
Quod ſi concuſſas Triton exaſperat vndas,
Quam tibi ſit toto, nullus in ore color.
Tum generoſa voces fœcundæ ſydera Ledæ,
Et felix dicas quem ſua terra tenet
Tutius eſt fouiſſe torum, legiſſe libellos,

Th

Threiciam digitis increpuiſſe lyram.
i vana ferunt volucres mea dicta procellæ,
AEequa tamen puppi ſit Galatea tuæ.

egia 6. Quæ Ouid. 16· Am. Lib. 2.

Inuitat ad prędium ſuum.

E pars Sulmo tenet Peligni tertia ruris
Parua, ſed irriguis ora ſalubris aquis.
icet admoto tellurem ſydere findat,
t micet Icarij ſtella proterua canis.
a pererrantur Peligna liquentibus vndis,
Et viret in tenero fertilis herba ſolo:
ra ferax Cereris, multoque feracior vuis,
Dat quoque bacciferam Pallada rarus ager.
que reſurgentes riuis labentibus herbas
Gramineus madidam ceſpes obumbrat humum.
na mei tamen eſt in te pia cura relicti,
ncipe pollicitis addere facta tuis.
aque quamprimum rapientibus eſſeda mannis
pſa per admiſſas concute lora iubas.
os, qua veniet, tumidi ſubſidite montes,
t faciles curuis vallibus eſte viæ.

Elegia 7. Quæ Ouid. 1. Am. Lib. 3.

Deliberat Poeta vtrum Elegiarũ ſcriptio Tragœdijs ſit anteponenda.

Stat vetus, & multos incidua ſylua per annos,
Credibile eſt illi numen ineſſe loco.
ſacer in medio, ſpeluncaque pumice pendens,
latere ex omni dulce queruntur aues.
go dum ſpatior tectus nemoralibus vmbris,

 Quod

Quod mea quærebam Muſa moueret opus,
Venit odoratos Elegeia nexa capillos,
Vt puto pes illi longior alter erat,
Forma decens, veſtis tenuiſsima, vultus amantis,
In pedibus vitium cauſa decoris erat.
Venit & ingenti violenta tragœdia paſſu,
Fronte comæ torua, palla iacebat humi.
Læua manus ſceptrum late regale tenebat,
Lydius alta pedum vincla cothurnus erat.
Et prior, ecquis erit dixit tibi finis amandi?
O argumenti lente poeta tui?
Nequitiam vinoſa tuam conuiuia narrant,
Narrant in multa compita ſecta vias.
Sæpe aliquis digito Vatem deſignat euntem,
Atque ait, hic, hic eſt, quem ferus vrit amor.
Fabula (nec ſentis) tota iactaris in vrbe,
Dum tua poſtpoſito facta pudore refers.
Tempus erat Thyrſo dudum grauiore moueri,
Ceſſatum ſatis eſt· incipe maius opus.
Materia premis ingenium, cane facta virorum,
Hæc, animo, dices, area digna meo eſt.
Nunc habeam per te Romana tragœdia nomen,
Implebit leges ſpiritus iſte meas.
Hactenus: & mouit pictis innixa cothurnis
Denſum cæſarie terque, quaterque caput.
Altera (nam memini) limis ſubriſit ocellis,
Fallor? an in dextra myrtea virga fuit?
Quid grauibus verbis animoſa tragœdia (dixit)
Me premis? an nunquam non grauis eſſe potes?
Imparibus tamen es numeris dignata moueri,
In me pugnaſti verſibus vſa meis.
Non ego contulerim ſublimia carmina noſtris,
Obruit exiguas regia vaſta fores.

Deſieran

erant: cœpi, per vos vtraſque rogamus
n vacuas auras verba timentis eant.
ra me ſceptro decoras, altoque cothurno,
am nunc contracto magnus in orbe ſonus.
guum vati concede Tragœdia tempus:
ſu labor æternus, quod petit illa breue eſt.

Elegia 8. Quæ Ouid. 5. Am. Lib. 3.

Quem traijcere vult fluuium, alloquitur.

nnis arundinibus limoſas obſite ripas,
Ad villam propero, ſiſte parumper aquas.
tibi ſunt pontes, nec quæ ſine remigis ictu
Concaua traiecto cymba rudente vehat.
ius eras (memini) nec te tranſire refugi,
ummaque vix talos contigit vnda meos.
c ruis appoſitis niuibus de monte ſolutis,
t turpi craſſas gurgite voluis aquas.
d properaſſe iuuat? quid parua dediſſe quieti
empora? quid nocti conſeruiſſe diem?
men hic ſtandum eſt, ſi non datur artibus vllis
lterior noſtro ripa premenda pede?
c ego quas habuit pennas Danaeius heros,
erribili denſum cum tulit angue caput.
c opto currum, de quo Cerealia primum
emina venerunt in rude miſſa ſolum.
digioſa loquor veterum mendacia vatum:
on tulit hæc vnquam, nec feret vlla dies.
otius ripis effuſe capacibus amnis,
c æternus eas, labere fine tuo.

Elegia 9. Quæ Ouid. 7. Am. Lib. 3.

Dolet diuitias ingenio anteferri.

quiſquam ingenuas etiamnum ſuſcipit artes?

Aut

Aut tenerum dotes carmen habere putat?
Ingenium quondam fuerat pretioſius auro,
At nunc barbaria eſt grandis, habere nihil.
Ille ego muſarum purus, Phœbique ſacerdos
Ad rigidas canto carmen inane fores.
Diſcite, qui ſapitis, non hæc quæ ſcimus inertes,
Sed trepidas acies, & fera bella ſequi.
Proque bono verſu primum deducite pilum,
Hoc tibi ſi velles, poſſet Homere dari.
Iuppiter admonitus nil eſſe potentius auro,
Corruptæ precium virginis ipſe fuit.
Dum merces aberat, durus pater, ipſa ſeuera,
AErati poſtes, ferrea turris erat.
At cum regna ſenex cœli Saturnus haberet,
Omne lucrum tenebris alta premebat humus.
AEraque, & argentum, cumque auro pondera ferri
Manibus admorat, nullaque maſſa fuit.
At meliora dabat curuo ſine vomere fruges,
Pomaque & in quercu mella reperta caua.
Nec valido quiſquam terram, ſcindebat aratro,
Signabat nullo limite foſſor humum:
Non freta demiſsi verrebant eruta remi,
Vltima mortali tum via littus erat.
Contra te ſolers hominum natura fuiſti,
Et nimium damnis ingenioſa tuis.
Quid tibi turritis incingere mœnibus vrbes?
Quid tibi diſcordes addere in arma manus?
Quid tibi cum pelago? terra contenta fuiſſes.
Cur non & cœlum tertia regna petis?
Qua licet, affectas cœlum quoque, templa Quirinus,
Liber, & Alcides, & modo Cæſar habent.
Eruimus terra ſolidum pro frugibus aurum,
Poſsidet inuentas ſanguine miles opes.

a pauperibus clauſa eſt: dat cenſus honores,
de grauis iudex: inde ſeuerus eques.
ia poſsideant: illis campuſque, forumque
ruiat, hi pacem, ſæuaque bella gerant.

Elegia 10. Quę Ouid. 8. Am. Lib. 3.
Tibulli poetę mortem lamentatur.

mnona ſi mater, mater plorauit Achillem,
Et tangunt magnas triſtia fata Deas:
lis indignos elegia ſolue capillos:
h nimis ex vero nunc tibi nomen erit.
ui Vates operis, tua fama Tibullus
rdet in extructo corpus inane rogo.
puer Veneris fert euerſamque pharetram,
fractos arcus, & ſine luce facem.
ce demiſsis vt eat miſerabilis alis,
ctoraque infeſta tundat aperta manu.
iunt lachrymas ſparſi per colla capilli,
aque ſingultu concutiente ſonant.
is in AEneæ, ſic illum funere dicunt
reſſum tectis pulcher Iule tuis.
ninus eſt confuſa Venus moriente Tibullo,
uam iuueni rupit cum ferus inguen aper:
cris Vates. & diuum cura vocamur
nt etiam qui nos numen habere putent.
et omne ſacrum mors importuna profanat:
nnibus obſcuras inijcit illa manus.
pater Iſmario? quid mater profuit Orpheo?
rmine quid victas obſtupuiſſe feras?
non in ſyluis idem pater ædidit altis,
citur inuicta concinniſſe Lyra.
e Mæoniden, a quo ceu fonte prerenni
tum Pierijs ora rigantur aquis.

Hunc

Hunc quoque ſumma dies nigro ſummerſit auerno,
  Effugiunt auidos carmina ſola rogos.
Durat opus Vatum Troiani fama laboris,
  Tardaque nocturno tela retexta dolo.
Quid nos ſacra iuuant? quid nunc AEgyptia proſunt
  Siſtra? quid in vacuo ſecubuiſſe toro?
Cum rapiant mala fata bonos: ignoſcite faſſo:
  Sollicitor, nullos eſſe putare deos.
Viue tamen moriture, pius cole ſacra colentem:
  Mors grauis a templis in caua buſta trahet.
Carminibus confide bonis: iacet ecce Tibullus:
  Vix manet ex toto parua quod vrna capit.
Tè ne ſacer Vates flammæ rapuere rogales?
  Pectoribus paſci nec timuere tuis?
Aurea ſanctorum potuiſſent templa deorum
  Vrere, quæ tantum ſuſtinuere nefas.
Auertit vultus Erycis quæ poſsidet arces:
  Sunt quoque, qui lachrymas continuiſſe negant.
Sed tamen hoc melius, quam ſi Phæacia tellus
  Ignotum vili ſuppoſuiſſet humo.
Hic certè manibus fugientis preſsit ocellos
  Mater, & in cineres vltima dona dedit.
Hic ſoror in partem miſera cum matre dolori
  Venit in ornatas dilaniata comas.
Si tamen è nobis aliquid niſi nomen, & vmbra,
  Reſtat, in Elyſia valle Tibullus erit.
Obuius huic venies hederà iuuenilia cinctus
  Tempora, cum Caluo docte Catulle tuo.
Tu quoque, ſi falſum eſt temerati crimen amici,
  Sanguinis, atque animæ prodige Galle tuæ,
His comes vmbra tua eſt, ſiqua eſt modo corporis vmbra,
  Auxiſti numeros culte Tibulle pios.
Oſſa quieta precor tuta requieſcite in vrna,

Et

Et ſit humus cineri non oneroſa tuo.

Elegia 11. Quę Ouid. 9. Am. Lib. 3.

Alloquitur Cerem ſua pręſentia fertilitatē Cretę inducentem.

laua Ceres tenues ſpicis redimita capillos,
Cur inhibes ſacris commoda noſtra tuis?
Dea munificam gentes vbicunque loquuntur,
Nec minus humanis inuidet vlla bonis.
e nec hirſuti torrebant farra coloni,
Nec notum terris area nomen erat.
glandem Quercus oracula prima ferebant,
Hæc cibus, & teneri ceſpitis herba torus.
na Ceres docuit turgeſcere ſemen in agris,
alce coloratas ſubſecuitque comas:
na iugis tauros ſupponere colla coegit,
t veterem curuo dente reuellit humum.
n beneiactati pulſarant arua ligones,
uperat & duram vomer aduncus humum.
inaque in latos ierant æqualiter agros,
rrita decepti vota colentis erant.
a potens frugum ſyluis errabat in altis,
Deciderant longæ ſpicea ſerta comæ.
fuit Crete fœcundo fertilis anno,
Omnia, qua tulerat ſe Dea, meſsis erant.
locus nemorum canebat frugibus Idæ,
t ferus in ſylua farra metebat aper.

Elegia 12. Quę Ouid. 12. Am. Lib. 3.

Deſcribit Iunonis feſtum.

m mihi pomiferis coniux foret orta Phaliſcis
Mœnia contigimus victa Camille tibi.
a ſacerdotes Iunoni feſta parabant,

Et celebres ludos, indigenamq; bouem.
Grande moræ precium ritus cognoſcere, quamuis
Difficilis cliuis huc via præbet iter.
Stat vetus, & denſa prænubilus arbore lucus,
Aſpice, concedes numinis eſſe locum.
Accipit ara preces, votiuaque thura piorum,
Ara per antiquas facta ſine arte manus.
Hic, vbi perſonuit ſolemni tibia cantu,
It per velatas annua pompa vias,
Ducuntur niueæ populo plaudente iuuencæ.
Quas aluit campis herba Phaliſca ſuis.
Et vituli nondum metuenda fronte minaces,
Et minor ex humili victima porcus hara.
Duxque gregis cornu per tempora dura recuruo,
Inuiſa eſt dominæ ſola capella Deæ.
Illius indicio ſyluis inuenta ſub altis
Dicitur incœptam deſtituiſſe fugam.
Nunc quoque per pueros iaculis inceſsitur index.
Et precium autori vulneris ipſa datur.
Qua ventura Dea eſt, iuuenes, timidæque puellæ,
Præbuerant latas veſte iacente vias.
Virginei crines auro, gemmaque premuntur,
Et tegit auratos palla ſuperba pedes.
More patrum ſanctæ velatæ veſtibus albis,
Tradita ſuppoſito vertice ſacra ferunt.
Ore fauent populi tunc, cum venit aurea pompa,
Ipſa ſacerdotes ſubſequiturque ſuas.
Argiua eſt pompæ facies: Agamemnone cæſo,
Et ſcelus & patrias fugit Haleſus opes.
Iamque pererratis profugus terraque, marique
Mœnia felici condidit alta manu.
Ille ſuos docuit Iunonia ſacra phaliſcos,
Sint mihi, ſint populo ſemper amica ſuo.

Elegia 13. Quæ Ouid. 14. Am. Lib. 3.

Pœnitet vatem res laſciuas ſcripſiſſe.

uære nouum Vatem tenerorum mater amorum,
Traditur hæc elegis vltima charta meis:
ego compoſui Peligni ruris alumnus,
c me deliciæ dedecuere meæ.
d id eſt vſque a proauis vetus ordinis hæres,
n modo militiæ turbine factus eques.
ua Virgilio gaudet, Verona Catullo,
ignæ dicar gloria gentis ego.
ſua libertas ad honeſta coegerat arma,
n timuit ſocias anxia Roma manus.
aliquis ſpectans hoſpes Sulmonis aquoſi
nia, qua campi iugera pauca tenent.
ntum dicet potuiſtis ferre poetam,
ntulacunque eſtis, vos ego magna voco.
uer, puerique parens mihi tempore longo
ea de campo vellite ſigna meo.
er increpuit thyrſo grauiore Lyæus,
nda eſt magnis area maior equis.
s elegi genialis muſa valete,
mea manſurum fata ſuperſtes opus.

egia 14. Quæ Ouid. 2. Lib. 1. Triſt.

aris, & cæli (quid enim niſi vota ſuperſunt?)
luere quaſſatæ parcite membra ratis:
recor magni ſubſcribite cæſaris iræ:
P E premente Deo, fert Deus alter opem,
er in Troiam, per Troia ſtabat Apollo;
a Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.
Aeneam, propior Saturnia Turno;
men Veneris numine tutus erat.

Sæpe ferox cautum petijt Neptunus Vlyſſem:
Eripuit patruo ſæpe Minerua ſuo.
Et nobis aliquid, quamuis diſtamus ab illis,
Quis vetat irato numen adeſſe Deo?
Verba miſer fruſtra non proficientia perdo,
Ipſa graues ſpargunt ora loquentis aquæ:
Terribiliſque Notus iactat mea verba: preceſque
Ad quos mittuntur non ſinit ire Deos.
Ergo ijdem venti, ne cauſſa lædar in vna:
Velaque neſcio quo, votaque noſtra ferunt.
Me miſerum quanti montes voluuntur aquarum?
Iam iam tacturos ſidera ſumma putes.
Quantæ diducto ſubſidunt æquore valles?
Iam iam tacturas Tartara nigra putes.
Quocunque aſpicio, nihil eſt niſi pontus & æther,
Fluctibus hic tumidus, nubidus ille minax.
Inter vtrumque fremunt immani murmure venti:
Neſcit cui domino pareat, vnda maris.
Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu:
Nunc Zephyrus ſero veſpere miſſus adeſt:
Nunc gelidus ſicca Boreas bacchatur ab Arcto:
Nunc Notus aduerſa prælia fronte gerit.
Rector in incerto eſt, nec quid fugiat ve, petat ve,
Inuenit: ambiguis ars ſtupet ipſa malis.
Scilicet occidimus, nec ſpes eſt vlla ſalutis,
Dumque loquor, vultus obruit vnda meos.
Opprimet hanc animã fluctus: fruſtraque precantes
Ore necaturas accipiemus aquas.
At pia nil aliud, quam me dolet exſule coniux:
Hoc vnum noſtri ſcitque, gemitque mali.
Neſcit in immenſo iactari corpora ponto:
Neſcit agi ventis, neſcit adeſſe necem.
O bene, quod non ſum mecum conſcendere paſſus,

e mihi mors miſero bis patienda foret.
inc vt peream: quoniam caret illa periclo:
imidia certe parte ſuperſtes ero.
nihi, quam celeri micuerunt nubila flammas
uantus ab æthereo perſonat axe fragor?
euius laterum tabulæ feriuntur ab vndis:
uam graue baliſtæ mœnia pulſat onus.
enit hinc fluctus, fluctus ſupereminet omnes
ſterior nono eſt, vndecimoque prior.
ethum timeo: genus eſt miſerabile lethi:
mite naufragium: mors mihi munus erit.
quid fatoque ſuo, ferroque cadentem
olida moriens ponere corpus humo:
dare ſuis aliqua, & ſperare ſepulchrum:
on æquoreis piſcibus eſſe cibum:
me dignum tali nece, non ego ſolus
vehor: immeritos cur mea pœna trahit?
eri, virideſque Dei, quibus æquora curæ:
que iam veſtras ſiſtite turba minas:
que dedit vitam mitiſsima Cæſaris ira:
c finite infelix in loca iuſſa feram.
iam merui pœnam, me perdere vultis:
a mea eſt, ipſo iudice, morte minor.
me Stygias ſi iam voluiſſet ad vndas
r: in hoc veſtra non eguiſſet ope.
oſtri non inuidioſa cruoris
a: quodque dedit, cum volet, ipſe feret.
do, quos certè nullo puto crimine læſi:
enti noſtris iam precor eſte malis.
en, vt cuncti miſerum ſeruare velitis,
d perijt, ſaluum iam caput eſſe poteſt.
ſubſidat, ventiſque ferentibus vtar:
ihi parcatis: non minus exul ero.

Non ego diuitias auidus ſine fine parandi
 Latum mutandis mercibus æquor aro:
Nec peto, quas quondam petij ſtudioſus, Athenas:
 Oppida non Aſiæ, non mihi viſa prius.
Non vt Alexandri claram delatus in vrbem,
 Delitias videam, Nile iocoſe, tuas.
Quod facile eſt, opto ventos (quis credere poſſet?)
 Sarmatis eſt tellus, quam mea vela petunt.
Obligor vt tangam læui fera littora ponti:
 Quodque ſit a patria tam fuga tarda queror.
Neſcio quo videam poſitos vt in orbe Tomitas:
 Exſilij facio per mea vota viam.
Seu me diligitis, tantos compeſcite fluctus:
 Pronaque ſint noſtræ nomina veſtra rati:
Seu magis odiſtis: iuſſæ me aduertite terræ:
 Supplicij pars eſt in regione mori.
Ferte (quid hic facio?) rapidi mea corpora venti:
 Auſonios fines cur mea vela vident?
Noluit hoc Cæſar: quid quem fugat ille, tenetis?
 Aſpiciat vultus Pontica terra meos.
Et iubet, & merui: nec quæ damnauerit ille
 Crimina, defendi faſue, pium ve puto.
Si tamen acta Deos nunquam mortalia fallunt
 A culpa facinus ſcitis abeſſe mea:
Immo ita ſi ſcitis: ſi me meus abſtulit error:
 Stultaque mens nobis, non ſcelerata fuit.
Quod, licet ê minimis, domui ſi fauimus illi:
 Si ſatis Auguſti publica iuſſa mihi:
Hoc duce ſi dixi felicia ſæcula, proque
 Cæſare thura dijs, Cæſaribuſque dedi:
Si fuit hic animus nobis: ita parcite diui:
 Si minus: alta cadens obruat vnda caput.
Fallor? an incipiunt grauidæ euaneſcere nubes?

Victaque mutati frangitur ira maris?
caſu vos, ſed ſub conditione vocati,
allere quos non eſt, hanc mihi fertis ſpem.

Elegia 15. Quę Ouid. 4. Lib. 3. Triſt.

mihi care quidem ſemper, ſed tempore duro
Cognite: res poſtquam procubuere meæ:
us edocto ſi quicquam credis amico:
ue tibi: & longè nomina magna fuge.
tibi, quantumque potes præluſtria vita:
AE V V M præluſtri fulmen ab arce venit.
quanquam ſoli poſſunt prodeſſe potentes:
on proſunt, potius ſi quis obeſſe poteſt.
it hybernas dimiſſa antenna procellas:
ATAQVE plus paruis vela timoris habent.
s, vt ſumma cortex leuis innatat vnda:
m graue nexa ſimul retia mergat onus:
go ſi monitor monitus prius ipſe fuiſſem:
qua debebam, forſitan vrbe forem.
tecum vixi: dum me leuis aura ferebat:
c mea per placidas cymba cucurrrit aquas.
adit in plano; vix hoc tamen euenit ipſum,
cadit, vt tacta ſurgere poſsit humo.
ſer Elpenor tecto delapſus ab alto
urrit regi flebilis vmbra ſuo:
uit, vt tutas agitaret Dædalus alas?
us immenſas nomine ſignet aquas?
quod hic altè, demiſsius ille volabat:
n pennas ambo non habuere ſuas.
E mihi, benè qui latuit, bene vixit: & intra
unam debet quiſque manere ſuam.
et Eumenides orbus: ſi filius eius
us Achilleos non adamaſſet equos.

Nec natum in flamma vidiſſet, in arbore natas:
  Cepiſſet genitor ſi Phaethonta Merops.
Tu quoque formida nimium ſublimia ſemper:
  Propoſitique precor contrahe vela tui.
Nam pede inoffenſo ſpatium decurrere vitæ
  Dignus es: & fato candidiore frui.
Quæ pro te vt voueam miti pietate mereris,
  Hæſuraque mihi tempus in omne fide.
Vidi ego te tali vultu mea fata gementem:
  Qualem credibile eſt ore fuiſſe meo.
Noſtra tuas vidi lacrymas ſuper ora cadentes:
  Tempore quas vno fidaque verba dabas.
Nunc quoque ſummotum ſtudio defendis amicum:
  Et mala vix vlla parte leuanda leuas.
Viue ſine inuidia: molleſque inglorius annos
  Exige amicitias: & tibi iunge pares.
Naſoniſque tui, quod adhuc non exſulat vnum,
  Nomen ama: Scythicus cætera pontus habet.
Proxima ſideribus tellus Erymanthidos Vrſæ
  Me tenet, adſtricto terra peruſta gelu.
Boſphorus & Tanais ſuperant, Scythiæque paludes,
  Vixque ſatis noti nomina pauca loci.
Vlterius nihil eſt, niſi non habitabile frigus.
  Heu quam vicina eſt vltima terra mihi.
At longè patria eſt: longè cariſsima coniux:
  Quicquid & hæc nobis poſt duo dulce fuit.
Sic tamen hæc abſunt: vt quæ contingere non eſt
  Corpore: ſint animo cuncta videnda meo.
Ante oculos errat domus, vrbs, & forma locorum:
  Succeduntque ſuis ſingula facta locis.
Coniugis ante oculos, ſicut præſentis imago eſt:
  Illa meos caſus ingrauat: illa leuat.
Ingrauat hæc, quod abeſt, leuat hæc, quod præſtat amore

Imp

npoſitumque ſibi firma tuetur onus.
quoque pectoribus noſtris hæretis amici,
cere quos cupio nomine quemque ſuo:
mor officium cautus compeſcit, & ipſos
noſtro poni carmine nolle puto.
volebatis grati que erat inſtar amoris:
erſibus in noſtris nomina veſtra legi.
l quoniam eſt anceps: intra mea pectora quemq;
loquar: & nulli cauſſa timoris ero.
neus indicio latitantes verſus amicos
rotrahet: occultè ſi quis amauit: amet.
tamen, quamuis longa regione remotus
oſim: vos animo ſemper adeſſe meo.
a quiſque poteſt oro mala noſtra leuate:
dam proiecto ne ve negate manum.
era ſic vobis maneat fortuna: nec vnquam
ntacti ſimili ſorte rogetis idem.

Elegia 16. Quę Ouid. 6. Lib. 4. Triſt.

npore ruricolæ patiens fit taurus aratri:
Præbet & incuruo colla premenda iugo.
ore paret equus lentis animoſus habenis,
placido duros accipit ore lupos.
ore Pœnorum compeſcitur ira leonum:
c feritas animo, quæ fuit antè, manet.
que ſui iuſsis obtemperat Inda magiſtri
llua, ſeruitium tempore victa ſubit.
us, vt extentis tumeat facit vua racemis:
xque merū capiant grana, quod intus habent.
us & in canas ſemen perducit ariſtas:
ne ſint triſti poma ſapore facit.
enuat dentem terram findentis aratri:
c rigidos ſilices, hoc adamanta terit.

Hoc etiam ſæuas paullatim mitigat iras:
Hoc minuit luctus: mœſtaque corda leuat.
CVNCTA poteſt igitur tacito pede lapſa vetuſtas,
Præterquam curas attenuare meas.
Vt patria careo, bis frugibus area trita eſt,
Diſsiluit nudo preſſa bis vua pede.
Nec quæſita tamen ſpatio patientia longo eſt.
Menſque mali ſenſum noſtra recentis habet.
Scilicet & veteres fugiunt iuga ſæpe iuuenci:
Et domitus fræno ſæpe repugnat equus.
Triſtior eſt etiam præſens ærumna priore:
Vt ſit enim ſibi par, creuit, & aucta mora eſt.
Nec tam nota mihi, quam ſunt, mala noſtra fuerunt:
Sed magis hoc, quo ſunt cognitiora, grauant.
Eſt quoque non minimum vires afferre recentes:
Nec præconſumptum temporis eſſe malis:
Fortior in fulua nouus eſt luctator arena:
Quam cui ſunt tarda brachia feſſa mora.
Integer eſt melior nitidis gladiator in armis:
Quam cui tela ſuo ſanguine tincta rubent.
FERT bene præcipites nauis modo facta procellas,
Quamlibet exiguo ſoluitur imbre vetus.
Nos quoque quæ ferimus tulimus patientius ante:
Quæ mala ſunt longa multiplicata die.
Credite, deficio: noſtroque a corpore, quantum
Auguror, accedunt tempora parua malis.
Nam neque ſunt vires, nec qui color eſſe ſolebat:
Vix habeo tenuem quæ tegat oſſa, cutem.
Corpore ſed mens eſt ægro magis ægra, malique
In circumſpectu ſtat ſine fine ſui.
Vrbis abeſt facies, abſunt mea cura ſodales:
Et, qua nulla mihi carior, vxor abeſt.
Vulgus adeſt Scythicum, braccataque turba Getarum,
Sic

ſic mala quæ video, non videoque, nocent.
a tamen ſpes eſt, quæ me ſolatur in iſtis:
Hæc fore, morte mea non diuturna, mala.

Elegia 17. Quæ Ouid. 2. Lib. 4. Pont.

Ad Seuerum.

uod legis o vates magnorum maxime vatum,
Venit ab intonſis vſque Seuere Getis,
ius adhuc nomen noſtros tacuiſſe libellos,
Si modo permittis dicere vera, pudet.
a tamen numeris ceſſauit epiſtola nunquam
re per alternas officioſa vices.
mina ſola tibi, memorem teſtantia curam,
Non data, ſunt: quid enim? quæ facis ipſe, darem?
is mel Ariſtæo, quis Baccho vina Falerna,
Triptolemo fruges, poma det Alcinoo?
ile pectus habes, interque Helicona colentes
Vberius nulli prouenit iſta ſeges.
tere ad hunc carmen, frondes erat addere ſyluis,
Hæc mihi cunctandi cauſſa, Seuere, fuit.
tamen ingenium nobis reſpondet, vt ante,
ed ſiccum ſterili vomere littus aro.
cet vt limus venas excæcat in vndis,
æſaque ſuppreſſo fonte reſiſtit aqua:
ora ſic mea ſunt limo vitiata malorum,
t carmen vena pauperiore fluit.
uis in hac ipſum terrra poſuiſſet Homerum,
ſſet, crede mihi, factus & ille Getes.
eniam faſſo, ſtudijs quoque frena remiſi,
Ducitur & digitis littera rara meis.
etus ille ſacer, qui vatum pectora nutrit,
ui prius in nobis eſſe ſolebat, abeſt.
venit ad partes, vix ſumptæ Muſa tabellæ

Imponit pigras penè coacta manus.
Paruaque, ne dicam ſcribendi nulla, voluptas
Eſt mihi, nec numeris nectere verba iuuat.
Siue quod hinc fructus adeo non cœpimus vllos,
Principium noſtri res ſit vt iſta mali:
Siue quod in tenebris numeroſos ponere greſſus,
Quodque legas nulli ſcribere carmen, idem eſt.
EXCITAT auditor ſtudium, laudataque virtus
Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.
Hic mea cui recitem, niſi flauis ſcripta Corallis,
Quaſque alias gentes barbarus Iſter habet?
Sed quid ſolus agam? quaque infelicia perdã
Otia materia? ſurripiamque diem?
Nam neque me vinum, nec me tenet alea fallax,
Per quæ clam tacitum tempus abire ſolet.
Nec me quod cuperem, ſi per fera bella liceret,
Oblectat cultu terra nouata ſuo.
Quid niſi Pierides, ſolatia frigida reſtant,
Non bene de nobis quæ meruere, Deæ?
At tu, cui bibitur felicius Aonius fons,
Vtiliter ſtudium quod tibi cedit, ama:
Sacraque Muſarum merito cole, quodque legamus
Huc aliquod curæ mitte recentis opus.

Elegia 18. Quę Ouid. 3. Lib. 4. Pont.

Ad amicum inſtabilem.

Conquerar? an taceam? ponam ſine nomine crimen?
An notum qui ſis omnibus eſſe velim?
Nomine non vtar, ne commendere querela,
Quæratur que tibi carmine fama meo.
Dum mea puppis erat valida fundata carina:
Qui mecum velles currere, primus eras.
Nunc quia contraxit vultum fortuna, recedis,

uxilio poſtquam ſcis opus eſſe tuo:
mulas etiam, nec me vis noſſe videri,
uiſque ſit, audito nomine, Naſo, rogas.
go ſum, quamquam non vis audire, vetuſta
ne puer puero iunctus amicitia.
go qui primus tua ſeria noſſe ſolebam,
ui tibi iucundis primus adeſſe iocis:
go conuictor, denſoque domeſticus vſu,
e ego iudicijs vnica muſa tuis:
go ſum, qui nunc an viuam, perfide neſcis,
ura tibi de quo quærere nulla fuit.
fui nunquam charus, ſimulaſſe fateris:
u non fingebas, inueniêre leuis.
ge dic aliquam, quæ te mutauerit, iram:
m niſi iuſta tua eſt, iuſta querela mea eſt.
l te nunc crimen ſimilem vetat eſſe priori?
crimen, cœpi, quod miſer eſſe, vocas?
i rebus opem nullam, factiſque ferebas,
niſſet verbis charta notata tribus.
quidem credo, ſed & inſultare iacenti
mihi, nec verbis parcere, fama refert.
facis, ah demens? cur ſi fortuna recedat,
ufragio lacrymas eripis ipſe tuo?
Dea non ſtabili quam ſit leuis orbe fatetur,
V AE ſummum dubio ſub pede ſemper habet.
ibet eſt folio, quauis incertior aura,
illi leuitas improbe ſola tua eſt.
IA ſunt hominũ tenui pendentia filo,
ſubito caſu, quæ valuere, ruunt.
s audita eſt cui non opulentia Crœſi?
mpe tamen vitam captus ab hoſte tulit.
racuſia modo formidatus in vrbe,
humili duram reppulit arte famem.

Quid

Quid fuerat Magno maius? tamen ipſe rogauit
Summiſſa fugiens voce clientis opem.
Cuique viro totus terrarum paruit orbis,
Indigus effectus omnibus ipſe magis.
Ille Iugurthino clarus, Cymbroque triumpho,
Quo victrix toties, Conſule, Roma fuit,
In cœno Marius iacuit, cannaquê paluſtri,
Pertulit & tanto multa pudenda viro.
LVDIT in humanis diuina potentia rebus,
Et certam præſens vix habet hora fidem.
Littus ad Euxinum ſi quis mihi diceret, ibis,
Et metues arcu ne feriare Getæ:
I, bibe, dixiſſem purgantes pectora ſuccos,
Quicquid & in tota naſcitur Anticyra.
Sum tamen hæc paſſus, nec ſi mortalia poſſem,
Et ſummi poteram tela cauere Dei.
Tu quoque fac timeas, & quæ tibi læta videntur,
Dum loqueris, fieri triſtia poſſe, puta.

Elegia 19. Quę Ouid. 4. Lib. 4. Pont.

Ad Sex. Pompeium.

Nulla dies adeo eſt auſtralibus humida nymbis
Non intermiſsis vt fluat imber aquis.
Nec ſterilis locus vllus ita eſt, vt non ſit in illo
Mixta ferè duris vtilis herba rubis.
Nil adeo Fortuua grauis miſerabile fecit,
Vt minuant nulla gaudia parte malum.
Ecce domo, patriaque carens, oculiſque meorum,
Naufragus in Getici littoris actus aquas.
Qua tamen inueni vultum diffundere cauſa
Poſsim, fortunæ nec meminiſſe meæ.
Nam mihi cum fulua triſtis ſpatiarer arena,
Viſa eſt a tergo penna dediſſe ſonum.

Reſp

ſpicio, nec corpus erat, quod cernere poſſem,
Verba tamen ſunt hæc aure recepta mea.
ego lætarum venio tibi nuncia rerum,
Fama per immenſas aere lapſa vias.
ſule Pompeio, quo non tibi charior alter
Candidus & felix proximus annus erit.
it: & vt læto Pontum rumore repleuit,
Ad gentes alias hinc Dea vertit iter.
mihi dilapſis inter nouæ gaudia curis,
Excidit aſperitas huius iniqua loci.
o vbi Iane biceps longum reſeraueris annum,
Pulſus, & a ſacro menſe December erit:
pura Pompeium ſummi velabit honoris,
Ne titulis quicquam debeat ille ſuis.
nere iam videor rumpi penè atria turba:
Et populum lædi deficiente loco.
plaque Tarpeiæ primum tibi ſedis adiri,
Et fieri faciles in tua vota Deos.
a boues niueos certæ præbere ſecuri,
Quos aluit campis herba faliſca ſuis.
que Deos omnes, tum quos impenſius æquos
Eſſe tibi cupias, cum Ioue Cæſar erit.
a te excipiet, patreſque ex more vocati,
Intendent aures ad tua verba ſuas.
vbi facundo tua vox hilarauerit ore,
Vtque ſolet, tulerit proſpera verba dies:
is & meritas ſuperis cum Cæſare grates,
Qui cauſſam, facias cur ita ſæpe, dabit.
domum repetes toto comitante Senatu,
Officium populi vix capiente domo.
miſerum turba quod non ego cernor in illa.
Nec poterunt iſtis lumina noſtra frui.
d licet, abſentem qua poſſum mente videbo,

Aſpiciet

Aſpiciet vultus Conſulis illa ſui.
Dij faciant, aliquo ſubeat tibi tempore noſtrum
Nomen, & Heu, dicas quid miſer ille facit?
Hæc tua protulerit ſi quis mihi verba, fatebor
Protinus exſilium mitius eſſe meum.

Elegia 20. Quę Ouid. 5. Lib. 4. Pont.

Ad Elegos.

Ite leues Elegi doctas ad Conſulis aures,
Verbaque honorato ferte legenda viro.
Longa via eſt, nec vos pedibus proceditis æquis,
Tectaque brumali ſub niue terra latet.
Cum gelidam Thracen & opertũ nubibus AEmum,
Et maris Ionij tranſieritis aquas.
Luce minus decima dominam venietis ad vrbem
Vt feſtinatum non faciatis iter.
Protinus inde domus vobis Pompeia petatur,
Non eſt Auguſto iunctior vlla foro.
Si quis, vt in populo, qui ſitis, & vnde, requirat
Nomina decepta qualibet aure ferat.
Vt ſit enim tutum, ſicut reor eſſe fateri.
VERBA minus certè, ficta timoris habet.
Copia nec vobis vllo prohibente videndi
Conſulis, vt limen contingeritis, erit.
Aut reget ille ſuos dicendo iura Quirites,
Conſpicuum ſignis cum premet altus ebur:
Aut populi reditus poſitam componet ad haſtam,
Et minui magnæ non ſinet vrbis opes:
Aut vt erunt patres In Iulia templa, vocati,
De tanto dignis Conſule rebus aget:
Aut feret Auguſto ſolitam, natoque ſalutem,
Deque parum noto conſulet officio.
Tempus ab his vacuum Cæſar Germanicus omne

Auſe

uferet, a magnis hunc colit ipſe deis.
n tamen a turba rerum requieuerit harum.
Ad vos manſuetas porriget ille manus.
idq; parens ego veſter agam, fortaſſe requiret.
Talia vos illi reddere verba volo.
it adhuc, vitamque tibi debere fatetur,
Quod prius a miti Cæſare munus habet.
ibi, cum fugeret, memori ſolet ore referre,
Barbariæ tutas exhibuiſſe vias.
guine Biſtonium quod non tepefecerit enſem
Effectum cura pectoris eſſe tui.
lita præterea vitæ quoque multa tuendæ
Munera, ne proprias attenuaret opes.
quibus vt meritis referatur gratia, iurat,
e fore mancipium tempus in omne tuum.
n prius vmbroſa carituros arbore montes,
t freta veliuolas non habitura rates:
ninaque in fontes curſu reditura ſupino,
Gratia quam meriti poſsit abire tui.
vbi dixeritis, ſeruet ſua dona, rogate,
ic fuerit veſtræ cauſſa peracta viæ.

Elegia 21. Quæ Tibulli. 1. Lib. 1.

mœnioris vitæ otia, diuitijs omnibus, & gloriæ militari anteponit,

uitias alius fuluo ſibi congerat auro.
Et teneat culti iugera magna ſoli,
em labor aſsiduus vicino terreat hoſte,
Martia cui ſomnos claſsica pulſa fugent.
mea paupertas vitæ traducat inerti,
Dum meus aſsiduo luceat igne focus.
ſeram teneras maturo tempore vites
uſticus, & facili grandia poma manu,

Nec ſpes deſtituat, ſed frugum ſemper aceruos
    Præbeat, & pleno pinguia muſta lacu:
Nam vereor, ſeu ſtipes habet deſertus in agris,
    Seu vetus in triuio florida ſerta lapis.
Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus,
    Libatum agricolæ ponitur ante Deum.
Flaua Ceres tibi ſit noſtro de rure corona
    Spicea, quæ templi pendeat ante fores:
Pomoſiſque ruber cuſtos ponatur in hortis,
    Terreat vt ſæua falce Priapus aues.
Vos quoque felicis quondam, nunc pauperis agri
    Cuſtodes, fertis munera veſtra Lares.
Tunc vitula innumeros luſtrabat cæſa iuuencos,
    Nunc agna exigui eſt hoſtia parua ſoli.
Agna cadet vobis, quam circum ruſtica pubes
    Clamat, Io meſſes, & bona vina date.
Iam modo non poſſum contentus viuere paruo,
    Nec ſemper longæ deditus eſſe viæ:
Sed canis æſtiuos ortus vitare ſub vmbra
    Arboris, ad riuos prætereuntis aquæ.
Nec tamen interdum pudeat tenuiſſe bidentem,
    Aut ſtimulo tardos increpuiſſe boues.
Non agnam ve ſinu pigeat, fœtum ve capellæ
    Deſertum oblita matre referre domum.
At vos exiguo pecori fureſque, lupique
    Parcite. de magno eſt præda petenda grege.
Hic ego, paſtoremque meum luſtrare quotannis,
    Et placidam ſoleo ſpargere lacte Palem.
Adſitis diui, neu vos è paupere menſa
    Dona, nec è puris ſpernite fictilibus.
Fictilia antiquus primum ſibi fecit agreſtis
    Pocula, de facili compoſuitque luto.
Non ego diuitias patrum, fructuſque requiro,

nos tulit antiquo condita meſsis auo.
ſeges ſatis eſt, ſatis eſt requieſcere lecto,
licet & ſolito membra leuare toro.
elidas hybernus aquas cum fuderit Auſter,
urum ſomnos igne iuuante ſequi.
nihi contingat, ſit diues iure furorem
i maris, & triſtes ferre poteſt pluuias.
lare decet terra, Meſſala, marique
domus hoſtiles perferat exuuias.
go dux, mileſque bonus: vos ſigna, tubæque
procul, cupidis vulnera ferte viris.
& opes: ego compoſito ſecurus aceruo,
es deſpiciam, deſpiciamque famem.

Elegia 22. Quę Tibul. 3. Lib. 1.

ctum ſe propter morbum à Meſſala, quem abatur, in Corcyra inſula, poeta dolet: mortē verò idcirco timet, quod moleſtißima eſſe ſolet pręſidio amicorum deſtitutis.

s AEgeas, ſine me Meſſala, per vndas,
O vtinam memores ipſe, cohorſque mei.
et ignotis ægrum Phæacia terris,
tineas auidas mors violenta manus.
eas mors atra precor, non hic mihi mater,
e legat in mœſtos oſſa peruſta ſinus:
ror Aſſyrios cineri quæ dedat odores,
eat effuſis ante ſepulchra comis:
on vſquam, quæ me cum mitteret vrbe,
tur antè omnes conſuluiſſe Deos.
as pueri ſortes ter ſuſtulit, illi

Retulit è triuijs omnia certa puer.
Cuncta dabant reditus: tamen eſt deterrita nunquam,
Quin fleret, noſtras reſpiceretque vias.
Ipſe ego ſolator, cum iam mandata dediſſem,
Quærebam tardas anxius vſque moras.
Aut ego ſum cauſatus aues. dant omina dira,
Saturni ſacram me tenuiſſe diem.
O quoties,ingreſſus iter,mihi triſtia dixi
Offenſum in porta ſigna dediſſe pedem.
Quid tua nunc Iſis tibi Delia? quid mihi proſunt
Illa tua toties æra repulſa manu?
Nunc Dea, nunc ſuccurre mihi. nam poſſe mederi
Picta docet templis multa tabella tuis.
Vt mea votiuas perſoluens Delia voces,
Ante ſacras lino tecta fores ſedeat:
Biſque die reſoluta comas tibi dicere laudes
Inſignis turba debeat in Pharia.
At mihi contingat patrios celebrare penates,
Redderéque antiquo menſtrua thura Lari.
Quam bene Saturno viuebant rege prius, quam
Tellus in longas eſt patefacta vias.
Nondum cœruleas pinus contempſerat vndas,
Effuſum ventis præbueratque ſinum:
Nec vagus ignotis repetens compendia terris
Preſſerat externa nauita merce ratem:
Illo non validus ſubijt iuga tempore taurus,
Non domito frenos ore momordit equus:
Non domus vlla fores habuit, non fixus in agris,
Qui regeret certis finibus arua lapis:
Ipſæ mella dabant quercus, vltroque ferebant
Obuia ſecuris vbera lactis oues:
Non acies, non ira fuit, non bella, nec enſes
Immiti ſæuus duxerat arte ſuber.

: Ioue ſub domino cædes, & vulnera ſemper:
unc mare, nunc leti mille repente viæ.
pater: timidum non me periuria terrent,
on dicta in ſanctos impia verba deos.
d ſi fatales iam nunc expleuimus annos,
c lapis inſcriptis ſtet ſuper oſſa notis:
acet immiti conſumptus morte Tibullus,
eſſalam terra dum ſequiturque mari.
e quod facilis tenero ſum ſemper amori,
a Venus campos ducet in Elyſios.
horeæ, cantuſque vigent, paſsimque vagantes
lce ſonant tenui gutture carmen aues.
aſiam non culta ſeges, totoſque per agros
ret odoratis terra benigna roſis,
erata iacet ſedes in nocte profunda
lita, quam circum flumina nigra ſonant.
oneque impexa feros pro crinibus angues
it, & huc illhuc impia turba fugit.
iger in turba ſerpentum Cerberus ore
det, & æratas excubat ante fores.
unonem tentare Ixionis au ſi
ſantur celeri noxia membra rota:
ctuſque nouem Tityus per iugera terræ
iduas atro viſcere paſcit aues.
us eſt illhic, & circum ſtagna, ſed acrem
iam poturi deſerit vnda ſitim.
ai proles, Veneris quod numina læſit,
aua Le hæas dolia portat aquas.
caſta precor maneat, ſanctique pudoris
deat cuſtos ſeduia ſemper anus.
bi fabellas referat, poſitaque lucerna,
ucat plena ſtamina longa colo.
a grauibus penſis affixa puella

 Paulatim

Paulatim ſomno feſſa remittat opus.
Hoc precor hunc illum nobis aurora nitentem
Luciferum roſeis candida portet equis.

Elegia 23. Quæ Tibul. 7. Lib. 1.

Meſſalę adulatur auſpicio natalium, qui triū & victorias naſcenti puero ſunt polliciti

Hunc cecinere diem Parcæ fatalia nentes
Stamina non vlli diſſoluenda Deo,
Hunc fore Aquitanas poſſet qui fundere gentes,
Quem tremeret forti milite victus Atax.
Euenere, nouos pubes Romana triumphos
Vidit, & euinctos brachia rapta duces.
At te victrices lauros Meſſala gerentem
Portabat nitidis currus eburnus equis.
Non ſine me eſt tibi partus honos, tua bella Pirene
Teſtis, & Oceani littora Sanctonici.
Teſtis Arar, Rhodanuſque celer, magnuſque Garuna
Carnoti & flaui, cærula lympha Liger.
At te Cigne canam, tacitis qui leniter vndis
Curuleus placidis per vada ſerpis aquis:
Quantus & æthereo contingens vertice nubes,
Frigidus intonſos Taurus arat Cilicas.
Quid referam, vt volitet crebras intacta per vrbes,
Alba Palæſtino ſancta columba Syro?
Vtque maris vaſtum proſpectet turribus æquor,
Prima ratem ventis credere docta Tyros?
Qualis & arentes cum findit Sirius agros,
Fertilis æſtiua Nilus abundet aqua.
Nile pater, qua nam poſſum te dicere cauſa,
Aut quibus in terris occuluiſſe caput?
Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres,
Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui.

it, atque ſuum pubes miratur Oſirim,
bara Memphiten plangere docta bouem.
aratra manu ſolerti fecit Oſiris,
emeram ferro ſollicitauit humum.
s inexpertæ commiſit ſemina terræ,
naque non notis legit ab arboribus.
cuit taneram palis adiungere vitem,
viridem dura cædere falce comam.
undos primum matura ſapores
reſſa incultis vua dedit pedibus.
uor docuit voces inflectere cantu,
uit & ad certos neſcia membra modos,
s & agricolæ magno confecta labore
ora triſtiæ diſſoluenda dedit:
s & afflictis requiem mortalibus affert,
ra licet dura compede pulſa ſonent.
rij flores, & frons redimita corymbis,
quoque ad teneros lutea palla pedes:
e veſtes, & dulcis tibia cantu,
uis occultis conſcia ciſta ſacris.
es, & centum ludos, Geniumque choreis
celebra, & multo tempora funde mero.
nitido ſtillent vnguenta capillo,
apite & collo mollia ſerta gerat.
as, hodierna tibi dum thuris honores
,& Mopſopio dulcia melle feram.
ſubcreſcat proles quæ facta parentis
at & circa ſtet veneranda ſenem.
eam monumenta viæ, quæ Tuſcula tellus,
idaque antiquo detinet Alba Lare.
opibus congeſta tuis hic glarea dura
itur, hic apta iungitur arte ſilex.
agricola è magna cum venerit vrbe

 Serus

Serus, inoffenſum rettuleritque pedem.
At tu natalis multos celebrande per annos,
Candidior ſemper, candidiorque veni.

Elegia 24. Quæ Tibul. 11. Lib. 1.

Gladios & pugnas execratur, laudatque vi[...] paruo contentę frugalitatem.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes?
Quam ferus, & verè ferreus, ille fuit.
Tunc cædes hominum, generi tunc prælia nata,
Tum breuior diræ mortis aperta via eſt.
At nihil ille miſer meruit, nos ad mala noſtra
Vertimus, in ſæuas quod dedit ille feras.
Diuitis hoc vitium eſt auri: nec bella fuerunt,
Faginus aſtabat cum ſcyphus ante dapes.
Non arces, non vallus erat, ſomnumque petebat
Securus varias dux gregis inter oues.
Tunc mihi vita foret, vulgi nec triſtia noſſem
Arma nec audiſſem corde tremente tubam.
Nunc ad bella trahor, & iam quis forſitan hoſtis
Hæſura in noſtro tela gerit latere.
Sed patrij ſeruate Lares: aluiſtis & ijdem,
Curſarem veſtros cum tener ante pedes.
Neu pudeat priſco vos eſſe è ſtipite factos,
Sic veteres ædes incoluiſtis aui.
Tunc melius tenuere fidem, cum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde Deus.
Hic placatus erat ſeu quis libauerat vuam,
Seu dederat ſanctæ ſpicea ſerta comæ.
Atque aliquis voti compos liba ipſa ferebat,
Poſtque comes purum filia parua fauum.
At nobis ærata Lares depellite tela,
Hoſtiaque è plena ruſtica porcus hara.

c pura cum veſte ſequar, myrtoque caniſtra
inčta geram, myrto vinctus & ipſe caput.
placeam vobis, alius ſit fortis in armis,
ernat, & aduerſos Marte fauente duces.
nihi potanti poſsit ſua dicere facta
liles, & in menſa pingere caſtra mero.
furor eſt atram bellis accerſere mortem?
mminet, & tacito clam venit ille pede.
ſeges eſt infra? non vinea culta, ſed audax
erberus, & Stygiæ nauita puppis aquæ.
percuſsiſque genis, vſtoque capillo
rrat ad obſcuros pallida turba lacus.
m potius laudandus hic eſt, quem prole parata
ccupat in parua pigra ſenecta caſa,
ſuas ſectatur oues, at filius agnos,
calidam feſſo comparat vxor aquam.
go ſim, liceatque caput candeſcere canis
emporis & priſci facta referre ſenem.
ea Pax arua colat, Pax candida primum
uxit araturos ſub iuga curua boues.
aluit vites, & ſuccos condidit vuæ,
nderet vt nato teſta paterna merum.
bidens, vomerque vigent: at triſtia duri
ilitis in tenebris occupat arma ſitus.
icus è lucoque vehit malè ſobrius ipſo
xorem plauſtro, progeniemque domum.
obis Pax alma veni, ſpicamque teneto,
rfluat & pomis candidus antè ſinus

Elegia 25. Quę Tibul. 1. Lib. 2.

Vitę ruſticę exercitationes, & voluptates perſequitur.

uis adeſt, valeat, fruges luſtramus, & agros,

Ritus vt a priſco traditus extat auo.
Bache veni, dulciſque tuis è cornibus vua
Pendeat, & ſpicis tempora cinge, Ceres,
Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator,
Et graue ſuſpenſo vomere ceſſet opus.
Soluite vincla iugis, nunc ad præſepia debent
Plena coronato ſtare boues capite.
Omnia ſint operata Deo, non audeat vlla
Lanificam penſis impoſuiſſe manum.
Caſta placent ſuperis, pura cum veſte venite,
Et manibus puris ſumite fontis aquam.
Cernite, fulgentes vt eat ſacer agnus ad aras,
Vinctaque poſt olea candida turba comas.
Dij patrij purgamus agros, purgamus agreſtes,
Vos mala de noſtris pellite limitibus:
Neu ſeges eludat meſſem fallacibus herbis,
Neu timeat celeres tardior agna lupos.
Tunc nitidus plenis confiſus ruſticus agris
Ingerat ardenti grandia ligna foco.
Turbaque vernarum ſaturi bona ſigna coloni
Ludet, & ex virgis extruet arte caſas.
Euentura precor, vidèn vt felicibus extis
Significet placidos nuntia fibra Deos?
Nunc mihi fumoſos veteres proferte Falernos
Conſulis, & Chio ſoluite vincla cado.
Vina diem celebrent: non feſta luce madere
Eſt rubor, errantes & malè ferre pedes.
Sed bene Meſſalæ ſua quiſque ad pocula dicat
Nomen, & abſentis ſingula verba ſonent.
Gentis Aquitanæ celeber Meſſala triumphis,
Et magna intonſis gloria victor ades:
Huc ades, aſpiraque mihi, dum carmine noſtro
Redditur agricolis gratia cælitibus.

ra cano, ruriſque Deos: his vita magiſtris
Deſueuit querna pellere glande famem.
compoſitis primum docuere tigillis
Exiguam viridi fronde operire domum,
etiam tauros primum docuiſſe feruntur
ſeruitium, & plauſtro ſuppoſuiſſe rotam.
ic victus abiere feri, tunc conſita pomus,
Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas:
ea tunc preſſos pedibus dedit vua liquores,
Mixtaque ſecuro eſt ſobria lympha mero.
ra ferunt meſſes, calidi cum ſyderis æſtu
Deponat flauas annua terra comas.
re leuis verno flores apis ingerit alueo,
Compleat vt dulci ſedula melle fauos.
icola aſsiduo primum ſatiatus aratro,
Cantauit certo ruſtica verba pede:
tur arenti primum eſt meditatus auena
Carmen vt ornatos diceret ante Deos:
icola & minio ſuffuſus Bacche rubenti,
Primus inexperta duxit ab arte choros:
c datus a pleno memorabile munus ouili
Dux pecoris hircus, duxerat hircus oues:
e puer verno primum de flore coronam
Fecit, & antiquis impoſuit Laribus:
e etiam teneris curam exhibitura puellis,
Molle gerit tergo lucida vellus ouis·
c & fœmineus labor eſt, hinc penſa, coluſque,
uſus & appoſito pollice verſat opus.
ic aliqua aſsiduè textrix operata Mineruam
Cantat, & appulſo tela ſonat latere.
celebrem cantate Deum, pecorique vocate
oce palam, pecori, clam ſibi quiſque vocet:
etiam ſibi quiſque palam nam turba iocoſa

Oſtrepit, & Phrygio tibia curua ſono.
Ludite, iam nox iungit equos, currumque ſequuntur
Martis laſciuo ſydera fulua choro.
Poſtque venit tacitus fuluis circundatus alis
Somnus,& incerto ſomnia nigra pede.

Elegia 26. Quę Tibul. 5. Lib. 2. *Inuocat Apollinem.*

Phœbe faue, nouus ingreditur tua templa ſacerdos:
Huc age cum cithara, carminibuſque veni.
Nunc te vocales impellere pollice chordas,
Nunc precor ad laudes flectere vrba meas.
Ipſe triumphali deuinctus tempora lauro,
Dum cumulant aras, ad tua ſacra veni:
Sed nitidus, pulcherque veni, nunc indue veſtem
Depoſitam, longas nunc bene pecte comas.
Qualem te memorant Saturno rege fugato,
Victori laudes concinuiſſe Ioui.
Tu procul euentura vides: tibi deditus augur,
Scit bene quid fati prouida cantet auis:
Tuque regis ſortes: per te præſentit aruſpex,
Lubrica ſignauit queis Deus exta notis:
Te duce Romanos nunquam fruſtata Sibylla,
Abdita quæ ſenis fata canit pedibus.
Phœbe ſacras Meſſalinum ſine tangere chartas
Vatis: & ipſe precor, quod canat illa doce.
Hæc dedit Aeneæ ſortes,poſtquam ille parentem
Dicitur, & captos ſuſtinuiſſe Lares.
Hæc fore credebat Romam, cum mœſtus ab alto
Ilion, ardentes reſpiceretque Deos.
Romulus æternæ nondum firmauerat vrbis
Mœnia, conſorti non habitanda Remo.
Sed tunc paſcebant herboſa palatia vaccæ,

Et ſtabant humiles in Iouis arce caſæ.
acte madens illhic ſuberat Pan ilicis vmbram,
Et facta agreſti lignea falce, Pales:
endebatque vagi paſtoris in arbore votum,
Garrula ſylueſtri fiſtula ſacra Deo.
ſtula cui ſemper decreſcit arundinis ordo,
Nam calamus cera iungitur vſque minor.

Elegia 27. Quę Tibul. 5. Lib. 3.

Mortem timet immaturam.

Nos tenet Etruſcis manat quæ fontibus vnda,
Vnda ſub æſtiuum non adeunda canem.
unc autem ſacris Baiarum maxima lymphis,
Cum ſe purpureo vere remittit hyems.
t mihi Perſephone nigram denunciat horam:
Immerito iuueni parce nocere Dea.
on ego tentaui nulli temeranda deorum
Audax laudandæ ſacra docere Deæ.
ec mea mortiferis infecit pocula ſuccis
Dextera, nec cuiquam certa venena dedit.
ec nos ſacrilegos templis admouimus ignes,
Nec cor ſollicitant facta nefanda meum.
ec nos inſanæ meditantes iurgia linguæ
Impia in aduerſos ſoluimus ora Deos.
t nondum cani nigros læſere capillos,
Nec venit tardo curua ſenecta pede.
atalem primo noſtrum videre parentes
Cum cecidit fato conſul vterque pari.
uid fraudare iuuat vitem creſcentibus vuis?
Et modo nata mala vellere poma manu?
arcite, pallentes vmbras quicunque tenetis,
Duraque ſortiti tertia regna Dei.
yſios olim liceat cognoſcere campos,

Lethæamque ratem, Cimmerioſque lacus.
Cum mea rugoſa pallebunt ora ſenecta,
Et referam pueris tempora priſca ſenex.
Atque vtinam vano nequicquam terrear æſtu:
Lauguent ter quinos ſed mea membra dies.
Atque mihi Thuſcæ celebrantur numina lymphæ,
Et facilis lenta pellitur vnda manu.
Viuite felices, memores & viuete noſtri:
Siue erimus, ſeu nos fata fuiſſe velint.
Interea nigras pecudes promittite Diti,
Et niuei lactis pocula mixta mero.

Elegia 28. Quę Propertij 10. Lib. 2.
Ad muſam.

Iam tempus luſtrare alijs Helicona choreis,
Et campum Aemonio iam dare tempus equo,
Iam libet & fortes memorare ad prælia turbas,
Et Romana mei dicere caſtra ducis.
Quod ſi deficiant vires, audacia certè
Laus erit: I N magnis & voluiſſe ſat eſt.
Nunc volo ſubducto grauior procedere vultu:
Nunc aliam citharam me mea muſa docet.
Surge ànima ex humili iam carmine: ſumite vires
Pierides: magni nunc erit oris opus.
Iam negat Euphrates equitem poſt terga tueri
Parthorum, & Craſſos ſe tenuiſſe dolet.
India quin Auguſte tuo dat colla triumpho,
Et domus intactæ te tremit Arabiæ.
Et ſiqua extremis tellus ſe ſubtrahit oris,
Sentiet illa tuas poſtmodo victa manus.
Hæc ego caſtra ſequar vates, tua caſtra canendo:
Magnus ero, ſeruent hunc mihi fata diem.
Vt caput in magnis, vbi non eſt tangere, ſignis,

Ponitur hic imos ante corona pedes:
c nos nunc inopes laudis conſcendere carmen
Pauperibus ſacris vilia thura damus.
ondum etiam Aſcræos norunt meà carmina fontes.
Sed modo Permeſsi flumine lauit Amor.

Elegia 29. Quæ Propert. 1. Lib. 3.

Poetarum laus.

Callimachi manes, & Coi ſacra Philetæ,
In veſtrum quæſo me ſinite ire nemus;
imus ego ingredior puro de fonte ſacerdos
Itala per Graios orgia ferre choros.
cite quo pariter carmen tenuaſtis in antro?
Quoue pede ingreſsi? quamue bibiſtis aquam?
valeat Phæbum quicunque moratur in armis;
Exactus tenui pumice verſus eat.
uo me Fama leuat terra ſublimis, & a me
Nata coronatis Muſa triumphat equis:
mecum in curru parui vectantur Amores,
Scriptorumque meas turba ſecuta rotas.
uid fruſtra miſsis in me certatis habenis?
NON datur ad Muſas currere lata via.
lti Roma tuas laudes annalibus addent,
Qui finem imperij Bactra futura canent:
quod pace legas, opus hoc de monte Sororum
Detulit intacta pagina noſtra via.
llia Pegaſides veſtro date ſerta poetæ,
Non faciet capiti dura corona meo.
mihi quod viuo detraxerit inuida turba,
Poſt obitum duplici fœnore reddet honos.
INIA poſt obitum fingit maiora vetuſtas,
MAIVS ab exequijs nomen in ora venit.
n quis equo pulſas abiegno noſceret arces?

Fluminaque Aemonio comminus iſſe viro:
Idæum Simoenta Iouis cunabula parui
Hectora per campos ter maculaſſe rotas:
Deiphobumque Helenumque, & Polydamantas in armis,
Qualemcunque Parin vix ſua noſſet humus.
Exiguo ſermone fores nunc Ilion, & tu
Troia bis Oetæi numine capta Dei.
Nec non ille tui caſus memorator Homerus
Poſteritate ſuum creſcere ſenſit opus.
Meque inter ſeros laudabit Roma nepotes:
Illum poſt cineres auguror eſſe diem.
Ne mea contempto lapis indicet oſſa ſepulchro,
Prouiſum eſt Lycio vota probante Deo.
Carminis interea noſtri redeamus in orbem,
Gaudeat vt ſolito tacta camæna ſono.
Orpheu te tenuiſſe feras, & concita dicunt
Flumina Threicia detinuiſſe lyra:
Saxa Cithæronis Thebas agitata per artem
Sponte ſua in muri membra coiſſe ferunt:
Quis etiam Polypheme fera Galathea ſub Aetnæ
Ad tua rorantes carmina flexit equos.
Miremur, nobis & Baccho, & Apolline dextro,
Turba puellarum ſi mea verba colit.
Quod non Tænarijs domus eſt mihi fulta columnis,
Nec camera auratas inter eburna trabes:
Nec mea Phæacias æquant pomaria ſyluas,
Non operoſa rigat Martius antra liquor:
At muſæ comites, & carmina chara legenti,
Et defeſſa choris Calliopea meis.
Furtunata meo ſiqua es celebrata libello,
Carmina erunt formæ tot monimenta tuæ.
NAM neque pyramidum ſumptus ad ſydera ducti,
Nec Iouis Elei cælum imitata domus,

Mauſolei diues fortuna ſepulchri
Mortis ab extrema conditione vacat:
illis flamma, aut imber ſubducet honores
nnorum aut ictu pondera victa ruent.
on ingenio quæſitum nomen ab æuo
xcidet. INGENIO ſtat ſine morte decus.

Elegia 30. Quę Propert. 2. Lib. 3.

Poetę ſomnium.

ſus eram molli recubans Heliconis in vmbra
Bellerophontei qua fluit humor equi,
es Alba tuos, & regum facta tuorum
antum operis neruis hiſcera poſſe meis:
aque tam magnis admoram fontibus ora,
nde pater ſitiens Ennius ante bibit,
cinit Curios fratres, & Horatia pila,
egiaque Aemilia vecta trophæa rate,
riceſque moras Fabij, pugnamque ſiniſtram
annenſem, & verſos ad pia vota Deos,
ibalemque Lares Romana ſede fugantes,
nſeris & tutum voce fuiſſe Iouem:
me Caſtalia ſpeculans ex arbore Phœbus
c ait aurata nixus ad antra lyra,
d tibi cum tali demens eſt flumine? quis te
armınis heroi tangere iuſsit opus?
hic vlla tibi ſperanda eſt fama, Properti:
IOLLIA ſunt paruis prata terenda rotis:
remus aquas, alter tibi radat arenas,
ntus eris, MEDIO maxima turba mari eſt.
rat, & plectro ſedem mihi monſtrat eburno,
ua noua muſcoſo ſemita facta ſolo eſt.
erat affixis viridis ſpelunca lapillis,
endebantque cauis tympana pumicibus,

Ergo

Ergo muſarum, & Sileni patris imago
Fictilis, & calami Pan Tegeæ tui.
Diuerſęque nouem ſortitæ rura ſorores
Exercent teneras in ſua dona manus.
Hæc hederas legit in thyrſos, hæc carmina neruis
Aptat, & illa manu texit vtraque roſam.
E quarum numero me contigit vna dearum:
Vt reor a facie, Calliopea fuit:
Contentus niueis ſemper vectabere cygnis,
Nec te fortis equi ducet ad arma ſonus.
Nil tibi ſit rauco prætoria claſsica cornu
Flere, nec Aonium cingere Marte nemus:
Aut quibus in campis Mariano prælia ſigno
Stent, & Teutonicas Roma refringat opes:
Talia Calliope, lymphiſque a fronte petitis
Ora Philetæis noſtra rigauit aquis.

Elegia 31. Quæ Propert. 8. Lib. 3.
Ad Mecænatem.

Mæcenas eques Heruſco de ſanguine Regum
Intra fortunam qui cupis eſſe tuam,
Quid me ſcribendi tam vaſtum mittis in æquor?
Non ſunt apta meæ grandia vela rati.
TVRPE eſt, quod nequeas capiti committere pondus:
Et preſſum inflexo mox dare terga genu.
OMNIA non pariter rerum ſunt omnibus apta:
Fama nec ex æquo ducitur vlla iugo.
Gloria Lyſippo eſt, animoſa effingere ſigna:
Exactis Calamis ſe mihi iactat equis:
In Veneris tabula ſummam ſibi ponit Apelles:
Parrhaſius parua vindicat arte locum:
Argumenta magis ſunt Nentoris addita formæ:
At Myos exiguum flectit acanthus iter:

Phidi

iacus ſigno ſe Iuppiter ornat eburno
raxitelem Parius vindicat arte lapis:
quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ:
nt quibus in celeres gloria nata pedes.
atus ad pacem, hic caſtrenſibus vtilis armis
A V T V R AE ſequitur ſemina quiſque ſuæ.
a, Mæcenas, vitæ præcepta recepi,
ogor & exemplis te ſuperare tuis.
tibi Romano dominas in honore ſecures
liceat medio ponere iura foro:
bi Medorum pugnaces ire per hoſtes,
que onerare tuam fixa per arma domum:
i ad effectum vires det Cæſar, & omni
mpore tam faciles inſinuentur opes:
, & in tenues humilem te colligis vmbras,
lorum plenos ſubtrahis ipſe ſinus.
mihi magnos æquabunt iſta Camillos
licia, & venies tu quoque in ora virum:
is & famæ veſtigia iuncta tenebis,
ecenatis erunt vera trophæa, fides.
go velifera tumidum mare findo carina,
ta ſub exiguo flumine noſtra mora eſt.
ebo in cineres arcem ſediſſe paternos
dmi, nec ſemper prælia clade pari:
feram Scæas, & Pergama Apollinis arces,
Danaum decimo vere rediſſe rates,
a cum Graio Neptunia preſſit aratro
tor Palladiæ ligneus artis equus.
allimachi ſat erit placuiſſe libellos,
eciniſſe modis Coe poeta tuis.
e vel Iouis arma canam, cæloque minantem
um, & Phlegræis Oromedonta iugis:
ue Romanis decerpta palatia tauris

Ordiar, & Cæſo mœnia firma Remo:
Eductoſque pares ſylueſtri ex vbere reges,
Creſcet & ingenium ſub tua iuſſa meum.
Proſequar & currus vtroque ab litore nantes
Parthorum, aſtutæ tela remiſſa fugæ:
Caſtraque Peluſij Romano ſubruta ferro,
Antonique graues in ſua fata manus.
Mollis tu cœptæ fautor cape lora iuuentæ,
Dextraque immiſsis da mihi ſigna rotis,
Hoc mihi Mecænas laudis concedis, & a te eſt,
Quod ferar in partes ipſe fuiſſe tuas.

Elegia 32. Quę Propert. 17. Lib. 3. *Deflet Marcelli mortem.*

Clauſus ab vmbroſo qua ludit pontus Auerno
Humida Baiarum ſtagna tepentis aquæ:
Qua iacet & Troiæ tubicen Miſenus arena,
Et ſonat Herculeo ſtructa labore via:
Hic vbi mortelis dextra cum quæreret vrbes,
Cymbala Thebano concrepuere Deo.
At nunc inuiſæ magno cum crimine Baiæ,
Quis deus in veſtra conſtitit hoſtis aqua?
His preſſus Stygias vultum demiſit in vndas,
Errat & in veſtro ſpiritus ille lacu.
Quid genus, aut virtus, aut optima profuit illi
Mater & amplexum Cæſaris eſſe ſocos?
Aut modo tam pleno fluitantia vela theatro,
Et per maternas omnia geſta manus?
Occidit, & miſero ſteterat vigeſimus annus.
Tot bona tam paruo clauſit in orbe dies.
I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos,
Stantiaq; in plauſum tota theatra iuuent.
Attalicas ſupera veſtes, atque omnia magnis

mmea ſint ludis: ignibus iſta dabis.
men huc omnes, huc primus, & vltimus ordo;
mala, ſed cunctis iſta terenda via eſt.
nda canis tria ſunt latrantia colla,
ndenda eſt torui publica cymba ſenis.
et ferro cautus ſe condat, & ære,
rs tamen incluſum protrahit inde caput.
non facies, non vis exemit Achilem,
æſum aut Pactoli quas parit humor opes,
lim ignaros luctus populauit Achiuos,
idæ magno cum ſtetit alter amor,
i nauta, pias hominum qui traijcis vmbras,
c animæ portent corpus inane tuæ:
Siculæ victor tellus Claudius, & qua
ſar ab humana ceſsit in aſtra via.

Elegia 33. Quæ Propert 4. Lib. 4.

licatur Hiſtoria Tarpeię ingeſtis Sabinorum armis occiſę

peium nemus, & Tarpeiæ turpe ſepulchrum,
Fabor, & antiqui limina capta Iouis.
erat felix hederoſo conditus antro,
ltaque natiuis obſtrepit arbor aquis:
i ramoſa domus, quo dulcis ab æſtu
tula poturas ire iubebat oues.
Tacius fontem vallo præcingit acerno,
aque ſuggeſta caſtra coronat humo.
tum Roma fuit, tubicen vicina Curetis,
m quateret lento mu murmure ſaxa Iouis:
vbi nunc terris dicuntur iura ſubactis,
bant Romano pila Sabina foro.
s erant montes, vbi nunc eſt curia ſepta,
licus ex illo fonte bibebat equus.

Hinc Tarpeia Ceæ fontem libauit, at illi
  Vrgebat medium fictilis vrna caput.
Et ſatis vna malæ potuit mors eſſe puellæ,
  Quæ voluit flammas fallere Veſta tuas.
Vidit arenoſis Tatium perludere campis,
  Pictaque per flauas arma leuare iubas.
Obſtupuit regis facie, & regalibus armis
  Interque oblitas excidit vrna manus.
Sæpe illa immeritæ cauſata eſt omina Lunæ,
  Et ſibi tingedas dixit in amne comas.
Sæpe tulit blandis argentea lilia Nymphis,
  Romula ne faciem læderet haſta Tati.
Dumque ſubit primo Capitolia nubila fumo,
  Rettulit hirſutis brachia ſecta iubis.
Vrbi feſtus erat, dixere palilia patres.
  Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies
Annua paſtorum conuiuia luſus in vrbe,
  Cum pagana madent fercula diuitijs.
Cumque ſuper raros fœni flammantis aceruos,
  Traijcit immundas ebria turba dapes.
Romulus excubias decreuit in otia ſolui,
  Atque intermiſſa caſtra ſilere tuba.
Hoc tarpia ſuum tempus rata, conuenit hoſtem,
  Pacta ligat, pactis ipſa futura comes.
Mons erat aſcenſu dubius, feſtoque remiſſus,
  Nec mora vocales occupat enſe canes.
Omnia præbebant ſomnos, ſed Iuppiter vuus
  Decreuit pœnis inuigilare tuis.
Prodiderat portæque fidem, patriamque iacentem.
  Nubendique petit, quem velit ipſa, diem.
Ad Tatius, neque enim ſceleri dedit hoſtis honorem,
  Nube ait, & regni ſcande cubile mei.
Dixit,& ingeſtis comitum ſuper obruit armis,

c virgo officijs dos erat apta tuis.
e Tarpeio mons eſt cognomen adeptus.
igil iniuſtæ præmia ſortis habes.

Elegia 34. Quæ Propert. 6. Lib. 4.

ribitur inſignis victoria ab Auguſto ad A-
ctium promontorium reportata.

a facit vates, ſint ora fauentia ſacris,
Et cadat ante meos iſta iuuenca focos.
hileteis certet Romana corymbis,
Cyrenæas vrna miniſtret aquas.
a molle date, & blandi mihi thuris honores,
que focum circa laneus orbis eat.
e me lymphis, carmenque recentibus aris
a Mygdonijs libet eburna cadis.
ul fraudes, alio ſint aere noxæ,
nouum vati laurea mollit iter.
alatini referemus Apollinis ædem:
eſt Calliope digna fauore tuo:
in nomen ducuntur carmina. Cæſar
n canitur, quæſo Iuppiter ipſe vaces.
ebi fugiens Athamana ad littora portus,
ſinus Ioniæ murmura condit aquæ,
uleæ pelagus monumenta carinæ
tarum votis non operoſa via.
ndi coiere manus, ſtetit æquore moles
a, nec remis æqua fauebat auis.
laſsis erat tenero damnata Quirino,
que fœminea turpiter apta manu:
guſta ratis plenis Iouis omine velis,
que iam patriæ vincere docta ſuæ.
acies geminos Nereus lunarat in arcus,
rum & radijs picta tremebat aqua:

Cum Phœbus linquens ſtantem ſe vindice Delon,
(Nam tulit iratos mobilis vna Notos)
Aſtitit Auguſti puppem ſuper, & noua flamma
Luxit in obliquam ter ſinuata facem.
Non ille attulerat crines in colla ſolutos,
Aut teſtudineæ carmen inerme lyræ.
Sed quali aſpexit Pelopeium Agamemnona vultu,
Egeſsitque auidis Dorica caſtra rogis:
Aut qualis flexos, ſoluit Pythona per orbes
Serpentem, imbelles quem timuere lyræ.
Mox ait o longa mundi ſeruator ab Alba
Auguſte, Hectoreis cognite maior auis,
Vince mari, iam terra tua eſt, tibi militat arcus,
Et fauet ex humeris hoc onus omne meis.
Solue metu patriam, quæ nunc te vindice freta
Impoſuit proræ publica vota tuæ.
Quam niſi defendes, murorum Romulus augur
Ire Palatinas non bene vidit aues.
Et nimium remis audent propè turpè Latinis
Principe te fluctus regia vela pati.
Nec te, quod claſsis centenis remiget alis,
Terreat, inuito labitur illa mari:
Quodque vehunt proræ Centaurica ſaxa minantes
Tigna caua, & pictos experiare metus.
Frangit, & attollit vires in milite cauſa:
Quæ niſi iuſta ſubeſt, excutit arma pudor.
Tempus adeſt, committe rates: ego temporis author
Ducam laurigera Iulia roſtra manu.
Dixerat, & pharetræ pondus conſumit in arcus.
Proxima poſt arcus Cæſaris haſta fuit.
Vincit Roma fide Phœbi, dat fœmina pœnas,
Sceptra per Ionias fracta vehuntur aquas.
At pater Idalio miratus Cæſar ab aſtro,

um deus, & noſtri ſanguinis iſta fides.
ſequitur cantu Triton, omneſque marinæ
Plauſerunt circa libera ſigna Deæ.
petit Nilum cymba male nixa fugaci.
Hoc vnum, iuſſo non moritura die.
melius, quantus mulier foret vna triumphus,
Ductus erat perquas antè Iugurtha vias.
us hinc traxit Phæbus monumenta, quod eius
Vna decem vicit miſſa ſagitta rates.
a ſatis cecini, citharam iam poſcit Aopollo
Victor, & ad placidos exuit arma choros.
ndida nunc molli ſubeant conuiuia luco,
Blanditiæque fluant per mea colla roſæ:
aque fundantur prælis eliſa Falernis,
Terque lauet noſtras ſpica Ciliſſa comas.
enium poſitis irritet Muſa poetis:
Bacche ſoles Phœbo fertilis eſſe tuo.
paludoſos memoret ſeruire Sicambros,
Cepheam hic Neroen fuſcaque regna canat:
refcrat ſero confeſſum fœdere Parthum,
Reddat ſigna Remi, mox dabit ipſe ſua:
aliquid pharetris Auguſtus parcet Eois,
Differat in pueros iſta trophæa ſuos.
ude Craſſe, nigras ſi quid ſapis inter arenas,
re per Eufraten ad tua buſta licet.
noctem patera, ſic ducam carmine, donec
nijciat radios in mea vina dies.

Elegia 35. Quę Propert. 10. Lib. 4.

De Hercule, & morte Caci.

nphitryoniades qua tempeſtate iuuencos
Egerat a ſtabulis o Erythræa tuis,
it ad inuictos pecoroſa palatia montes,

Et ſtatuit feſſos feſſus & ipſe boues,
Qua Velabra ſuo ſtagnabant flumine, quaque
Nante per vrbanas velificabat aquas.
Sed non infido manſerunt hoſpite Caco
Incolumes, furto polluit ille locum.
Incola Cacus erat metuendo raptor ab antro,
Per tria partitos qui dabat ora ſonos.
Hic me certa forent manifeſtæ ſigna rapinæ,
Auerſos cauda traxit in antra boues,
Nec ſine teſte Deo, furem ſonuere iuuenci,
Furis & implacidas diruit ira fores.
Mænalio iacuit pulſus tria tempora ramo
Cacus, & Alcides ſic ait, Ite boues.
Herculis ite boues, noſtra labor vltime clauæ,
Bis mihi quæſitæ, bis mea præda boues.
Aruaque mugitu ſancite boaria longo:
Nobile erit Romæ paſcua noſtra forum.
Dixerat, & ſicco torret ſitis ora palato,
Terraque non vllas fœta miniſtrat aquas.
Sed procul incluſas audis ridere puellas:
Lucus ab vmbroſo fecerat orbe nemus,
Fœmineæ loca clauſa Deæ, fonteſque piandos,
Impunè & nullis ſacra retecta viris.
Deuia puniceæ velabant limina vittæ,
Putris odorato luxerat igne caſa.
Populus & longis ornabat frondibus ædem.
Multaque cantantes vmbra tegebat aues.
Huc ruit in ſiccam congeſto puluere barbam,
Et iacit ante fores verba minora Deo.
Vos precor o lucis ſacro quæ luditis antro,
Pandite defeſsis hoſpita veſtra viris.
Fontis egens erro circaque ſonantia lymphis,
Et caua ſuſcepto flumine palma ſat eſt.
Audiſtiſne aliquem tergo qui ſuſtulit orbem?

: ego ſum, Alcidem terra recepta vocat.
facta Herculeæ non audit ſortia clauæ?
nunquam ad notas irrita tela feras?
c vni Stygias hominum luxiſſe tenebras:
ccipite hæc, feſſo vix mihi terra patet.
d ſi Iunoni ſacrum faceretis amaræ,
on clauſiſſet aquas ipſa nouerca ſuas:
iquam vultuſque meus, ſetæque leonis
rrent, & Libyco ſole peruſta coma:
ego Sidonia feci ſeruilia palla
ficia, & Lydo penſa diurna colo.
us Alcides, at talibus alma ſacerdos
niceo canas ſtamine vincta comas,
oculis hoſpes, lucoque abſcede verendo,
de agedum, & tuta limina linque fuga.
licta viris metuenda lege piatur,
na ſe ſummota vindicat ara caſa.
am Tireſias aſpexit Pallada vates,
rtia dum poſita Gorgone membra lauat.
bi dent alios fontes, hæc lympha puellis
nia ſecreti liminis vna fuit.
us, ille humeris poſtes concuſsit opacos,
ec tulit iratam ianua clauſa ſitim.
ſtquam exhauſto iam flumine vicerat æſtum,
nit vix ſiccis triſtia iura labris.
lus hic mundi nunc me mea fata trahentem
ccipit, hæc feſſo vix mihi terra patet.
ma quæ gregibus deuota eſt ara repertis,
a per has (inquit) maxima facta manus.
nullis vnquam pateat veneranda puellis,
rculis eximij ne ſit inulta ſitis.
: pater ſalue, cui iam fauet aſpera Iuno,
cte velis libro dexter ineſſe meo.

Nunc quoniam manibus purgatum ſanxerat orbem,
Sic ſanctum Tatiæ compoſuere Cures.

Elegia 36. Quę Propert. 12. Lib. 4.

Inducit poeta Corneliam honeſtiſsimam matron. quę paucis ante dieb⁹ immatura morte ſublata fuerat, loquentem cum Paulo marito ſuo, & dolentis animũ oratione lenientem.

Deſine Paule meum lachrymis vrgere ſepulchrum,
Panditur ad nullas ianua nigra preces,
Cùm ſemel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato ſtant adamante vicę.
Te licet orantem fuſcæ Deus audiat aulæ,
Nempe tuas lachrymas littora ſurda bibent.
Vota mouent ſuperos, vbi portitor ęra recepit,
Obſerat herboſos lurida porta rogos.
Sic mœſtæ cecinere tubæ, cum ſubdita noſtrum
Detraheret lecto fax inimica caput.
Quid mihi coniugium Pauli, quid currus auorum
Profuit? aut famæ pignora tanta meæ?
Num minus immites habuit Cornelia Parcas?
En, ſum quod digitis quinque leuatur onus.
Damnatæ noctes & vos vada lenta paludes,
Et quæcunque meos implicat vnda pedes,
Immatura licet, tamen huc non noxia veni,
Det pater hic vmbræ mollia iura meæ.
Aut ſi quis poſita iudex ſedet Æacus vrna,
In mea ſortita iudicet oſſa pila.
Aſsideant fratres iuxta Minoida ſellam,
Eumenidum intento turba ſeuera foro.
Siſyphe mole vaces, taceant Ixionis orbes,

Fall.

allax Tantaleo corripiare liquor.
erus & nulla hodie petat improbus vmbras,
t iaceat tacita lapſa catena ſera.
loquor pro me: ſi fallor, pœna ſororum,
ıfelix humeros vrgeat vrna meos.
i fama fuit per auita trophæa decori,
era Numantinos regna loquuntur auos.
ra maternos exæquat turba Libones,
t domus eſt titulis vtraque fulta ſuis.
x vbi iam facibus ceſsit prætexta maritis.
'inxit & acceptas altera vitta comas:
gor Paule tuo ſic diſceſſura cubili,
n lapide hoc vni nupta fuiſſe legar.
or maiorum cineres tibi Roma colendos,
ub quorum titulis Aphrica tonſa iaces:
erſen proaui ſimulantem pectus Achilis,
Quique tuas proauus fregit Achille domos;
neque cenſuræ legem molliſſe, nec vlla
abe mea noſtros erubuiſſe focos.
fuit exuuijs tantis Cornelia damnum.
Quin & erat magnæ pars imitanda domus,
mea mutata eſt ætas, ſine crimine tota eſt.
'iximus inſignes inter vtranque facem,
natura dedit leges a ſanguine ductas,
Nec poſsim melior iudicis eſſe metu.
ælibet auſteras de me ferat vrna tabellas,
Turpior aſſenſu non erit vlla meo:
tu, quæ tardum mouiſti fune Cybellem,
Claudia turritæ rara miniſtra Deæ:
cui commiſſos cum Veſta repoſceret ignes,
Exhibuit viuos carbaſus alba focos:
te dulce caput mater Scribonia læſi,
n me mutatum quid niſi fata velis?
ernis laudor lachrymis, vrbiſque querelis

Defleta,

Defleta, & genitu Cæſaris oſſa mea.
Ille ſua nata dignam vixiſſe ſororem
Increpat, & lacrymas vidimus eſſe Deo.
Et tamen emerui generoſos veſtis honores.
Nec mea de ſterili facta rapina domo.
Te Lepide, & te Paule meum poſt fata leuamen,
Condita ſunt veſtro numina noſtra ſinu.
Vidimus, & fratrem ſellam geminaſſe curulem,
Conſule quo facto tempore rapta ſoror.
Filia tu ſpeciem cenſuræ nacta parternæ
Fac teneas vnum nos imitata virum.
Et ſerie fulcite genus, mihi cymba volenti
Soluitur aucturis tot mea fata malis.
Hæc eſt fœminei merces extrema triumphi,
Laudat vbi emeritum libera fama rogum.
Nunc tibi commendo communia pignora natos,
Hæc cura & cineri ſpirat inuſta meo.
Fungere maternis vicibus pater, illa meorum
Omnis erit collo turba ferenda tuo.
Oſcula cum dederis tua flentibus, adijce matris,
Tota domus cœpit nunc onus eſſe tuum.
Seu tamen aduerſum mutarit ianua lectum.
Sederit & noſtro cauta nouerca toro:
Coniugium pueri laudate, & ferte paternum.
Capta dabit veſtris moribus illa manus.
Nec matrem laudate nimis: collata priori
Vertet in offenſas libera verba ſuas:
Seu memor ille mea contentus manſerit vmbra,
Et tanti cineres duxerit eſſe meos:
Diſcite venturam iam nunc ſentire ſenectam.
Cœlibis ad curas, nec vacet vlla via.
Quod mihi detractum eſt, veſtros accedat ad annos
Prole mea Paulum ſic iuuat eſſe ſenem.

Et bene

ene habet, nunquam mater lugubria ſumpſi,
Venit in exequias tota caterua meas.
ſa perorata eſt, flentes me ſurgite teſtes,
Dum pretium vitæ grata rependit humus,
ibus & cœlum patuit, ſim digna merendo,
uius honoratis oſſa vehuntur aquis.

egia 37. Quę Ouid. Epiſtola I. Heroidũ

nelope Icatij filia longiſſimę Vlyſſis mariti ſui abſentię cauſam ignorans, multis illum rationibus nititur in patriam reducere.

c tua Penelope lento tibi mittit Vlyſſes:
Nil mihi reſcribas, attamen ipſe veni.
iacet certè Danais inuiſa puellis,
x Priamus tanti, totaque Troia fuit.
nam tunc cum Lacedæmona claſſe petebat,
rutus inſanis eſſet adulter aquis.
nihi, quærenti ſpacioſam fallere noctem,
ſſaret viduas pendula tela manus.
ndo ego non timui grauiora pericula veris?
s eſt ſolliciti plena timoris amor.
fingebam violentos Troias ituros:
mine in Hectoreo pallida ſemper eram.
uis Antilochum narrabat ab Hectore victum,
tilochus noſtri cauſa timoris erat:
Menœtiadem falſis cecidiſſe ſub armis,
bam ſucceſſu poſſe carere dolos.
ne Tlepolemus Lyciam tepefecerat haſtam,
polemi leto cura nouata mea eſt.
ue quiſquis erat caſtris iugulatus Achiuis,
gidius glacie pectus amantis erat.

Sed be-

Sed bene conſuluit caſto Deus æquus amori,
 Verſa eſt in cineres ſoſpite Troia viro.
Argolici rediere duces, altaria fumant,
 Ponitur ad patrios barbara præda Deos.
Grata ferunt nymphæ pro ſaluis dona maritis,
 Illi victa ſuic Troica fata canunt.
Mirantur iuſtique ſenes, trepidæque puellæ,
 Narrantis coniux pendet ab ore viri.
Iamque aliquis poſita monſtrat fera prælia menſa,
 Pingit & exiguo Pergama tota mero:
Hac ibat Simois, hic eſt Sigeia tellus,
 Hic ſteterat Priami regia celſa ſenis,
Illic Aeacides, illic tendebat Vlyſſes,
 Hic lacer admiſſos terruit Hector equos.
Omnia namque tuo ſenior te quærere miſſo.
 Rettulerat nato Neſtor, at ille mihi
Rettulit & ferro Rhœſumque Dolonaque cæſos,
 Vtque ſit hic ſomno proditus, ille dolo.
Auſus es o nimium nimiumque oblite tuorum,
 Thracia nocturno tangere caſtra dolo:
Totque ſimul mactare viros adiutus ab vno?
 At bene cautus eras, & memor antè mei.
Vſque metu micuere ſinus, dum uictor amicum
 Dictus es Iſmarijs iſſe per agmen equis.
Sed mihi quid prodeſt veſtris disiecta lacertis
 Ilios? & murus quod fuit antè ſolum?
Si maneo qualis Troia durante manebam,
 Virque mihi dempto fine carendus abeſt:
Diruta ſunt alijs, vni mihi Pergama reſtant,
 Incola captiuo quæ boue victor arat.
Iam ſeges eſt vbi Troia fuit reſecandaque falce,
 Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus.
Semiſepulta virum curuis feriuntur aratris

ſa, ruinoſas occulit herba domos.
abes, nec ſcire mihi quæ cauſa morandi,
t in quo lateas ferreus orbe, licet.
quis ad hæc vertit peregrinam littora puppim,
mihi de te multa rogatus abit.
nque tibi reddat (ſi te modo viderit vſquam)
aditur huic digitis charta notata meis.
ylon antiqui Neleia Neſtoris arua
ſimus: incerta eſt fama remiſſa Pylo.
nus & Sparten, Sparte quoque neſcia veri:
nas habitas terras, aut vbi lentus abes?
s ſtarent etiam nunc mœnia Phœbi:
ſcor votis heu leuis ipſa meis.
vbi pugnares: & tantum bella timerem,
nea cum multis iuncta querela foret.
timeam, ignoro: timeo tamen omnia demens,
patet in curas area lata meas.
unque æquor habet, qæcunque pericula tellus,
n longæ cauſas ſuſpicor eſſe moræ.
n & narras, quam ſit tibi ruſtica coniux,
æ tantum lanas non ſinit eſſe rudes.
, & hoc crimen tenueis vaneſcat in auras,
ue reuertendi liber abeſſe velis.
ter Icarius viduo diſcedere lecto
git, & immenſas increpat vſque moras.
et vſque licet: tua ſim, tua dicar, oportet:
elope coniux ſemper Vlyſsis ero.
nen pietate mea precibuſque pudicis
ngitur, & vires temperat ipſe ſuas.
ij, Samijque, & quos tulit alta Zacynthos,
ba ruunt in me luxurioſa, proci.
ua regnant nullis prohibentibus aula,
era noſtra tuæ dilacerantur opes.

Quod

Quid tibi Piſandrum, Polybumque, Medontaque dirũ,
Eurimachique auidas, Antinoique manus,
Atque alios referam? quos omneis turpiter abſens,
Ipſe tuo partis ſanguine rebus alis.
Irus egens, pecoriſque Melanthius auctor edendi,
Vltimus, accedunt in tua damna, pudor.
Tres ſumus imbelles numero, ſine viribus vxor,
Laerteſque ſenex, Thelemachuſque puer.
Ille per inſidias penè eſt mihi nuper ademptus,
Cum parat inuitis omnibus ire Pylon.
Dij precor hoc iubeant, vt euntibus ordine fatis,
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.
Hoc faciunt cuſtoſque boum, longæuaque nutrix,
Tertius immundæ cura fidelis haræ.
Sed neque Laertes, vt qui ſit inutilis annis,
Hoſtibus in medijs regna tenere poteſt.
Telemacho veniet (viuat modo) fortiot ætas,
Nunc erat auxilijs illa tuenda patris.
Nec mihi ſunt vires inimicos pellere tectis,
Tu citius venias, portus & aura tuis.
Eſt tibi, ſitque precor, natus, qui mollibus annis
In patrias arteis erudiendus erat.
Reſpice Laerten, vt iam ſua lumina condas,
Extremum fati ſuſtinet ille diem.
Certè ego, quæ fueram, te diſcedente, puella,
Protinus vt redeas, facta videbor anus.

Elegia 38. Quę Ouid. Epiſt. 6. Hero id.

Hypſipyle Medeam propter ſopitum dracone & vellus aureum honoribus effectam dolens: i de proſpero reditu Iaſoni gratulatur, vt crude tatem & veneficia Medeę execretur.

ra Theſſaliæ reduci tetigiſſe carina
Diceris, auratæ vellere diues ouis.
lor incolumi (quantum ſinis) hoc tamen ipſo
bueram ſcripto certior eſſe tuo.
nc pacta tibi præter mea regna redires,
m cuperes, ventos non habuiſſe potes,
libet aduerſo ſignetur epiſtola vento:
pſipyle miſſa digna ſalute fui.
ihi fama prior, quàm nuntia littera venit?
ſacros Martis ſub iuga panda boues,
ibuus iactis ſegetes adoleſſe virorum,
ue necem dextra non eguiſſe tua?
ilem ſpolium pecudis ſeruaſſe draconem:
pta tamen forti vellera fulua manu?
o ſi poſſem timidè credentibus iſta,
mihi ſcripſit, dicere: quanta forem?
querar officium lenti ceſſaſſe mariti?
equium, maneo ſi tua, grande tuli.
a narratur veniſſe venefica tecum,
nihi promiſsi parte futura tori.
la res amor eſt: vtinam temeraria dicar
minibus falſis inſimulaſſe virum.
ab Hœmonijs hoſpes mihi Theſſalus oris
cerat, & tactum vix bene limen erat,
ides (dixi) quid agit meus? ille pudore
ſit in oppoſita lumina fixus humo.
us exilui, tunicíque a pectore ruptis,
it,an (exclamo) me quoq; fata trahunt?
ait, timidumq; mihi iurare coegi:
mihi, teſte Deo, credita vita tua eſt.
animus redijt,tua facta requirere cœpi:
rat, & æripedes Martis araſſe boues:
os dentes in humum pro ſemine iactos,

Et ſubito natos arma tuliſſe viros.
Terrigenas populos ciuili Marte peremptos
Impleſſe ætatis fata diurna ſuæ,
Deuictum ſerpentem, iterum ſi viuat Iaſon
Quærimus: alternant ſpeſque, timorque fidem,
Singula dum narrat, curſu ſtudioque loquendi,
Detegit ingenio vulnera facta ſuo.
Heu vbi pacta fides? vbi connubialia iura?
Faxque ſub arſuros dignior ire rogos?
Non ego ſum furtim tibi cognita, pronuba Iuno
Adfuit, & ſertis tempora victus Hymen.
At mihi nec Iuno, nec Hymen, ſed triſtis Erinnys
Prætulit infauſtas ſanguinolenta faces.
Quid mihi cum Minyis? quid cum Tritonide pinu?
Quid tibi cum patria nauita Tiphi mea?
Non erat hic aries villo ſpectabilis aureo,
Non ſenis AEtæ regia Lemnos erat.
Certa fuit primo (ſed me mea fata trahebant)
Hoſpite fœminea pellere caſtra manu.
Lemniadeſque viros nimium quoque vincere norunt:
Milite tam forti vita tuenda fuit.
Vrbe virum vidi, tectoque animoque recepi,
Hic tibi biſque æſtas, biſque cucurrit hyems.
Tertia meſsis erat, cum tu dare vela coactus,
Impleſti lachrymis talia verba tuis:
Abſtrahor Hypſipyle (ſi dent modo fata recurſum)
Vir tuus hinc abeo, vir tibi ſemper ero.
Quod tamen è nobis, grauida celatur in aluo,
Viuat, & eiuſdem ſimus vterque parens.
Hactenus & lachrymis in falſa cadentibus ora,
Cætera te memini non potuiſſe loqui.
Vltimus ex ſocijs ſacram conſcendis in Argon,
Illa volat, ventus concaua vela tenet.

la propulſæ ſubducitur vnda carinæ
rra tibi, nobis aſpiciuntur aquæ.
is omne patens turris circunſpicit vndas,
c feror, & lachrymis, oſque ſinuſque madent,
crymas ſpecto, cupidæque fauentia menti
ngius aſſueto lumina noſtra vident.
preces caſtas, immiſtaque vota timori,
nc quoquete ſaluo perſoluenda mihi.
ego perſoluam? votis Medea fruetur?
r dolet, atque ira mixtus abundat amor.
feram templis? viuum quod Iaſona perdam?
ſtia pro damnis concidet icta meis?
equidem ſecura fui, ſemperque verebar,
pater Argolica ſumeret vrbe nurum,
icas timui, nocuit mihi barbara pellex,
n expectato vulnus ab hoſte tuli.
cie, meritiſque placet, ſed carmine mouit,
raque cantata pabula falce metit.
luctantem curſu deducere Lunam
titur, & tenebris abdere Solis equos.
frænat aquas, obliquaque flumina ſiſtit;
loco ſyluas, viuaque ſaxa mouet.
mulos errat ſparſis diſcincta capillis,
rtaque de tepidis colligit oſſa rogis.
uet abſenteis, ſimulachraque cerea fingit,
miſerum tenueis in iecur vrget acus.
æ neſcierim melius, malè quæritur herbis
oribus, & forma conciliandus amor.
et vt tauros, ira te iuga ferre coegit,
aque feros angues te quoque mulcet ope.
, quod aſcribi factis, procerumque tuiſque
facit, & titulo coniugis vxor obeſt.
aliquis Peliæ de partibus acta venenis

Imputat, & populum, qui ſibi credat, habet.
Non hæc AEſonides, ſed filia Phaſis AEetæ
Aurea Phryxeæ terga reuulſit ouis.
Non probat Alcymede mater tua, conſule matrem,
Non pater, a gelido cui venit axe nurus.
Illa ſibi a Tanais, Scythicæq; paludibus vndæ
Quærat, & a patria Phaſidis vſque virum.
Mobilis AEſonide, vernaque incertior aura,
Cur tua polliciti pondere verba carent?
Vir meus hinc ieras: cur non meus inde rediſti?
Sim reducis coniux, ſicut euntis eram.
Si te nobilitas, generoſaque nomina tangunt.
En ego Minoo nata Thoante feror.
Bacchus auus, Bacchi coniux redimita corona,
Præradiat ſtellis ſigna minora ſuis.
Dos mihi Lemnos erit, terra ingenioſa colenti,
Me quoque iam taleis inter habere potes.
Nunc etiam peperi, gratare ambobus Iaſon,
Dulce mihi grauidæ fecerat autor onus.
Felix in numero quoque ſum, prolemque gemellam,
Pignora Lucina bina fauente dedi.
Si quæras, cui ſunt ſimiles: cognoſceris illis,
Fallere non norunt, cætera patris habent.
Legatis quos pene dedi pro matre ferendos,
Sed tenuit cœptas ſæua nouerca vias.
Medeam timui, plus eſt Medea nouerca.
Medeæ faciunt ad ſcelus omne manus.
Spargere quæ fratris potuit lacerata per agros
Corpora, pignoribus parceret illa meis?
Hanc tamen o demens, Colchiſque ablate venenis,
Diceris Hypſipyles præpoſuiſſe toro.
Turpiter illa virum cognouit adultera virgo:
Me tibi, teq; mihi tæda pudica dedit.

Prodi

dit illa patrem: rapui de cæde Thoanta,
ſtruit Colchon: me mea Lemnon habet.
referam? ſcelerata piam ſi vincit, & ipſo
mine dotata eſt, emeruitque virum.
iadum facinus culpo, non miror Iaſon:
V AE L I B E T iratis ipſe dat arma dolor.
gè, ſi ventis (vt oportuit) actus iniquis
raſſes portus tuq; comeſque meos?
que exiſſem fœtu comitata gemello:
ſcere non ne tibi terra roganda foret?
vultu natos, quo me ſcelerate videres?
rfide quo pretio, qua nece dignus eras?
uidem per me tutus ſoſpeſque fuiſſes:
n quia tu dignus, ſed quia mitis ego.
is ipſa meos impleſſem ſanguine vultus,
oſque veneficijs abſtulit illa ſuis:
æ Medea forem: quod ſi quis ab alto,
lus adeſt precibus Iuppiter ipſe meis.
e ego deſtituor coniux, materque duorum,
totidem natis orba ſit, atque viro.
nalè parta diu teneat, peiuſque relinquat:
ulet, & toto quærat in orbe fugam.
n fratri germana fuit, miſeroque parenti
lia: tam natis, tam ſit acerba viro:
mare, cum terras conſumpſerit, aera tentet
ret inops, expes, cæde cruenta ſua.
ego coniugio fraudata Thoantias oro,
uite deuoto nuptaque, virq; toro:

LYRICA POESIS.

VNDE NOMEN ACCEPERIT

Cap. I.

mina hęc, q cantu, & ad lyram pronuntiari

 ſolerēt,

ſolerent, à canendo Odæ, ab inſtrumento au
muſico Lyrica: ſicut à melos, quod eſt cantus
uitas, Melica dicuntur: & à laudatione, ip
parte nobiliore, Hymnica. Hymnus enim eſt
tus in alicuius laudem. Hinc fit vt in hoc pot
mum genere facultas poetica totam ſeſe ad
niendas hominum mentes verſiculorum variet
eorundemque breuitate, ac totius cantilenæ ex
ſita vocũ elegãtia, nitore, ſono, coucinnitudine
merorũ, deſcriptione rerũ ſuaptenatura max
delectabiliũ fingere & accõmodare conſueue
De hoc ſolo accepim⁹, ei⁹ iucũdiſsima modulat
ſyluas & ſaxa fuiſſecommota. Itaque quom
reliquę partes poeſeos, eodẽ modo iſta ſuã ſibi
ſignem notam vendicat, qua potiſsimùm comm
datur, & ab alijs quaſi ſecernitur. Nam in c
mino heroico quis neſciat dominari, & emi
re grauitatem, in bucolico ſimplicitatem, in e
giaco teneritudinem ac mollitiem, in iambeo,
ſatyrico acrimoniam & acerbitatem, in comœ
iocos, in tragœdia affectus, in epigrammatis
cumen? Quæ igitur laus propria pæne relinqu
Lyricis? ſuauitas, quę cum ex verborũ floribu
ſententiarum copia, collocatione pedum, rer
ipſar

rum ornamentis permagna exiſtat, acceßio-
antus, & fidium pulſu adhibito non medio-
criter augetur

MATERIA ET ARTIFICIVM
Carminis Lyrici Cap. II.

teriam Lyricis aßignat his verbis Horatius.

Muſa dedit fidibus diuos pueroſque Deorum,
Et pugilem victorem, & equũ certamine primũ,
E iuuenum curas, & libera vina referre.

actantur Lyricis etiã iurgia, inſectationes, vo-
preces, exhortationes ad voluptates honeſtas.
nmendatur ſobrietas, iuſtitia, fides, continen-
, parſimonia, religio, cætereq; virtutes: Laudes
em referuntur non deorum modo ac hominum,
l aliarum quoque rerum. Itaq; Horatius non ſo-
n laudauit deos, Auguſtum Mæcenatẽ, Dru-
m, Aelium, Lamiam, Pindarum, verum etiam
a amœna, villas, vina, fontes, & virtutes, quas
xi paulo ante. Cadunt in lyricum vituperatio-
s quoq; hominum, rerum, vitiorum: vt iniuſti-
e, perfidię, libidinis, luxurię. Exhortationes ad
peſſenda pro Repub. pericula, deplorationes ca-
nitatum publicarum, deſideria, conqueſtiones,
torum, temporum deſcriptiones, deliberatio-
s, inuitationes, deteſtationes. Item quęcunque

lyricis numeris deuinciri, & breui poemate c[…] cludi videntur poſſe, ſub hoc genus cadere exi[…] mantur. Politam inprimis, candidam, floridã, [...] numeroſam dictionem, accuratam voluptatem, [...] getum ingenium, animi libertatem non ſecus, q[…] vel ſatyrę, vel epigrammata, hilaritatem, digre[…] ſiones & plures, & liberiores, quoniam ad laud[…] tiones amplificationesq; conferunt, (vnde Pind[…] rus in amœniora ſępe loca vagatur) hęc, inqua[…] omnia requirit & amat poeſis lyrica. Non rec[…] ſat frequentiã ſententiarum.

LEPOS, ET GRATIAE ANACREONTE[…] Carminis. Cap. III.

VNVM *genus inter lyrica eminet, cui A[…] nacreonteo nomen indiderunt, ab Anacr[…] onte nimirum, qui illud vel inuenit, vel vnus [...] mnium creberrimè feliciſſimèque tractauit.* Prim[…] *pes iambus eſt, aut ſpondeus, alter iambus, ter[…] tius rurſus iambus, cum vna ſyllaba, quę plerũ[…] que vocis antegreſſę particula eſt. Quamuis Ana[…] creon ipſe non rarò anapęſtum, aliquando tribra[…] chym prima regione locet. Adeo per ſe venuſtum eſt, vt nihil à quoquam venuſtius excogitari fin- giq; poſſit: & is, à quo nomen accepit, multas eidẽ[…]*

ſuauita-

uitates, illecebraſque adiunxit. Nec repeti-es, conduplicationes, ſimiliter cadentia, ſimiliterque deſinentia, & alia id genus verborum Schemata prętermiſit, eſt autē huiuſmodi.

Vrantur ante ſacras
ꝑæa thura menſas:
ꝑuemque dum ſororum
ꝑoros agit, canorum
ꝑollo carmen edat.

Teſtudinemque pollex
Pulſet peritus aptam,
Peritus & loquendi,
Peritus & canendi,
Apollo carmen edat.

LYRICAE POESEOS EXEMPLA
Ex Horatio Flacco. Cap. IIII.

Ode. I. Quæ Horatij I. Lib. I. Carminum.

Monocolos, ex Choriambicis Aſclepiadeis.

AD MECOENATEM.

Alios alio, ſe autem Lyricorum verſuum ſtudio teneri.

ME Cœnas atauis edite regibus,
O & præſidium, & dulce decus meum:
Sunt quos curriculo puluerem Olympicum
Collegiſſe iuuat: metaque feruidis
Euitata rotis, palmaque nobilis
Terrarum dominos euehit ad deos.
Hunc, ſi nobilium turba Quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus:
Illum, ſi proprio condidit horreo
Quicquid de Libycis verritur areis
Gaudentem patrios findere ſarculo
Agros, Attalicis conditionibus

Nunquam dimoueas, vt trabe Cypria
  Myrtoum pauidus nauta ſecet mare.
Luctantem Icareis fluctibus Africum
  Mercator metuens, otium, & oppidi
  Laudat rura ſui: mox reficit rateis
  Quaſſas, indocilis pauperiem pati.
Eſt qui nec veteris pocula Maſsici:
  Nec partem ſolido demere de die
  Spernit, nunc viridi membra ſub arbuto
  Stratus, nunc ad aquæ lene caput ſacræ.
Multos caſtra iuuant, & lituo tubæ
  Permiſtus ſonitus, bellaque matribus
  Deteſtata. manet ſub Ioue frigido
  Venator teneræ coniugis immemor:
  Seu viſa eſt catulis cerua fidelibus,
  Seu rupit teretes Marſus aper plagas.
Me doctarum hederæ præmia frontium
  Dijs miſcent ſuperis: me gelidum nemus,
  Nympharumque leues cum Satyris chori
  Secernunt populo: ſi neque tibias
  Euterpe cohibet, nec Polyhymnia
  Lesboum refugit tendere barbiton.
  Quòd ſi me Lyricis vatibus inſeris,
  Sublimi feriam ſidera vertice.

Ode 2. Quæ Horatij 2. Lib. 1. Carm.

Dicolos tetraſtrophós, ex Hendecaſyllabis ſaphicis, & quarto quoque Adonico.

AD AVGVSTVM CAESAREM.

Deos omnes iratos eſſe Romanis, ob Cęſaris cędem; vnam verò imperij ſpem in Auguſto conſtitutam.

Iam ſatis

Iam ſatis terris niuis, atque diræ,
Grandinis miſit pater: & rubente
Dextera ſacras iaculatus arceis
Terruit vrbem.
Terruit genteis, graue ne rediret
Seculum Pyrrhæ noua monſtra queſtæ,
Omne cum Proteus pecus egit altos
Viſere monteis:
Piſcium & ſumma genus hæſit vlmo,
Nota quæ ſedes fuerat columbis,
Et ſuperiecto pauidæ natarunt
Aequore damæ.
Vidimus flauum Tyberim retortis
Littore Hetruſco violenter vndis
Ire deiectum monimenta regis,
Templaque Veſtæ:
Iliæ dum ſe nimium querenti
Iactat vltorem: vagus & ſiniſtra
Labitur ripa, Ioue non probante
Vxorius amnis.
Audiet ciues acuiſſe ferrum,
Quo graues Perſæ melius perirent:
Audiet pugnas vitio parentum
Rara iuuentus.
Quem vocet diuum populus ruentis
Imperi rebus? prece qua fatigent
virgines ſanctæ minus audientem
Carmina Veſtam?
Cui dabit parteis ſcelus expiandi
Iuppiter? tandem venias precamur
Nube candenteis humeros amictus
Augur Apollo.
Siue tu mauis Erycina ridens:

Quam Iocus circum volat, & Cupido,
Siue neglectum genus, & nepotes.
Reſpicis autor.
Heu nimis longo ſatiate ludo:
Quem iuuat clamor, galeæque leues,
Acer & Mauri peditis cruentum
Vultus in hoſtem:
Siue mutata iuuenem figura,
Ales in terris imitaris almæ
Filius Maiæ patiens vocari
Cæſaris vltor.
Serus in cœlum redeas, diuque
Lætus interſis populo Quirini:
Neue te noſtris vitijs iniquum
Ocyor aura
Tollat. hic magnos potius triumphos,
Hic ames dici pater, atque princeps:
Neu ſinas Medos equitae inultos
Te duce Cæſar.

Ode 3. Quæ Horatij 3. Lib. 1. Carm.

Dicolos diſtrophos, ex Glyconico & Aſclepiadeo.

AD VIRGILIVM.

Secundam ei nauigationem precatur; deinde occaſione ſumpta, hominum audaciam deteſtatur.

Sic te diua potens Cypri,
Sic fratres Helenæ, lucida ſidera,
Ventorumque regat pater,
Obſtrictis alijs, præter Iapyga,
Nauis, quæ tibi creditum
Debes Vergilium, finibus Atticis
Reddas incolumem precor:

Et ſerues

Et ſerues animæ dimidium meæ.
Illi robur, & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus: nec timuit præcipitem Aphricum
Decertantem Aquilonibus:
Nec triſteis Hyadas, nec rabiem Noti,
Quo non arbiter Adriæ
Maior, tollere, ſeu ponere vult freta.
Quem mortis timuit gradum?
Qui ſiccis oculis monſtra natantia,
Qui vidit mare, turgidum, &
Infameis ſcopulos Acroceraunia?
Nequicquam Deus abſcidit
Prudens Oceano diſſociabili
Terras: ſi tamen impiæ
Non tangenda rates tranſiliunt vada.
Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nefas.
Audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit:
Poſt ignem ætheria domo
Subductum, macies, & noua febrium
Terris incubuit cohors:
Semotiq; prius tarda neceſsitas
Lethi corripuit gradum.
Expertus vacuum Dædalus aera
Pennis non homini datis.
Perrupitque Acheronta Herculeus labor.
Nil mortalibus arduum eſt.
Cœlum ipſum petimus ſtultitia: neque
Per noſtrum patimur ſcelus
Iracunda Iouem ponere fulmina.

Ode

Ode 4. Quæ Horatij 14. Lib. 1. Carm.

Tricolos tetraſtrophos. Primis duobus Aſclepiadeis, T
Pherecratio, qui conſtat ſpondæo, dactylo,
ſpondæo. Quarto vero
Glyconico.

AD BRVTVM.

Ciues Romanos ad pacem hortatur, allegoricè d ſuadens, atque adeo deteſtans ciuiles conten nes, quas à Senatu, poſt Antonium hoſtem pa iudicatum foueri, promouerique cognouerat, l ris de libertate recuperanda datis ad interfectores. Sed ea conſilia non pr tum quòd nauis remigio ſuo, hoc eſt interie que viris principibus deſtitueretur. T cętera nauis armamēta, ideſt, legiones, ſocij, au liares copię, aut inualida eſſent ferendis vndar procellis, aut minus integra.

O nauis referent in mare te noui
Fluctus: o quid agis? fortiter occupa
Portum. non ne vides, vt
Nudum remigio latus?
Et malus celeri ſaucius Africo,
Antennæque gemant? ac ſine funibus
Vix durare carinæ
Poſsint imperioſius
Aequor? non tibi ſunt integra lintea,
Non Dij, quos iterum preſſa voces malo.
Quamuis Pontica pinus
Syluæ filia nobilis

Iactes

Iactes & genus, & nomen inutile:
Nil pictis timidus nauita puppibus
Fidit. tu, niſi ventis
Debes ludibrium, caue.
Nuper ſollicitum quæ mihi tædium,
Nunc deſiderium, curaque non leuis
Interfuſa nitenteis
Vites æquora Cycladas.

Ode 5. Quæ Horatij 22. Lib. 1. Carm.

Dicolos tetraſtrophos ex Saphicis, & Adonico,

D FVSCVM ARISTIVM.

...tatem, & innocentiam vbique eſſe ...tam, ſuoque præſidio defenſam

Integer vitæ, ſceleriſque purus
Non eget Mauri iaculis, nec arcu,
Nec venenatis grauida ſagittis,
Fuſce, pharetra.
Siue per Syrteis iter æſtuoſas,
Siue facturus per inhoſpitalem
Caucaſum, vel quæ loca fabuloſus
Lambit Hydaſpes.
Nanque me ſylua lupus in Sabina,
Dum meam canto Lalagen & vltra
Terminum curis vagor expeditus,
Fugit inermem.
Quale portentum neque militaris
Daunia in latis alit eſculetis:
Nec Iubæ tellus generat, leonum
Arida nutrix.
Pone me pigris vbi nulla campis

Arbor æſtiua recreatur aura,
Quod latus mundi nebulæ, maluſque
Iuppiter vrget,
Pone ſub curru nimium propinqui
Solis, in terra domibus negata,
Dulcè ridentem Lalagen amabo,
Dulcè loquentem.

Ode. 6. Quæ Horatij 28. Lib. 1. Carm.

Dicolos diſtrophos, altero verſu Heroico, altero autem Alcmanio habente quatuor vltimos pedes Heroici.

AD ARCHITAM TARENTINVM.

Quod licet eſſet Mathematicus, tame interier, & , illius ex proſopopeia, reſpõſio, omnib⁹ eſſe moriendum

TE maris, & terræ, numeroque carentis arenæ
Menſorem cohibent Archita
Pulueris exigui prope littus parua Matinum
Munera: nec quicquam tibi prodeſt
Aerias tentaſſe domos, animoque rotundum
Percurriſſe polum morituro.
Occidit & Pelopis genitor conuiua deorum,
Tithonuſque remotus in auras,
Et Iouis arcanis Minos admiſſus: habentque
Tartara Panthoiden iterum Orco
Demiſſum, quamuis clypeo Troiana refixo
Tempora teſtatus: nihil vltra
Neruos, atque cutem morti conceſſerat atræ,
Iudice te, non ſordidus autor
Naturæ, verique, SED omneis vna manet nox,

Et c

Et calcanda ſemel via lethi.
Dant alios Furiæ toruos ſpectacula Marti.
Exitio eſt auidis mare nautis.
Miſta ſenum, ac iuuenum denſantur funera, nullũ
Sæua caput Proſerpina fugit.
Me quoque deuexi rapidus comes Orionis
Illyricis Notus obruit vndis.
At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ
Oſsibus, & capiti inhumato
Particulam dare. ſic quodcunque minabitur Eurus
Fluctibus Heſperijs Venuſinæ
Plectantur ſyluæ, te ſoſpite: multaque merces
vnde poteſt, tibi defluat æquo
b Ioue, Neptunoque ſacri cuſtode Tarenti.
Negligis, immeritis nocituram
oſtmodo te nátis fraudem committere. ſors &
Debita iura viceſque ſuperbæ
e maneant ipſum: precibus non linquar inultis.
Teque piacula nulla reſoluent.
uanquam feſtinas, non eſt mora longa: licebit
Iniecto ter puluere curras.

le 7. Quæ Horatij 29. Lib. 1. Carm.

tetraſtrophos, primis duobus Alcmanijs ex Iambo
læo, Iambo & cæſura, deinde duobus dactylis, vel
& ſpondæo, aut Choreo. Tertio autem verſu Iambo
lochio, pedes habente quatuor, primo & tertio
o Iambum vel ſpondæum; ſecundo & quarto
Iambum; deinde cæſuram. Quarto deniq;
Alcmanio Trochaico, ex duobus dacty-
lis, totidemque Choreis.

AD ICCIVM.

Philoſophia ad Militiam tranſierit.

ICci beatis nunc Arabum inuides
Gazis, & acrem militiam paras
Non antè deuictus Sabææ
Regibus, horribilique Medo
Nectis catenas. quæ tibi virginum
Sponſo necato barbara ſeruiet?
Puer quis ex aula capillis
Ad ciathum ſtatuetur vnctis,
Doctus ſagittas tendere Sericas
Arcu paterno? quis neget arduis
Pronos relabi poſſe riuos
Montibus, & Tyberim reuerti,
Cum tu coemptos vndique nobileis
Libros Panæti, Socraticam & domum
Mutare loricis Hiberis
Pollicitus meliora tendis?

Ode 8. Quæ Horatij 35 Lib. 1. Carm

Tricolos tetraſtrophos vt præcedens.

AD FORTVNAM.

Vt ſeruet Cęſarem in Britannos ire medi

O Diua, gratum quæ regis Antium,
Præſens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus, vel ſuperbos
Vertere funeribus triumphos:
Te pauper ambit ſollicita prece
Ruris colonus: te dominam æquoris,
Quicunque Bithyna laceſsit
Carpathium pelagus carina.
Te Dacus aſper, te profugi Scythæ,
Vrbeſque, genteſque, & Latium ferox,
Regumque matres barbarorum, &
Purpurei metuunt tyranni:

Iniurioſó ne pede proruas
Stantem columnam: neu populus frequens
Ad arma ceſſanteis, ad arma
Concitet, imperiumque frangat.
Te ſemper anteit ſæua neceſsitas,
Clauos trabaleis, & cuneos manu
Geſtans ahena: nec ſeuerus
Vncus abeſt, liquidumque plumbum.
Te ſpes, & albo rara fides colit
Velata panno, nec comitem abnegat:
Vtcunque mutata potenteis
Veſte domos inimica linquis.
At vulgus infidum, & meretrix retro
Periura cedit: diffugiunt cadis
Cum fæce ſiccatis amici
Ferre iugum pariter doloſi.
Serues iterum Cæſarem in vltimos
Orbis Britannos, & iuuenum recens
Examen Eois timendum
Partibus, Oceanoque rubro.
Eheu cicatricum, & ſceleris pudet,
Fratrumque. quid nos dura refugimus
Aetas? quid intactum nefaſti
Linquimus? vnde manus iuuentus
Metu deorum continuit? quibus
Pepercit aris? o vtinam noua
Incude diffingas retuſum in
Maſſagetas, Arabaſque ferrum.

de 9. Quæ Horatij 2. Lib. 2. Carm.

Dicolos tetraſtrophos ex Saphicis & Adonico.

AD CRISPVM SALLVSTIVM.

perat auaritiam, extollitque liberalitatem.

 Nullus

Nullus argento color eſt auaris
Abdito terris inimice lamnæ
Criſpe Saluſti, niſi temperato
Splendeat vſu.
Viuet extento Proculeius æuo,
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna metuente ſolui
Fama ſuperſtes.
Latius regnes auidum domando
Spiritum, quam ſi Libyam remotis
Gadibus iungas, & vterque Pœnus
Seruiat vni.
Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops,
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit venis, & aquoſus albo
Corpore languor.
Redditum Cyri ſolio Phraaten,
Diſsidens plebi, numero beatorum
Eximit virtus: populumque falſis
Dedocet vti
Vocibus: regnum, & diadema tutum
Deferens vni, propriamque laurum,
Quiſquis ingenteis oculo irretorto
Spectat aceruos.

Ode 10. Quæ Horatij. 3. Lib. 2. Carm

Tricolos tetraſtrophos, vt illa ad Iccium.

AD Q. DELIVM.

Nec demittendum aduerſis, nec efferendum
ſperis rebus, animum

Æquam memento rebus in arduis
Seruare mentem: non ſecus in bonis
Ab inſolenti temperatam

Lætitia, moriture Deli,
Seu mœſtus omni tempore vixeris,
Seu te in remoto gramine per dies
Feſtos reclinatum bearis
Interiore nota Falerni,
Quo pinus ingens, albaque populus
Vmbram hoſpitalem conſociare amant
Ramis: quo obliquo laborat
Lympha fugax trepidare riuo.
Huc vina, & vnguenta, & nimium breuis
Flores amœnæ ferreiuue roſæ,
Dum res, & ætas, & ſororum
Fila trium patiuntur atra.
Cedes coemptis ſaltibus, & domo,
Villaque flauus quam Tyberis lauit,
Cedes: & extructis in altum
Diuitijs potietur hæres.
Diueſne priſco natus ab Inacho,
Nil intereſt, an pauper, & infima
De gente ſub dio moreris,
Victima nil miſerantis Orci.
Omnes eodem cogimur: omnium
Verſatur vrna, ſerius, ocyus
Sors exitura, & nos in æternum
Exilium impoſitura cymbæ.

Ode 11. Quæ Horatij.10. Lib. 2. Carm.

Dicolos retraſtrophos, ex Saphicis, & Adonio.

AD LYCINIVM.

Tenendam eſſe mediocritaaem, & animi, in vtraque fortuna, moderationem.

Rectius viues Lycini, neque altum
Semper vrgendo, neque dum procellas

Cautus horreſcis, nimium premendo
Littus iniquum.
Auream quiſquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obſoleti
Sordibus tecti: caret inuidenda
Sobrius aula.
Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celſæ grauiore caſu
Decidunt turres, feriuntque ſummos
Fulmina montes:
Sperat infeſtis, metuit ſecundis
Alteram ſortem bene præparatum
Pectus, informeis hyemes reducit
Iuppiter, idem
Summouet. non, ſi male nunc, & olim
Sic erit. quondam cithara tacentem
Suſcitat Muſam, neque ſemper arcum
Tendit Apollo.
Rebus anguſtis animoſus, atque
Fortis appare, ſapienter idem
Contrahes vento nimium ſecundo
Turgida vela.

Ode 12. Quæ Horatij 16. Lib. 2. Carm

Dicolos tetraſtrophos vt præcedens.

AD GROSPHVM.

Animi quietem optari ab omnibus: eam ver congerendis opibus, honoribus ve conſectãdis, ſed coercendis cupiditatib⁹ cõparari.

Otium diuos rogat in patenti
Prenſus Aegeo, ſimul atra nubes

Condidit Lunam, neque certa fulgent
Sidera nautis.
Otium bello furioſa Thrace,
Otium Medi pharetra decori,
Groſphe, non gemmis, atque purpura, venale, nec auro.
Non enim gazæ, neque conſularis
Summouet lictor miſeros tumultus
Mentis, & curas laqueata circum
Tecta volanteis.
Viuitur paruo bene, cui paternum
Splendet in menſa tenui ſalinum:
Nec leueis ſomnos timor, aut cupido
Sordidus aufert.
Quid breui fortes iaculamur æuo
Multa? quid terras alio calentes
Sole mutamus? patriæ quis exul
Se quoque fugit?
Scandit æratas vitioſa naueis
Cura: nec turbas equitum relinquit,
Ocyor ceruis, & agente nimbos
Ocyor Euro.
Lætus in præſens animus, quod vltra eſt
Oderit curare, & amara læto
Temperet riſu. nihil eſt ab omni
Parte beatum.
Abſtulit clarum cita mors Achillem:
Longa Tithonum minuit ſenectus:
Et mihi forſan, tibi quod negarit,
Porriget hora,
Te greges centum, Siculæque circum
Mugiunt vaccæ, tibi tollit hinnitum
Apta quadrigis equa: te bis Afro

Murice tinctæ
Veſtiunt lanæ, mihi parua rura, &
Spiritum Graiæ tenuem Camœnæ,
Parca non mendax dedit, & malignum
Spernere vulgus.

Ode 13. Quæ Horatij 18. Lib. 2. Carm.

Dicolos diſtrophos ex Trochaico Dimetro, qui conſtat trochæis duobus & ſyllaba. Et Iambico Archilochio dimetro, qui conſtat quinque Iambis & ſyllaba; recepto tamen, in locis imparibus, etiam ſpondæo.

AD VITAE BREVITATIS immemorem.

Se in re tenui, ſua tamen ſorte contentum viuere: alios nullum ędificandi, nullum quęrendi, nullũ rapiẽdi modũ facere, quaſi nihil de morte cogitantes.

Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.
Non trabes Hymettiæ
Prenunt columnas vltima reciſas
Africa, neque Attali
Ignotus hæres regiam occupaui:
Nec Laconicas mihi
Trahunt honeſtæ purpuras clientes.
At fides, & ingenij
Benigna vena eſt: pauperemque dines
Me petit. nihil ſupra
Deos laceſſo, nec potentem amicum
Largiora flagito,
Satis beatus vnicis Sabinis.
Truditur dies die:

Nouæq; pergunt interire Lunæ
Tu ſecanda marmora
Locas ſub ipſum funus, & ſepulcri
Immemor, ſtruis domos,
Mariſque Baijs obſtrepentis vrges
Summouere littora:
Parum locuples continente ripa.
Quid quod vſque proximos
Reuellis agri terminos? & vltra
Limites clientium
Salis auarus? pellitur paternos
In ſinu ferens deos
Et vxor, & vir, ſordidoſque natos.
Nulla certior tamen
Rapacis Orci fine deſtinata
Aula diuitem manet
Herum. quid vltra tendis? æqua tellus
Pauperi recluditur,
Regumque pueris: nec ſatelles Orci
Callidum Promethea
Reuexit auro captus. hic ſuperbum
Tantalum, atque Tantali
Genus coercet: hic leuare functum
Pauperem laboribus,
Vocatus, atque non vocatus audit.

Ode 14. Quæ Horatij 14. Lib. 3. Carm.

Dicolos tetraſtrophos, ex Saphicis, & Adonico.

AVGVSTI LAVDES

od non per alios ſed per ſe laborē adminiſtret.

Herculis ritu modo dictus, ô plebs,
Morte venalem petijſſe laurum,
Cæſar, Hiſpana repetit penateis

Victor ab ora.
Vnico gaudens mulier marito
Prodeat, iuſtis operata diuis
Et ſoror clari ducis, & decoræ
Supplice vita.
Virginum matres, iuuenumq; nuper
Soſpitum vos o pueri, & puellæ
Iam virum expertæ, malè ominatis
Parcite verbis.
Hic dies verè mihi feſtus atras
Eximet curas: ego nec tumultum,
Nec mori per vim metuam, tenente
Cæſare terras.
I, pete vnguentum puer, & coronas,
Et cadum Marſi memorem duelli,
Spartacum ſiqua potuit vagantem
Fallere teſta.
Dic & argutæ properet Neæræ
Myrrheum nodo cohibere crinem:
Si per inuiſum mora ianitorem
Fiet; abito.
Lenit albeſcens animos capillus
Litium, & rixæ cupidos proteruæ,
Non ego hoc ferrem calidus iuuenta,
Conſule Planco.

Ode 15. Quæ Horatij 24. Lib. 3. Carm

Dicolosdiſtrophos ex Glyconico, & Aſclepiadæo.

IN AVAROS.

Minatur relinquendas indigno hæredi diuit

Intactis opulentior
Theſauris Arabum, & diuitiis Indiæ.
Cæmentis licet occupes

Ty

Tyrrhenum omne tuis, & mare Ponticum:
Si figit adamantinos
Summis verticibus dira neceſsitas
Clauos: non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.
Campeſtres melius Scythæ,
Quorum plauſtra vagas rite trahunt domos
Viuunt. & rigidi Getæ,
Immetata quibus iugera liberas
Fruges, & Cererem ferunt:
Nec cultura placet longior annua:
Defunctumque laboribus
Aequali recreat ſorte vicarius.
Illic matre carentibus
Priuignis mulier temperat innocens:
Nec dotata regit virum
Coniux: nec nitido fidit adultero.
Dos eſt magna, parentium
Virtus, & metuens alterius viri
Certo fœdere caſtitas.
Et peccare nefas, aut pretium eſt mori.
O quiſquis volet impias
Cædeis, aut rabiem tollere ciuicam:
Si quæret pater vrbium
Suſcribi ſtatuis, indomitam audeat
Refrænare licentiam
Clarus poſt genitis. quatenus heu nefas,
Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.
Quid triſtes querimonæ,
Si non ſupplicio culpa reciditur?
Quid leges ſine moribus
Vanæ proficiunt? ſi neque feruidis

Pars incluſa canoribus
  Mundi nec Boreæ finitimum latus
Durat æque ſolo niues
  Mercatorem abigunt? horrida callidi
Vincunt æquora nauitæ.
  Magnum pauperies opprobrium, iubet
Quiduis & facere, & pati:
  Virtutiſque viam deſerit arduæ.
Vel nos in capitolium,
  Quo clamor vocat, & turba fauentium:
Vel nos in mare proximum
  Gemmas, & lapides, aurum & inutile,
Summi materiam mali,
  Mittamus, ſcelerum ſi bene pœnitet.
Eradenda cupidinis
  Praui ſunt elementa: & teneræ nimis
Mentes aſperioribus
  Formandæ ſtudijs. neſcit equo rudis
Hærere ingenuus puer:
  venarique timet, ludere doctior,
Seu Græco iubeas trocho,
  Seu malis vetita legibus alea.
Cum periura patris fides
  Conſortem ſocium fallat,& hoſpitem:
Indignoque pecuniam
  Hæredi properet: ſcilicet improbæ
Creſcunt diuitiæ: tamen
  Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei.

Ode 16. Quæ Horatij 25. Lib. 3. Carm.

Dicolos diſtrophos vt præcedens.

AD BACCHVM.

Petit duci ſeſe in Bacchi nemorum ſecreta, vbi numi-

numine illius repletus Cæſaris Auguſti laudes canat.

Quo me Bacche rapis tui
Plenum? quæ nemora, & quos agor in ſpecus
velox mente noua? quibus
Antris egregij Cæſaris audiar
Aeternum meditans decus
Stellis inſerere, & conſilio Iouis?
Dicam inſigne recens, adhuc
Indictum ore alio. non ſecus in iugis
Exſomnis ſtupet Euhyas,
Hebrum proſpiciens, & niue candidam
Thracen, ac pede barbaro
Luſtratam Rhodopen. vt mihi deuio
Ripas, & vacuumgnemus
Mirari libet? o Naidum potens,
Baccharumque valentium
Proceras manibus vertere fraxinos,
Nil paruum, aut humili modo,
Nil mortale loquar: dulce periculum eſt,
O Lenæe, ſequi deum
Cingentem viridi tempora pampino.

Ode 17. Quæ Horatij 30. Lib. 3. Carm.

Monocolos ex Aſclepiadeis.

AD MELPOMENEM.

Quod carminum gloria ſuorum magis duratura ſit quàm regum pyramides.

EXegi monimentum ære perennius,
Regalique ſitu Pyramidum altius:
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Poſsit diruere, aut innumerabilis

Annorũ

Annorum ſeries, & fuga temporum.
Non omnis moriar, multaque pars meî
Vitabit Libitinam, vſq; ego poſtera
Creſcam laude recens, dum Capitolium
Scandet cum tacita virgine Pontifex.
Dicar, qua violens obſtrepit Aufidus,
Et qua pauper aquæ Daunus agreſtium
Regnator populorum, ex humili potens
Princeps Aëolium carmen ad Italos
Deduxiſſe modos. ſume ſuperbiam
Quæſitam meritis, & mihi Delphica
Lauro cinge volens Melpomene comam.

Ode 18. Quæ Horatij. 3. Lib. 4. Carm.

Dicolos diſtrophos ex Glyconico & Aſclepiadeo.

AD MELPOMENEM.

Fieri non poſſe, vt qui Poeticę artis dulcedinem ſemel deguſtarit, ab eius ſtudio libenter diſcedat.

Quem tu Melpomene ſemel
  Naſcentem placido lumine v[i]d[e]ris,
Illum non labor Iſthmius
  Clarabit pugilem: non equus impiger
Curru ducet Achaico
  Victorem: neque res bellica Delijs
Ornatum folijs ducem,
  Quod regum tumidas contuderit minas,
Oſtendet Capitolio.
  Sed quæ Tybur aquæ fert[il]e perfluunt,
Et ſpiſſæ nemorum comæ
  Fingent Aeolio carmine nobilem.
Romæ principis vrbium
  Dignatur ſoboles inter amabileis
Vatum ponere me choros;

Et iam dente minus mordeor inuido.
O teſtudinis aureæ
Dulcem quæ ſtrepitum Pieri temperas:
O mutis quoque piſcibus
Donatura cygni, ſi libeat, ſonum,
Totum muneris hoc tui eſt,
Quod monſtror digito prætereuntium
Romanæ fidicen lyræ:
Quod ſpiro, & placeo, ſi placeo, tuum eſt

Ode 19. Quæ Horatij. 3. Lib. 4. Carm.

Dicolos tetraſtrophos, ex Aſclepiadeis tribus, & quarto Glyconico.

AD AVGVSTVM.

Vt tandem in vrbem redeat, precatur.

Diuis orte bonis, optime Romulæ
Cuſtos gentis, abes iam nimium diu:
Maturum reditum pollicitus Patrum
Sancto concilio, redi.
Lucem redde tuæ dux bone patriæ.
Inſtar veris enim vultus vbi tuus
Affulſit, populo gratior it dies,
Et ſoles melius nitent.
Vt mater iuuenem, quem Notus inuido
Flatu Carpatij trans maris æquora
Cunctantem ſpatio longius annuo
Dulci detinet a domo:
Votis, ominibuſque, & precibus vocat,
Curuo nec faciem littore dimouet.
Sic deſiderijs icta fidelibus
Quærit patria Cæſarem.
Tutus bos etenim rura perambulat:
Nutrit rura Ceres, almaque Fauſtitas,

Pacatum volitant per mare nauitæ:
Culpari metuit fides.
Nullis polluitur caſta domus ſtupris:
Mos, & lex maculoſum edomuit nefas:
Laudantur ſimili prole puerperæ:
Culpam pœna premit comes.
Quis Parthum paueat? quis gelidum Scythem?
Quis, Germania quos horrida parturit
Fœtus, incolumi Cæſare? quis feræ
Bellum curet Iberiæ?
Condit quiſque diem collibus in ſuis,
Et vitem viduas ducit ad arbores.
Hinc ad vina redit lętus, & alteris
Te menſis adhibet Deum.
Te multa prece, te proſequitur mero
Diffuſo pateris: & laribus tuum
Miſcet numen, vti Græcia Caſtoris,
Et magni memor Herculis.
Longas o vtinam dux bone ferias
Præſtes Heſperiæ, dicimus integro
Sicci manê die: dicimus vuidi
Cum Sol Occeano ſubeſt.

Ode 20. Quæ Horatij 7. Lib. 4. Carm.

Dicolos diſtrophos ex Heroico qui conſtat dactylis duobus cæſura.

AD TORQVATVM.

Notat ex verni temporis deſcriptione rerum omnium viciſsitudinem.

Diffugere niues: redeunt iam gramina campis,
Arboribuſque comæ.
Mutat terra vices, & decreſcentia ripas
Flumina prætereunt.

Gratia

Ducere nuda choros.
IMMORTALIA ne ſperes monet annus, & almum
Quæ rapit hora diem.
Frigora miteſcunt Zephyris: ver proterit æſtas
Interitura, ſimul
Pomifer autumnus fruges effuderit: & mox
Bruma recurrit iners:
Damna tamen celeres reparant cœleſtia lunæ.
Nos vbi decidimus,
Quo pius Aeneas, quo Tullus diues, & Ancus,
Puluis & vmbra ſumus.
QVIS SCIT, an adijciãt hodiernæ craſtina ſummæ
Tempora Dij ſuperi?
Cuncta manus auidas fugient hæredis, amico
Quæ dederis animo.
Cum ſemel occideris,& de te ſplendida Minos
Fecerit arbitria:
Non Torquate genus, non te facundia, non te
Reſtituet pietas.
Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum:
Nec Lethæa valet Theſeus abrumpere charo
Vincula Pirithoo.

de 21. Quæ Horatij. 1. Lib. Epodon.

icolos diſtrophos ex Senario Iambico, & Dimetro item Iambico.

AD MECOENATEM.

ñas, omnem Cęſaris militiam naumachiã, naualí prçlio ordinatur⁹, ad bellũ Actiacum Antonium, & Cleopatram, proficiſcebat̃, cum quo ſeſe ait vnà velle proficiſci.

 Ibis libur-

IBis liburnis inter alta nauium
Amice propugnacula,
Paratus omne Cæſaris periculum
Subire, Mœcenas, tuo.
Quid nos? quibus te vita ſit ſuperſtite
Iucunda: ſi contra, grauis:
Vtrumne iuſsi perſequemur otium
Non dulce, ni tecum ſimul?
An hunc laborem mente laturi, decet
Quem ferre non molleis viros,
Feremus? & te vel per Alpium iuga,
Inhoſpitalem & Caucaſum,
Vel Occidentis vſque ad vltimum ſinum
Forti ſequemur pectore?
Roges, tuum labore quid iuuem meo
Imbellis, ac firmus parum?
Comes minore ſum futurus in metu,
Qui maior abſenteis habet.
Vt aſsidens implumibus auis
Serpentium allapſus timet
Magis relictis: non, vt adſit, auxili
Latura plus præſentibus
Libenter hoc, & omne militabitur
Bellum in tuæ ſpem gratiæ:
Non vt iuuencis illigáta pluribus
Aratra nitantur meis:
Pecuſue Calabris ante ſydus feruidum
Lucana mutet paſcuà:
Nec vt superni villa candens Tuſculi
Circæa tangat mœnia.
Satis ſuperque me benignitas tua
Ditauit. haud parauero
Quod aut auarus, vt Chremes, terra premam,

Deſci

Deſcinctus aut perdam, vt nepos.

Ode 22. Quæ Horatij 2. Lib. Epod.

Dicolos diſtrophos ex Senario Iambico, & Dimetro item Iambico.

VITAE RVSTICAE LAVDES.

Beatus ille, qui procul negotijs,
Vt priſca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet ſuis,
Solutus omni fœnore.
Nec excitatur claſsico miles truci,
Nec horret iratum mare:
Forumque vitat, & ſuperba ciuium
Potentiorum limina.
Ergo, aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos:
Aut in reducta valle mugientium
Proſpectat erranteis greges:
Inutileiſque falce ramos amputans,
Feliciores inſerit:
Aut preſſa puris mella condit amphoris,
Aut tondet infirmas oueis:
Vel, cum decorum mitibus pomis caput
Autumnus aruis extulit,
Vt gaudet inſitiua decerpens pyra,
Certãtem & vuam purpuræ:
Qua muneretur te, Priape, & te, pater
Syluane, tutor finium.
Libet iacère modo, ſub antiqua ilice,
Modo in tenaci gramine.
Labuntur altis interim ripis aquæ,
Queruntur in ſyluis aues:
Fonteſque lymphis obſtrepunt manantibus,

Somnos quod inuitet leueis.
Aut cum tonantis annus hybernus Iouis
Imbreis, niueiſque comparat.
Aut trudit acreis hinc & hinc multa cane
Apros in obſtanteis plagas:
Aut amite leui rara tendit retia,
Turdis edacibus dolos:
Pauidumq; leporem,& aduenā laqueo gruem
Iucunda captat præmia.
Quis non malarum, quas amor curas habet
Hæc inter obliuiſcitur?
Quod ſi pudica mulier in partem iuuet
Domum atque dulceis liberos,
Sabina qualis, aut peruſta ſolibus
Pernicis vxor Apuli:
Sacrum vetuſtis extruat lignis focum
Laſsi ſub aduentum viri:
Claudenſque textis cratibus lætum pecus
Diſtenta ſiccet vbera:
Et horna dulci vina promens dolio,
Dapes inemptas apparet:
Non me Lucrina iuuerint conchylia,
Magis ve rhombus, aut ſcari,
Si quos Eois intonata fluctibus
Hyems ad hoc vertat mare:
Non Afra auis deſcendat in ventrem meum,
Non attagen Ionicus
Iucundior, quam lecta de pinguiſsimis
Oliua ramis arborum,
Aut herba lapathi prata amantis, & graui
Maluæ ſalubres corpori:
Vel agna feſtis cæſa Terminalibus,
Vel hœdus ereptus lupo.

Has

as inter epulas, vt iuuat paſtas oueis
Videre properantes domum?
dere feſſos vomerem inuerſum boues
Collo trahenteis languido.
ſitoſque vernas, ditis examen domus,
Circum renidenteis lareis.
ec vbi loquutus, fœnerator Alphius,
Iam iam futurus ruſticus,
nnem relegit Idibus pecuniam,
Quærit Calendis ponere.

e 23. Quæ Horatij 6. Lib. Epodon.

olos diſtrophos ex Senario, & dimetro Iambico.

IN POETAM MALEDICVM.

tur ne in ignauos tantùm, & quietos ſuę conuertat impetum maledicentiæ, ſed in Horatiũ, qui viciſſim remordere poßit.

uid immerenteis hoſpites vexas canis
Ignauus aduerſum lupos?
uin huc inaneis, ſi potes, vertis minas,
Et me remorſurum petis?
m qualis aut moloſſus, aut fuluus Lacon,
Amica vis paſtoribus,
am per altas aure ſublata niueis,
Quæcunque præcedet fera
cum timenda voce complèſti nemus,
Proiectum odoraris cibum,
ue, caue. nanque in malos aſperrimus
Parata tollo cornua:
alis Lycambe ſpretus infido gener,
Aut acer hoſtis Bupalo.

An ſi quis atro dente me petiuerit,
Inultus vt, flebo, puer?

Ode 24. Quæ Horatij. 6. Lib. Epod.

Dicolos diſtrophos ex Heroico, & Senario Iambico.

AD CIVES ROMANOS.

*Queritur nullum bellis ciuilibus finem impo-
Conſulitque vt exemplum ſequantur Phocæoru-
qui communi conſenſu patriam reliquerunt, di-
execrationibus ſe deuouentes, ſi vnquam redir-
Itaque ad fortiter audendum hortatur, & na-
gandum ad felicem, & quietam aliquam regi-
cuiuſmodi eſſe ferunt Fortunatas inſulas.*

ALtera iam teritur bellis ciuilibus ætas,
Suis & ipſa Roma viribus ruit.
Quam neque finitimi valuerunt perdere Marſi,
Minacis aut Hetruſca Porſenæ manus,
Aemula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer,
Nouiſque rebus, infidelis Allobrox,
Nec fera cærulea domuit Germania pube,
Parentibuſque abominatus Annibal:
Impia perdemus deuoti ſanguinis ætas,
Feriſque rurſus occupabitur ſolum.
Barbarus heu cineres inſiſtet victor, & vrbem
Eques ſonante verberabit vngula:
Quæque carent ventis, & ſolibus, oſſa Quirini,
Nefas videre, diſsipabit inſolens.
Forte, quid expediat, communiter, aut melior pars
Malis carere quæritis laboribus.
Nulla ſit hac potior ſententia: Phocæorum

Ve

Velut profugit execrata ciuitas;
[A]gros atque lareis proprios, habitandaque fana
Apris reliquit, & rapacibus lupis:
[I]re,pedes quocunque ferent, quocunque per vndas
Notus vocabit, aut proteruus Africus.
[S]ic placet? an melius quis habet ſuadere? ſecunda
Ratem occupare quid moramur alite?
[S]ed iuremus in hæc, ſimul imis ſaxa renarint
Vadis leuata, ne redire ſit nefas:
[N]eu conuerſa domum pigeat dare lintea, quando
Padus Matina lauerit cacumina:
[I]n mare ſeu celſus procurrerit Apenninus.
Nouaque monſtra iunxerit libidine
[M]irus amor, iuuet vt tigreis ſubſidere ceruis
Adulteretur & columba miluio:
[C]redula nec flauos timeant armenta leones,
Ametque falſa leuis hircus æquora.
[H]æc, & quæ poterunt reditus abſcindere dulceis:
Eamus omnis execrata ciuitas,
Aut pars indocili melior grege: mollis & expes,
Inominata perprimat cubilia.
Vos, quibus eſt virtus, muliebrem tollite luctum,
Hetruſca præter & volate littora.
Nos manet Oceanus circumuagus, arua beata
Petamus arua, diuites & inſulas:
Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret vſque vinea:
Germinat & nunquam fallentis termes oliuæ,
Suamque pulla ficus ornat arborem:
Mella caua manant ex ilice, montibus altis
Leuis crepante lympha deſilit pede.
[I]llic iniuſſæ veniunt ad mulctra capellæ,
Refertque tenta grex amicus vbera

Nec veſpertinus circum gemit vrſus ouile,
Nec intumeſcit alta viperis humus.
Pluraque felices mirabimur, vt neque largis
Aquoſus Eurus arua radat imbribus:
Pinguia nec ſiccis vrantur ſemina glebis,
Vtrumque rege temperante cœlitum.
Non huc Argoo contendit remige pinus,
Neque impudica Colchis intulit pedem,
Non huc Sidonij torſerunt cornua nautæ,
Laborioſa nec cohors Vlyſſei.
Nulla nocent pecori contagia, nullius aſtri
Gregem æſtuoſa torret impotentia.
Iuppiter illa piæ ſecreuit littora genti,
Vt inquinauit ære tempus aureum.
Aere, dehinc ferro durauit ſecula, quorum
Pijs ſecunda vate me, datur fuga.

EPIGRAMMA.

QVID SIT, ET QVOTVPLEX. Cap. I.

EPIGramma grecè, inſcriptio, vel ſuperſcriptio, vel etiam titulus Latinè dicitur. Fuere nimirũ, Epigramma, olim pauca verba, poeticis ſoluta numeris, & pro elogijs inſcripta, aut inciſa ſtatuis, tropheis, imaginibus, clypeis, nauibus, ſepulchris, monumentis, delubris, ędificijs, magnificis demum operibus. Poſtea varius ac multiplex eiuſdẽ vſus increbuit. Videlicet quidquid de re tum animata, tum inanima eleganter, acutè, vrbanè, breuiter verſu dictum eſſet, ſeu laudationem,

em, ſeu vituperationem, ſeu triſte, ſeu lętũ, aliud quippiam contineret, Epigrammatis am-, ac terminis includebatur, nullo ad inſcri-nem reſpectu.

Epigramma, vt eſt proprium poetarum, eſt ldam breue poema, cũ ſimplici cuiuſpiam rei, perſonę, vel facti indicatione: aut ex propoſi-aliquid deducens. Hęc definitio ex diuiſione icitur, quemadmodum Cicero in Topicis defi-docet, & duo ſumma Epigrammatis gene-ſpectata eorum forma, comprebendit, ſimplex rum, & compoſitum. Simplex, vt vbi Æneas Eneidos dedicans clypeum Abantis, rem car-e ſignat, nempe boc.

Aeneas hæc de Danais victoribus arma.

ra de ſe Virgilius illo diſticbo, quod ſibi met iens fecit.

Mantua me genuit: Calabri rapuère: tenet nunc
Parthenope: cecini paſcua, rura, duces.

icat patriam, locum mortis, ſepulturę, genera ptorum ſuorum. Nec enim eò prima forma ab ra ſecernitur, quòd vnum aliquod tantum-o indicet: nec ob id vocatur ſimplex: ſed ꝙ l in ea niſi indicatio, nulla compoſitio. In boc

video pleraque verſari epitaphia. Compoſitum, quòd ex propoſitis aliud quiddã, idque aut mai', aut minus, aut ęquale, aut diuerſum, aut contrarium deducit. In omnibus his collationes ſiue relationes perſpicis, quibus & tollitur ſimplicitas, & gignitur comparatio, ſiue compoſitio. Exemplum vbi maius aliquid ex propoſitis deducitur, hoc ſit. Martial. Lib. 1. de Carpophoro. Epigr. 27.

Sæcula Carpophorum, Cæſar, ſi priſca tuliſſent,
Iam nullum monſtris orbe fuiſſet opus.
Non Marathon taurum, Nemee frondoſa leonem,
Arcas Mænalium non timuiſſet aprum.
Hæc armata manus Hydræ mors vna fuiſſet,
Hinc percuſſa foret tota Chimara ſemel.
Ignipedes poſſet ſine Colchide vincere tauros,
Soluere & Heſionem ſolus, & Andromeden.
Herculeæ laudis numeretur gloria, plus eſt
Bis denas pariter perdomuiſſe feras.

Et lib. 11. laudatur Nerua Traianus. Epigr. 6.

Tanta tibi eſt recti reuerentia, Cæſar, & æqui,
Quanta Numæ fuerat, ſed Numa pauper erat.
Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores,
Et cum tot Crœſos viceris, eſſe Numam:
Si redeant veteres, ingentia nomina, patres:
Elyſium liceat ſi vacuare nemus.
Te volet inuictus pro libertate Camillus,
Aurum Fabritius te tribuente volet:
Te duce gaudebit Brutus: tibi Sylla cruentus
Imperium tradet, cum poſiturus erit.
Et te priuato, cum Cæſare, Magnus amabit:

Donabit

Donabit totas & tibi Craſſus opes.
Ipſe quoque infernis reuocatus Ditis ab vmbris
Si Cato reddatur, Cæſarianus erit.

uando minus aliquid deducitur Toſcanus tom: Collectaneorum ex illuſtribus poetis Italicis.

De C. Iulio Cęſare.

Spectat Alexandri picta vt certamina Cæſar:
Aſt ego nondum aliquid geſsi, ait, illacrymans.
Quid ſi & Alexander ſpectaſſet Cæſaris acta?
Dixiſſet: Perſas vincere pigritia eſt.

art. In Ligurinum. Lib. 5. Epigr. 92.

Fugerit an menſas Phœbus, cœnamque Thyeſtæ,
Ignoro: fugimus nos, Ligurine, tuam.
Illa quidem lauta eſt, dapibuſq; inſtructa ſuperbis,
Sed nihil, omnino, te recitante, placet.
Nolo mihi ponas rhombum, mulum ve bilibrem:
Nolo boletos: oſtrea nolo; tace.

uando par, aut ſimile ex ipſa indicatione ſe- itur. Vt Catullus ad Quintium.

Quinti ſi tibi vis oculos debere Catullum,
Aut aliud, ſi quid charius eſt oculis:
Eripere ei noli multo quod charius illi
Eſt oculis, ſi quid charius eſt oculis.

artialis lib. 1. de leone Cæſaris, in cuius ore lebant lepores illæſi. Epigr. 7.

AEthereas aquila puerum portante per auras,
Illæſum timidis vnguibus hæſit onus.
Nunc ſua Cæſareos exorat præda leones,
Tutus & ingenti ludit in ore lepus.
Quæ maiora putas miracula? ſummus vtriſque

Autor adeſt: hæc ſunt Cæſaris, illa Iouis.

Quando diſpar, ſeu diuerſum. Martial. *de leone & lepore lib. 1. Epigr. 16.*

Rictibus his tauros non eripuere magiſtri,
Per quos præda fugax itque, reditque lepus:
Quodque magis mirum, velocior exit ab hoſte,
Nec nihil a tanta nobilitate refert.
Tutior in ſola non eſt cum currit arena:
Nec caueæ tanta conditur ille fide.
Si vitare canum morſus, lepus improbe, quæris,
Ad quæ confugias, ora leonis habes.

Idem Lib. 5. Epigr. 13. Ad Calliſtratum.

Sum, fateor, ſemperque fui, Calliſtrate, pauper
Sed non obſcurus, nec male notus eques.
Sed toto legor orbe frequens; & dicitur. Hic eſt,
Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit.
At tua centenis incumbunt tecta columnis,
Et Libertinas arca flagellat opes.
Magnaque Niliacæ ſeruit tibi gleba Syenes,
Tondet & innumeros Gallica Parma greges.
Hoc ego, tuque ſumus: ſed quod ſum non potes eſſe:
Tu quod es, è populo quilibet eſſe poteſt.

Quando contrarium, ſeu repugnans. Catullus.

Odi & amo, quare id faciam, fortaſſe requiris,
Neſcio, ſed fieri ſentio, & excrucior.

Martialis ad Dindymum, Lib. 4.

Inſequeris, fugio, fugis; inſequor, hæc mihi mens eſt:
Velle tuum nolo, Dindyme, nolle volo.

In habentem varios mores Lib. 14.

Difficilis, facilis, iucundus acerbus es idem,
Non poſſum tecum viuere, nec ſine te.

ꝚVAE, ET QVOTVPLEX MATERIA Epigrammatis. Cap. II.

rebus autẽ Epigrãmati ſubiectis maxima eſt pęne incredibilis viciſſitudo. Hoc inſigne & morabile dictum: illud feſtiuum acroama: hoc cetum apologum: iſtud lepidum aut graue pro- rbium complectitur. In alio eſt laus, in alio re- ebenſio, in alio admonitio, aut cohortatio, aut nqueſtio, aut iocatio, aut fabula, aut luſus, aut nile quid. Atque vt Horatius de verſibus im- riter iunctis, hoc eſt elegiacis, ſic nos dicamus et, triſtia & lęta eſſe Epigrammatis materiam, ibus duobus generibus tanquam ſummis omnia nprehendimus.

t ciuilis eloquentia in tripartita cauſſarũ id eſt terię varietate exercetur: ſic epigramma non cõmodè ad totidem, eadẽq; genera fermè redigi teſt. Ad Exornationẽ pertinebunt ea, quibus udamꝰ, vituperamꝰ, ſiue ho mines, ſiue res alias aſcunque, idque ſiue in ipſo homine, ſiue extra minem. Item quibus cõmendemus, gratulamur, atias agimus, aliquid dedicamus. & iocoſa, orum materia eſt turpitudo ſine dolore, quę po- riſum excitet, quâm indignationem.

Mart.

Mart. Lib 1. Ad Cęſarem. Epigr. *3.*

Quæ tam ſepoſita eſt, quæ gens tam barbara, Cæſar,
Ex qua ſpectator non ſit in vrbe tua?
Venit ab Orphæo cultor Rhodopæius Hæmo,
Venit & epoto Sarmata paſtus equo,
Et qui prima bibit deprenſi flumina Nili,
Et quem ſupremæ Tethyos vnda ferit.
Feſtinauit Arabs, feſtinauere Sabæi,
Et Cilices nimbis hic maduere ſuis.
Crinibus in nodum tortis venere Sicambri,
Atque aliter tortis crinibus Æthiopes.
Vox diuerſa ſonat: populorum eſt vox tamen vna,
Cum verus patriæ diceris eſſe pater.

Ad deliberationem ea pertinẽt, quibus ſuadem⁹ diſſuademus: hortamur, dehortamur: petimus, de precamur: inuitamus, conſolamur. Notum eſt *il lud* Martialis *ad Iulium, quem ętate grauem a otium voluptatemq; hortatur lib. 1. Epigr. 72.*

O mihi poſt nullos Iuli memorande ſodales,
Si quid longa fides, canaque iura valent.
Bis iam pæne tibi conſul trigeſimus inſtat,
Et numerat paucos vix tua vita dies.
Non bene diſtuleris, videas quod poſſe negari,
Et ſolum hoc ducas, quod fuit, eſſe tuum.
Exſpectant curæque, catenatique labores,
Gaudia non remanent, ſed fugitiua volant.
Hæc vtraque manu, complexuque aſſere toto,
Sæpe fluunt imo ſic quoque lapſa ſinu.
Non eſt crede mihi ſapientis dicere, viuam:
Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie.

Ad Iudiciũ reuocabunt̃ omnia, quib⁹ aliorũ vitia

lera, & mala facinora accuſamus; quibus ex-
ulamus, exprobramus, minamur, inuehimur.
. Martialis in Luſcũ furem. lib. 8. Epigr. 58.

Aſpicis hunc vno contentum lumine, cuius
Lippa ſub attrita fronte lacuna patet?
Ne contemne caput, nihil eſt furacius illo,
Non fuit Autolici tam piceata manus.
Hunc tu conuiuam cautus vitare memento,
Tunc furit, atque oculo Luſcus vtroque videt.
Pocula ſolliciti perdunt, ligulaſque miniſtri,
Et latet in tepido plurima mappa ſinu.
Lapſa nec accubitu ſubducere pallia neſcit,
Et tectus læuis ſæpe duabus abit.
Nec dormitantem vernam fraudare lucerna
Erubuit fallax, ardeat illa licet.
Si nihil inuaſit puerum, tunc arte doloſa
Circuit, & ſoleas ſurripit ipſe ſuas.

QVAE SERVANDA IN EPIgrammate. Cap. III.

erùm quàm egregium, tam difficile eſt ſuis
neris perfectum epigramma. Non igitur ſatis
delegiſſe materiam, lectiſſima vocabula con-
ciſſe, adiuncta ad nomen ſeu epitheta, quan-
m non citra delectum, in promptu habere, ſuo
que dicẽdi charactere efferre didiciſſe: viden-
preterea ut, aut proſim⁹, aut delectem⁹, aut
unq; ſimul effectũ dem⁹. Conandum vt eadem
quàm breuiſſimè, quàm argutiſſimè, certè
n prudentiſſimè præſtemus. Leuia remiſſè,

molliterque attingenda, ridicula facetè, triſtia ſ
uerè, grauia grauiter. In opere longo fas dic
Horatius in Arte Poet. ſomnum poetis obreper
in Epigrammate quia breue eſt, intelligẽtia ńoſt
ſimul omnia concipit, & oculi vno aſpectu pari
picturam totam hauriunt. Vtrobique autem, qu
niam ad animi iudicium ſtatim tota referuntu
& puſilla pictura, inquam, & epigramma, fac
limè ſi peccatum eſt ſentimus. In ſcriptione diff
ſa declinanti paulùm à recto datur venia: in pa
ua & modica, etiam modica macula offenſione
habet: & qui non totum optimè fecerit, totu
peccaſſe videbitur. Adde quod non omnibus e
dem probari ſolent in epigrammate. Hic ducit
cutum, ingenioſum, ſalſum, quod alter frigid
plebeium, inſulſum. Ita diſplicendi metus, acer
mus laboris hortator fiet. His & alijs de cauſi
quod de toto genere Cicero, id nos de epigra
matarijs ſeorſim affirmemus: in horum nume
perrarò exoriri aliquem excellentem. Nam lum
na pręcipuè tria, virtutes tres ineſſe debent E
grammati, Breuitas, Suauitas, &, (tum vbiqu
tũ prę ſertim in apta Conclu-
ſione) Argutia.

DE BREVITATE EPIgrammatis. Cap. IIII.

itatem certo aliquo verſiculorum numero nõ imus, quando & vnicum carmen, ſiue monon, epigramma eſt, & plura diſticha, quibus ſententia perfecta explicatur, epigramma tur. Et quoniam vox ipſa inſcriptionem laſonat, inſcriptiones autem paucis plerunque s finiuntur, credamus id optimum fore, quod ßimum. Eſt & illa in breuitate commodiuod epigramma memoria retinere, & quobet recitare cum delectatione magna poſſulubebit autem ſæpißime: ſiquidem arguta as nunquam ſatiat. Et profectò acumẽ, brenon longitudo, conſeruat: quo amiſſo, nihil ferè quo laudari poßit epigramma. Quemdum igitur facetè, grauiter, ſcitè dicta, ocantur apothegmata, quò breuiora, eò ma- vim ad animum afficiendum habent: ſic is de epigrammate ſentiamus licet.

illo venuſtius? Mart. lib. 1. ad Velocem . 155.

ribere me quereris, Velox, epigrammata longa:
Ipſe nihil ſcribis, tu breuiora facis.

Paulum lib. 2. Epigr. 20.

Carmina Paulus emit, recitat ſua carmina Paulus;
Nam quod emas poſsis dicere iure tuum.

Ibidem De Fannio. Epigr. 80.

Hoſtem cum fugeret, ſe Fannius ipſe peremit:
Hic rogo, non furor 'eſt, ne moriare, mori?

Binis etiam, ternis, quaternis, quinis ſummu[m] diſtychis pulchrè concluditur. Licet apud Ma[r]- & Catullum longiora aliquantò non nulla reperi[un]-tur. Quibus tamẽ ſua ineſt in ea longitudine br[e]-uitas. Nam quemadmodum breue laudatur E[pi]-gramma, cui nihil deeſt: ita & longum, cui ni[hil] redundat, reprehendi non debet. Quod egreg[ie] Idem Mart. Ad Coſcouium lib. 2. Epigr. 77.

Coſcoui, qui longa vocas epigrammata noſtra,
Vtilis vngendis axibus eſſe potes.
Hac tu credideris longum ratione Coloſſum.
Et puerum Bruti dixeris eſſe breuem.
Diſce quod ignoras: Marſi, doctique Phedonis
Sæpe duplex, vnum pagina tractat opus.
Non ſunt longa quibus nihil eſt, quod demere poſsi[s]
Sed tu, Coſcoui, diſticha longa facis.

Venuſtè vero idem Mart. breuitatis bona c[om]-mendat lib. 2. Epigr. 1. Ad librum ſuum.

Tercentena quidem poteras epigrammata ferre,
Sed quis te ferret, perlegeretque, liber?
At nunc ſuccincti quæ ſint bona diſce libelli.
Hoc primum eſt, breuior quod mihi charta perit:
Deinde, quod hæc vna paragit librarius hora:
Ne tantum nugis ſeruiat ille meis.

T[e]

Tertia res hæc eſt, quod ſi cui fortè legeris,
Sis licet vſque malus, non odioſus eris.
Te conuiua leget miſto quincunce, ſed antè
Incipiat politus quam tepuiſſe calix.
Eſſe tibi tanta cautus breuitate videris,
Hei mihi quam multis, ſic quoque, longus eris.

DE EPIGRAMMATIS Suauitate. Cap. V.

ripio, quæ res ſua natura vim aliquam ad s demulcendos oblectandaſque mentes obti. ex ijs ſuauitas in oratione exiſtit. Tales, e. li cauſſa, ſunt amœnitas hortorum, ſpecies m virentium, flores, leni murmure labētes , ſtellę, lux, cantus muſici, citharę, tibiarũ, & tripudia, huiuſmodique alia. Quæ omnia ariùs deſcribuntur, ſiue memorantur, eò cu. iòrem ſuauitatis ſenſum efficiunt. Res , in quibus ineſt elegantia & lepos: quę. uapte vi & natura, quamuis ab aſpero & i homine proferantur, plenę ſunt hilari. dulci condimento aſpergent epigramma; tque huiuſcemodi apellari pulchræ, & in totidem genera, quot ſunt ſenſus. quod pulchrum ſeu iucundum eſt ad um, vt ſunt horti, flores, aurum, gemmæ,

 pulchri-

pulchritudo, lux, & ſimilia. Alterum quod m cet auditum, vt inſtrumenta muſica, varijque centus. Tertium quod palatum, & cętera ſim ter. Adde his vnum genus, quod animo ſolo p ceptum delectat, & ſub ſenſum non cadit, amor, virtus, &c. hinc ſimilis pulchrorum n num diuiſio naſcitur. Quæ namque iucundè videntur vel audiuntur, vel cogitantur, v guntur, etiam iucundè dicuntur. Reda iucundam orationem epigrammatis allocutione lę, quibus poetę ſeipſos compllant. Catullus a met de aduentu Veris.

Iam Ver egelidos refert tepores,
Iam cæli furor æquinoctialis
Iucundis Zephyri ſileſcit auris.
Linquantur Phrygij Catulle campi,
Nicezæque ager vber æſtuoſæ,
Ad claras Aſiæ volemus vrbes.

Suauitatis gratia ſermo & ſenſus affingitũ b animantibus, ſyluis, fontibus, montibusin, ſ alijſque rebus animo vacantibus, quas etiam dè affari conceſſum eſt. Lucillius cum auar rem loquentem facit, & negantem ſeſe cib pud illum, ſed hoſpitium tantum quærere. I tialis ad ſuum libellum toties ſermonẽ conu Sic lib. 3. Epigr. 4.

R

Romam vade liber; ſi, veneris vnde, requiret,
AEmiliæ dices, de regione viæ.
Si, quibus in terris, qua ſimus in vrbe, rogabit,
Corneli referas me, licet, eſſe foro.
Cur abſim? quæret: breuiter, tu multa fatere,
Non poterat vanæ tędia ferre togæ.
Quando venit? dicet. Tu reſpondeto, poeta
Exierat; veniet cum citharædus erit.

d Auſonium Danubius Nilum alloquitur.

llyricis regnator aquis tibi, Nile, ſecundus
Danubius lætum profero fonte caput.
ſaluere Auguſtos iubeo, natumque, patremque,
Armiferis alui quos ego Pannonijs.
Nuntius Euxino iam nunc paro currere ponto,
Vt ſciat hoc, ſuperum cura ſecunda, Valens,
Cæde, fuga, flammis ſtratos perijſſe Sueuos:
Nec Rhenum Gallis limitis eſſe locum.
Quod ſi lege maris refluus mihi curreret amnis,
Huc poſſem victos inde referre Gothos.

ani Tomo 2. elegans eſt querimonia anſeris, ab arbore ſuſpenſum iaculis Romani pete-

Quid benefacta iuuant? quid vos ſeruaſſe Quirites?
Et Capitolini templa ſuperba Iouis?
En, iaculis, ſumma pendens ex arbore, veſtris,
Poſtmodo victori præda futura, petor.
Ergo non aliam tanta feritate decebat,
Quam veſtri altricem ſanguinis eſſe lupam.

ruaui prętereà hęc in Catullianis, quę mihi ulſa vident. Primũ verſum poſtremo loco

 iterat,

iterat, vt ad ſe ipſum, de Struma & Vatinio,

Quid eſt Catulle, quod moraris emori?
Sella in curuli Struma Nonius ſedet:
Per conſulatum peierat Vatinius.
Quid eſt Catulle, quod moraris emori?

Et in eo, vbi Cæſarem inſectatur, quòd libera
fuerit erga Mamurram hominem improbum.

Quis hoc poteſt videre? quis poteſt pati?
Niſi impudicus, & vorax, & aleo:
Mamurram habere quod comata Gallia
Habebat omnis, vltima & Britania?
Cinæde Romule hæc videbis, & feres?
Es impudicus, & vorax, & aleo,
Et ille nunc ſuperbus, & ſuperfluens;
Perambulabit omnium cubilia.
Cinæde Romulæ hæc videbis, & feres?
Es impudicus, & vorax, & aleo.
Eo ne nomine, imperator vnice,
Fuiſti in vltima occidentis inſula. &c.

Illud etiam Mart. lib. 1. De Iſſa catella Pub
Epigr. 154.

Iſſa eſt paſſere nequior Catulli,
Iſſa eſt clarior Indicis lapillis,
Iſſa eſt deliciæ catella Publi,
Hanc tu ſi queritur loqui putabis.
Sentit triſtitiamque, gaudiumque.
Collo nixa cubat, capitque ſomnos,
Vt ſuſpiria nulla ſentiantur.
Hanc ne lux rapiat ſuprema totam,
Pictam Publius exprimit tabella,
In qua tam ſimilem videbis Iſſam

Vt ſit tam ſimilis ſibi nec ipſa.
Iſſam dinique pone cum tabella,
Aut vtramque putabis eſſe veram,
Aut vtramque putabis eſſe pictam.

uſmodi enim, nec inepta, nec puerilis repet uauem reddit orationẽ. Martialis in Deci lib. 1. Epigr. 69.

Si quis erit raros inter numerandus amicos,
Quales priſca fides, famaque nouit auos:
Si quis Cecropiæ madidus Latiæque Mineruæ
Artibus, & vera ſimplicitate bonus:
Si quis erit recti cuſtos, imitator honeſti,
Et nihil arcano qui roget ore deos:
Si quis erit magnæ ſubnixus robore mentis,
Diſpeream ſi non hic Decianus erit.

Et lib. 2. In zoilum. Epigr. 19.

Fælicem fieri credis me, zoile, cæna.
Fælicem cæna zoile, deinde tua?
Debet Aricino conuiua recumbere cliuo,
Quem tua fælicem, zoile, cæna facit.

t ad ſuauitatem plurimum Energia, quam ro euidentiam nominat, quę rem ſubijcit ſub s, & eius formam quaſi pingit. Ea partim ſt in verbis, partim in rebus. Exemplum eſ- terit Mart. de Scęuola lib. 1. Epigr. 78. dendum tamen, ne cum hanc virtutem conſe- ur, inani ſonitu verborum turgeſcat oratio.

Dum peteret Regem decepta ſatellite dextra,
Iniecit ſacris ſe peritura focis.

Sed tam,

Sed tam ſæua pius miracula non tulit hoſtis,
Et raptum flammis iuſsit abire virum.
Vrere quam potuit contempto Mutius igne,
Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.
Maior deceptæ fama eſt, & gloria dextræ,
Si non erraſſet, fecerat illa minus.

Ibidem Epigr. 75. De Leone.

Verbera ſecuri ſolitus leo ferre magiſtri,
Inſertamque pati blandus in ora manum,
Dedidicit pacem ſubito feritate reuerſa
Quanta nec in Libycis debuit eſſe iugis.
Nam duo de tenera puerilia corpora turba,
Sanguineam raſtris quæ renouabat humum,
Sæuus, & infælix furiali dente peremit:
Martia non vidit maius arena nefas.
Exclamare libet, crudelis, perfide prædo,
A noſtra pueris parcere diſce lupa.

DE ARGVTIA, EPIGRAMMATIS.
Cap. VI.

Nec verò ſatis eſt, vt ſuauia dulciaque ſint E grammata, ea enim arguta eſſe, ſale nimirum ſpergi, & acrimonia quadam atque acumine c diri debent. Similia vt efficiantur chię, quę gen⁹ eſt grato quodã ſapore palatũ pungẽs, vin veteris, & ſalis ſaporem referens, de qua Mart. lib. 13. Epigr. 23.

Chia ſeni ſimilis Baccho, quem Setia miſit,
Ipſa merum ſecum portat, & ipſa ſalem:

Libro autem 7. Poetam, ſuauitate contentu car

it his verbis. Epigr. 24.

Dulcia cum tantum ſcribas epigrammata ſemper,
Et ceruſſata candidiora cute,
Nulla que mica ſalis, nec amari fellis in illis
Gutta ſit:, heu demens, vis tamen illa legi?
Nec cibus ipſe iuuat morſu fraudatus aceti,
Nec grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt.
Infanti melimela dato, fatuas que mariſcas,
Nam mihi, quæ nouit pungere, chia ſapit.

ue inſulſum ne euadat inſipidumque epigrã-faciet Argutia, quę illius anima, vita, & tã-ſpirit⁹, nerui, ſucc⁹, ſanguiſq; vocar poteſt, deſtitutum velut ęgrũ languet, friget, & intermoritur. Quod ſi vel ſola affuerit, vt eſiderentur, probabitur tamen. Generatur n acumẽ iſtud, cùm alijs modis, tum hoc fre-ter, ſi concluſio aut non exſpectata, aut exſpe-oni planè contraria ſequitur. Catullus Fuſij ertatem vrgens, ſicut antè vrſerat, ait villu-quę ei, vt veriſimile eſt, vnica remanſerat, ò incommodam eſſe, quòd ad huius, aut illius flatum opponeretur: ſed (quod omni vento ius) quod oppoſita eſſet pignori pro tanta ia, vt nihil iam ſit, cur eam Furius ſuam debeat.

ri, villula veſtra non ad Auſtri

Flatus oppoſita eſt, nec ad Fauoni,
Nec ſæui Boreæ, aut Apheliotæ.
Verum ad millia quindecim ducenta.
O ventum horribilem, atque peſtilentem.

Mart. lib. 1. Ad Æliam. Epigr. 76.

Si memini fuerant tibi quattuor, AElia, dentes,
Expuit vna duos tuſsis. & vna duos.
Iam ſecura potes totis tuſsire diebus,
Nil iſthic quod agat tertia tuſsis habet.

Idem in Neuolu lib. 4. Epigr. 39.

Securo nihil eſt te, Næuole, peius, eodem
Sollicito nihil eſt, Næuole, te melius.
Securus nullum reſalutas; deſpicis omnes;
Nec quiſquam liber, nec tibi gratus homo eſt.
Sollicitus donas, Dominum, Regemque ſalutas,
Inuitaſque: Eſto, Næuole, ſollicitus.

In Ponticum Ibidem Epigr. 41.

Nos bibimus vitro, tu, myrra, Pontice, quare?
Prodat perſpicuus ne duo vina calix.

Ad Sextum lib. 8. Epigr. 17.

Egi, Sexte, tuam pactus duo millia cauſam.
Miſiſti nummos quot mihi? mille. quid eſt?
Narraſti nihil, inquis, & a te prodita cauſa eſt.
Tanto plus debes, Sexte, quod erubui.

DE ACVTA ET SCITA EPIGRAMmatis Concluſione.

Etſi totum epigramma compoſitum, feſtiuum artificio quodam & expolitione diſtinctum, & ingenioſum eſſe debet, tamen ipſe terminus eiu preçipuo quodam artificio illuminatus ſit oporte taliſq

*ſque prorſus, qui vel acumine, vel ponde-
vel lepore, vel nouitate, vel alia quapiam
cebra legentium mentes ſenſuſque commo-
t. Idcircò epigramma quidam cum ſcorpione
ulerunt. Nam ſcorpius, quanquam minatur
ique, tamen in cauda gerit aculeum, quo letha-
plagam inſligit. Perinde epigramma vene-
, hoc eſt acumen, admirationem, pondus, ri-
, dolorem, & quidquid ad delectationem, va-
nque animi motum, preclarum eſt, ad vlti-
, vltimoſque potiſsimum verſiculos tanquam
udam reſeruat, quoniam ibi aures & animus
ntium conquieſcit. Concluſione metimur to-
epigramma: quod etſi paulò frigidius, le-
, inſulſius, exilius fuerit, concluſione elegan-
feſtiua commendabitur: nec facilè effluet
nimo. Adiuuant hic plurimùm exclamatio-
interrogationes rhetoricę, epiphonemata, a-
concesſiones, quę à quibuſdam dicuntur iro-
cum formis ſibi ſubiectis, inexſpectatò &
ntiosè dicta, apoſtrophę, & ſimilia, Mar-
de Gellia lib. 1. Epigr. 90.*

Amiſſum non flet cum ſola eſt Gellia patrem:
Si quis adeſt, iuſſæ proſiliunt lacrymæ.

Non

Non luget quiſquis laudari Gellia quærit;
Ille dolet verè, qui ſine teſte dolet.

Eiuſdem ad Catonem lib. 1.

Noſſes iocoſæ dulce cum ſacrum Floræ,
Feſtoſque luſus, & licentiam vulgi,
Cur in theatrum Cato ſeuere veniſti?
An ideo tantum veneras, vt exires?

In Portiam Bruti vxorem lib. 1.

Coniugis audiſſet fatum cum Portia Bruti,
Et ſubtracta ſibi quæreret arma dolor:
Nondum ſcitis, ait, mortem non poſſe negari?
Credideram ſatis hoc vos docuiſſe patrem.
Dixit, & ardentes auido bibit ore fauillas,
I nunc, & ferrum turba moleſta nega.

Ibidem Epigr. 14.

Caſta ſuo gladium, cum traderet, Arria Pæto,
Quem de viſceribus traxerat ipſa ſuis.
Si qua fides, Vulnus, quod feci, non dolet, inquit;
Sed quod tu facies, hoc mihi, Pæte, dolet.

In Poſthumum lib. 4. Epigr. 67.

Occurris quocunque loco mihi, Poſthume, clamas,
Protinus, & prima eſt hæc tua vox, Quid agis?
Hoc ſi me decies vna conueneris hora
Dicis. habes, credo, Poſthume, nil quod agas.

In eundem lib. 5. Epigr. 59.

Cras te victurum, cras dicis, Poſthume, ſemper,
Dic mihi cras iſtud, Poſthume, quando venit?
Quam longè cras iſtud vbi eſt? aut vnde petendum?
Nunquid apud Parthos, Armenioſq; latet?
Iam cras iſtud habet Priami, vel Neſtoris annos.
Cras iſtud quanti dic mihi, poſsit emi?

Cras viues: hodie iam viuere, Poſthume, ſerum eſt:
Ille ſapit, quiſquis, Poſthume, vixit heri.

Ad Ponticum ibid. Epigr. 64.

Quid ſentis? inquis de noſtris, Marce, libellis?
Sic me ſollicitus, Pontice, ſæpe rogas.
Admiror, ſtupeo, nihil eſt perfectius illis.
Ipſe tuo cedit Regulus ingenio.
Hoc ſentis? inquis, faciat tibi ſic bene Cæſar,
Sic Capitolinus Iupiter; immo tibi.

Ciceronis ex illius Manuſcripto.

Crede ratem ventis, animum ne crede puellis,
Namque eſt fœminea tutior vnda fide.
Fœmina nulla bona eſt, vel ſi bona contigit vlla,
Neſcio quo pacto, res mala, facta bona eſt.

Germanici Cæſaris ex Greco.

Thrax puer aſtricto glacie dum ludit in Hebro,
Frigore concretas pondere rupit aquas.
Dumque imæ partes rapido traherentur ab amne,
Abſcidit heu tenerum lubrica teſta caput.
Orba quod inuentum mater dum conderet vrna,
Hoc peperi flammis, cætera, dixit, aquis.

Marulli de Matre Lacena.

Mater Lacæna conſpicata filium
Relicta inermem parmula.
Progreſſa contra traijcit ferro latus,
Super necatum hæc increpans:
Abi hinc, morere, non digna me proles, abi
Mentite patriam, & genus.

GRAMMATIS EXEMPLA.

[Ma]rt. lib.I. In Amphitheatrum. Epigr.I.

[Bar]bara Pyramidum ſileat miracula Memphis,
Aſsiduus iactet nec Babylona labor,

Nec Triuiæ templo molles laudentur honores,
Diſsimuletque Deum cornibus ara frequens:
Aere nec vacuo pendentia Mauſolea
Laudibus immodicis Cares in aſtra ferant.
Omnis Cæſareo cedat labor amphitheatro,
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

DECIANI DOGMA LAVDATVR.

Quod magni Thraſeæ, conſummatique, Catonis
Dogmata ſic ſequeris, ſaluus vt eſſe velis:
Pectore nec nudo ſtrictos incurris in enſes:
Quod feciſſe velim te, Deciane, facis.
Nolo virum, facili redimit qui ſanguine famam:
Hunc volo, laudari qui ſine morte poteſt.

AD CAESAREM.

Delicias, Cæſar, luſuſque, iocoſque leonum
Vidimus: hoc etiam præſtat arena tibi,
Cum prenſus blando toties a dente rediret,
Et per aperta vagus curreret ora lepus.
Vnde poteſt auidus captæ leo parcere prædæ?
Sed tamen eſſe tuus dicitur, ergo poteſt.

AD FIDENTINVM.

Noſtris verſibus eſſe te poetam,
Fidentine, putas, cupiſque credi.
Sic dentata ſibi videtur Aegle,
Sic, quæ nigrior eſt cadente moro,
Ceruſſata ſibi placet Lycoris.
Hac etiam ratione, qua poeta es,
Caluus cum fueris, eris comatus.

DE LINO.

Dimidium donare Lino, quam credere totum,
Qui mauult, mauult perdere dimidium.

AD ATTALVM.

Semper

Semper agis cauſas, & res agis Attale ſemper.
Eſt, non eſt, quod agas, Attale, ſemper agis:
Si res, & cauſæ deſunt: agis, Attale, mulas:
Attale, ne quid agas deſit, agas animam.

AD LAELIVM.

Cum tua non edas, carpis mea carmina, Læli.
Carpere vel noli noſtra, vel ede tua.

AD FLACCVM.

Litigat, & Podagra Diodorus, Flacce, laborat:
Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra eſt.

AD SCAEVOLAM.

Si dederint ſuperi decies mihi millia centum,
Dicebas nondum, Scæuola, factus eques:
Qualiter o viuam? quam largè? quamque beatè?
Riſerunt faciles, & tribuere Dei.
Sordidior multo poſt hoc toga, penula peior:
Calceus eſt ſarta têrque, quaterque cute:
Dèque decem plures ſemper ſeruantur oliuæ:
Explicat & cœnas vnica menſa duas?
Et Veientani bibitur fæx craſſa Rubelli:
Aſſe cicer tepidum conſtat, & aſſe focus:
In ius, ô fallax, atque inficiator, eamus:
Aut viue: aut decies, Scæuola, redde Deis.

AD AVITVM.

Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala plura,
Quæ legis hic: aliter non fit, Auite, liber.

AD TVCCAM.

Quid te Tucca iuuat, vetulo miſcere falerno
In vaticanis condita muſta cadis?
Quid tantum fecere boni tibi peſsima vina,
Aut quid fecerunt optima vina mali?
De nobis facile eſt. ſcelus eſt iugulare falernum,
Et dare Campano toxica ſæua mero.

Conuiuæ

Conuiuæ meruere tui, fortaſſe perire.
Amphora non meruit tam pretioſa mori.

AD FIDENTINVM.

Fama refert, noſtros te, Fidentine, libellos,
Non aliter populo, quam recitare tuos.
Si mea vis dici, gratis tibi carmina mittam.
Si dici tua vis: hæc eme, ne mea ſint.

AD LVCANVM, ET TVLLVM.

Si, Lucane, tibi, vel ſi tibi, Tulle, darentur,
Qualia Ledæi fata Lacones habent:
Nobilis hæc eſſet pietatis rixa duobus,
Quod pro fratre mori vellet vterque prior,
Diceret, infernas ſi quis prior iſſet ad vmbras:
Viue tuo frater tempore, viue meo.

AD FIDENTINVM.

Quem recitas, meus eſt, o Fidentine, libellus.
Sed malè cum recitas, incipit eſſe tuus.

AD DECIANVM.

Si quis erit raros inter numerandus amicos,
Quales priſca fides, famaque nouit auos:
Si quis Cecropiæ madidus, Latiæque Mineruæ
Artibus, & vera ſimplicitate bonus:
Si quis erit recti cuſtos, imitator honeſti,
Et nihil arcano qui roget ore deos:
Si quis erit magnæ ſubnixus robore mentis:
Diſpeream, ſi non hic Decianus erit.

IN MANCINVM.

Bis tibi triceni fuimus, Mancine, vocati:
Et poſitum eſt nobis nil here, præter aprum.
Non quæ de tardis ſeruantur vitibus vuæ,
Dulcibus aut certant quæ melimela fauis:
Non pyra, quæ lenta pendent religata geniſta:
Aut imitata breues punica mala roſas.

uſtica lactantes nec miſit fiſcina metas,
Nec de Picenis venit oliua cadis.
idus aper: ſed hic minimus, qualiſque necari
A non armato pumilione poteſt.
nihil inde datum eſt: tantum ſpectauimus omnes
Ponere aprum nobis ſic & arena ſolet.
natur tibi nullus aper poſt talia facta:
Sed tu ponaris, cui Caridemus, apro.

DE DIAVLO MEDICO.

per erat medicus, nunc eſt veſpillo Diaulus,
Quod veſpillo facit, fecerat & medicus.

LIB. II: AD DOMITIANVM CAES.

eta dedit magnum, maius dedit Africa nomen
Scipio. quod victor, quodq; Metellus habet.
bilius domito tribuit Germania Rhero:
Et puer hoc dignus nomine, Cæſar, eras.
ter Idumæus meruit cum patre triumphos.
Quæ datur ex Dacis laurea, tota tua eſt.

AD ATTALVM.

clamas bellè; cauſas agis Attale bellè,
Hiſtorias bellas, carmina bella, facis.
nponis bellè mimos: epigrammata bellè,
Bellus Grammaticus, bellus es Aſtrologus.
belle cantas, & ſaltas, Attale, bellè.
Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.
bene cum facias, facis attamen omnia bellè.
Vis dicam, quid ſis? magnus es ardelio.

AD LECTOREM.

ua videbuntur chartis tibi, lector, in iſtis
iue obſcura nimis, ſiue Latina parum;
meus eſt error, nocuit librarius illis,
Dum properat verſus annumerare tibi.
od ſi non illum, ſed me peccaſſe putabis:

Tunc ego te credam cordis habere nihil.
Iſta tamen mala ſunt: quaſi nos manifeſta negemus.
Hæc mala ſunt: ſed tu non meliora facis.

IN MAXIMVM.

Capto tuam, pudet heu, ſed capto, Maxime, cœnam:
Tu captas alias? iam ſumus ergo pares.
Manè ſalutatum venio: tu diceris iſſe
Antè ſalutatum, iam ſumus ergo pares.
Sum comes ipſe tuus, tumidique anteambulo regis:
Tu comes alterius iam ſumus ergo pares.
Eſſe ſat eſt ſeruum: iam nolo vicarius eſſe.
Qui rex eſt, regem, Maxime, non habeat.

AD GALLVM.

Das nunquam: ſemper promittis, Galle roganti.
Si ſemper fallis: iam, rogo, Galle, nega.

IN CAIVM

Mutua viginti ſeſtertia forte rogabam,
Quæ vel donanti non graue munus erant.
Quippe rogabatur, felixque vetuſque ſodalis,
Et cuius laxas arca flagellat opes.
Is mihi: Diues eris, ſi cauſas egeris, inquit.
Quod peto, da Cai, non peto conſilium.

DE COENATIONE MICAE.

Mica vocor: quid ſim, cernis? cœnatio parua,
Et me Cæſareum proſpicis ecce tholum.
Frange toros, pete vina, roſas cape, tingere nardo:
Ipſe iubet mortis te meminiſſe Deus.

IN TAVRVM.

Dum modo cauſidicum, dum te modo rhetora fingis:
Et non decernis, Taure, quid eſſe velis:
Peleos, & Priami tranſit, vel Neſtoris ætas:
Et fuerat ſerum iam tibi, deſinere.
Incipe, tres vno perierunt rhetores anno.

id habes animi, ſi quid in arte vales.
a damnatur, fora litibus omnia feruent.
poteſt fieri Marſia cauſidicus.
rumpe moras: quo te ſpectauimus vſque?
n quid ſis, dubitas, iam potes eſſe nihil.

IB. 4. DE NATALI DOMITIANI.

alma dies, & luce ſacratior illa,
cia Dictæum qua tulit Ida Iouem,
precor, Pylioque veni numeroſior æuo.
per & hoc vultu, vel meliore nite.
at Albano Tritonida cultus in auro,
ue manus tantas plurima quercus eat:
at ingenti redeuntia ſecula luſtro,
næ Romuleus ſacra Tarentus habet.
quidem ſuperi petimus, ſed debita terris,
tanto quæ ſunt improba vota Deo:

E PVERO GLACIE OCCISO.

cina pluit Dipſanis porta columnis,
adet aſsiduo lubricus imbre lapis,
um pueri, qui roſida templa ſubibat,
dit hyberno prægrauis vnda gelu.
e peregiſſet miſeri crudelia fata,
uit in calido vulnere, mucro tener.
on ſæua ſibi voluit fortuna licere?
vbi mors non eſt, ſi iugulatis, aquæ?

N AVARVM AMICVM.

miſiſti mihi ſex bis ſena petenti.
is ſena feram, bis duodena petam.

E RVSTICATIONE.

rans quid agam, reſpondeo pauca, rogatus?
os oro, famulos poſt arua reuiſo,
s atque meis iuſſos indico labores.
o, Phœbumque cio, muſamque laceſſo.

Hinc oleo corpus frico, mollique palæſtra
Stringo libens, animo gaudens, ac fœnore liber.
Pondero, poto, cano, ludo, lauo, cæno, quieſco.
Dum paruus lychnus modicum conſumit oliui,
Hæc dat nocturnis nox lucubrata camœnis.

LIB. V. AD CAESAREM.

Hoc tibi (Palladiæ ſeu collibus vteris Albæ
Cæſar, & hinc Triuiam proſpicis, inde Tethyn:
Seu tua veridicæ diſcunt reſponſa ſorores,
Plana ſuburbani qua cubat vnda freti.
Seu placet Aeneæ nutrix, ſeu filia Solis,
Siue ſalutiferis candidus Anxur aquis)
Mittimus, o rerum felix tutela, ſaluſque,
Soſpite quo gratum credimmus eſſe Iouem.
Tu tantum accipies: ego te legiſſe putabo,
Et tumidus Galla credulitate fruar.

AMICIS ESSE DONANDVM.

Callidus effracta nummos fur auferet arca:
Proſternet patrios impia flamma Lares.
Debitor vſuram pariter, ſortemque negabit:
Non reddet ſterilis ſemina iacta ſeges:
Diſpenſatorem fallax ſpoliabit amica:
Mercibus extructas obruet vnda rates:
Extra Fortunam eſt quicquid donatur amicis.
Quas dederis, ſolas ſemper habebis opes.

IN POSTHVMVM.

Quæ mihi præſtiteris memini, ſemperque tenebo.
Cur igitur taceo? Poſthume, tu loqueris:
Incipio quoties alicui tua dona referre:
Protinus exclamat, Dixerat ipſe mihi:
Non bellè quædam faciunt duo: ſufficit vnus
Huic operi, ſi vis vt loquar, ipſe tace.
Crede mihi, quamuis ingentia, Poſthume, dones:

Auto

toris pereunt garrulitate ſui.

IN PONTILIANVM.

ſalutatus, nunquam prior ipſe ſalutas:
erit æternum, Pontiliane, vale.

N LENTINVM.

ris iuuenem tinctis, Lentine, capillis,
a ſubito coruus, qui modo cygnus eras?
nneis fallis, ſcit te Proſerpina canum:
ſonam capiti detrahet illa tuo.

N CINNAM.

nil dicis, quicquid petis, improbe Cinna.
il, Cinna, petis: nil tibi, Cinna, nego,

LIB. VI. DE FILIO DOMITIANI.

e Dardanio promiſſum nomen Iulo,
a Deum ſoboles naſcere magne puer:
er æternas poſt ſecula, tradat habenas:
que regas orbem cum ſeniore ſenex.
i niueo trahet aurea pollice fila.
otam Phryxi Iulia nebit ouem.

DVLATORIVM.

maxime, principumque princeps,
t iam tibi debeat triumphos,
centia templa, tot renata,
ctacula, tot Deos, tot vrbes:
bet tibi Roma, quod pudica eſt.

N MARCVM.

non ſit Pylades hoc tempore, non ſit Oreſtes,
ris? Pylades, Marce, bibebat idem,
ior panis, turduſue dabatur Oreſti,
ar atque eadem cœna duobus erat.
iua voras: me paſcit aquoſa Peloris:
minus ingenua eſt et mihi, Marce, gula.
nea Tyros, me pinguis Gallia veſtit:

Vis te purpureum, Marce, ſagatus amem?
Vt præſtem Pyladem, aliquis mihi præſtet Oreſtem.
Hoc non fit verbis: Marce, vt ameris, ama.

IN INVIDVM.

Laudat, amat, cantat noſtros mea Roma libellos:
Mêque ſinus omnis, me manus omnis habet,
Ecce rubet quidam, pallet, ſtupet, oſcitat, odit.
Hoc volo: nunc nobis carmina noſtra placent.

AD LVPVM.

Triſtis es, & felix, ſciat hoc Fortuna, caueto.
Ingratum dicet te, Lupe, ſi ſcierit.

LIB. 7. AD PONTILIANVM.

Cur non mitto meos tibi, Pontiliane, libellos?
Ne mihi tu mittas, Pontiliane, tuos.

DE FAMA REDITVS
Domitiani.

Ecquid Hyperboreis ad nos conuerſus ab oris
Auſonias Cæſar iam parat ire vias?
Certus abeſt autor, ſed vox hoc nuntiat omnis.
Credo tibi, verum dicere, Fama, ſoles.
Publica victrices teſtantur gaudia chartæ,
Martia laurigera cuſpide pila virent.
Rurſus Io magnos clamat tibi Roma triumphos;
Inuictuſque tua, Cæſar, in vrbe ſonas.
Sed iam lætitiæ quo ſit fiducia maior,
Sarmaticæ laurus nuntius ipſe veni.

IN CINNAM.

Primum eſt, vt præſtes ſi quid te Cinna, rogabo.
Illud deinde ſequens, vt cito, Cinna, neges.
Diligo præſtantem: non odi, Cinna, negantem.
Sed tu nec præſtas, nec cito, Cinna, negas.

IN VMBRVM.

a miſsiſti mihi Saturnalibus, Vmber,
nera, contulerant quæ tibi quinque dies:
os triplices, & dentiſcalpia ſeptem:
comes acceſsit ſpongia, mappa, calix:
iuſque fabæ cum vimine Picenarum,
Laletanæ nigra lagœna ſapæ:
que cum canis venerunt coctana prunis,
Libycæ ſici pondere teſta grauis:
uto triginta nummorum tota fuiſſe
nera, quæ grandes octo tulere Syri.
to commodius nullo mihi ferre labore
genti potuit pondera quinque, puer:

AD LAVSVM.

nta toto mala ſunt epigrammata libro,
otidem bona ſunt, Lauſe, liber bonus eſt.

IN BACCHARAM.

d opus fuerit, ſcis me non eſſe rogandum
nobis dicis, Bacchara, tèrque die.
lat rigida triſtis me voce Secundus,
dis: ſed neſcis, Bacchara, quid ſit opus.
te coram petitur clarèque, palamque.
dis: ſed neſcis, Bacchara, quid ſit opus.
ueror gelidaſque mihi, tritaſque lacernas.
dis: ſed neſcis, Bacchara, quid ſit opus.
pus eſt, ſubito fias vt ſidere mutus:
cere ne poſsis, Bacchara, quid ſit opus.

IN CRVDELEM
amicum. Lib. 8.

a ne Cilicum timeant pomaria brumam,
rdeat & tenerum fortior aura nemus:
rnis obiecta notis ſpecularia puros
mittunt ſoles, & ſine fæce diem.
hi cella datur, non tota clauſa feneſtra,

In qua nec Boreas ipſe manere velit.
Sic habitare iubes veterem, crudelis, amicum?
Arboris argo tuæ tutior hoſpes ero.

IN CIRINVM.

Sic tua, Cirini, promas epigrammata vulgo,
Vt mecum poſsis vel prior ipſe legi.
Sed tibi tantus ineſt veteris reſpectus amici:
Charior vt mea ſit, quaam tu ſama tibi.
Sic Maro nec Calabri tentauit carmina Flacci,
Pindaricos poſſet cum ſuperare modos.
Et Vario ceſsit Romani laude cothurni,
Cum poſſet tragico fortius ore loqui.
Aurum, & opes & rura frequens donabit amicus.
Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

AD LVCIFERVM.

Phoſphore redde diem, quid gaudia noſtra moraris?
Cæſare venturo, Phoſphore, redde diem.
Roma rogat, placidi nunquid te pigra Bootæ
Plauſtra vehunt, lento quod nimis igne venis?
Ledæo poteras abducere Cyllaron aſtro,
Ipſe ſuo cedet nunc tibi Caſtor equo.
Quid cupidũ Titana tenes? iam Xanthus, & AEthon
Fræna volunt: vigilat Memnonis alma parens.
Tarda tamen nitidæ non cedunt ſydera luci.
Et cupit Auſonium luna videre ducem.
Iam, Cæſar, vel nocte veni, ſint aſtra licebit:
Non deerit populo, te veniente, dies.

AD RVSTICVM.

Eſſe tibi videor ſæuus, nimiumque guloſus,
Qui propter cœnam, Ruſtice, cædo cocum?
Si leuis iſta tibi flagrorum cauſa videtur:
Ex qua vis cauſa vapulet ergo cocus?

IN VARIE SE TONDENTEM.

maxillarum tonſa eſt tibi, pars tibi raſa eſt,
rs vulſa eſt: vnum quis putet eſſe caput?

AD CAES. DOMITIANVM.

na licet toties tribuas, maiora daturus
ona, ducum victor, victor & ipſe tui:
eris populo, non propter præmia, Cæſar:
opter te populus, Præmia, Cæſar, amat.

IN AFRVM. Lib. 9.

e de Libycis reduci tibi gentibus, Afer,
ontinuis volui quinque diebus, Aue.
vacat, aut dormit dictum bis, terque reuerſo.
n ſatis eſt: non vis, Afer, auere? Vale.

AD DOMITIANVM.

at antè ducum famulos, turbamque minorem,
palatinum Roma ſupercilium.
nc tantus amor cunctis, Auguſte, tuorum eſt:
ſit cuique ſuæ cura ſecunda domus:
lacidæ mentes, tanta eſt reuerentia noſtri:
n pacata quies: tantus in ore pudor.
ſuos (hæc eſt aulæ natura potentis)
domini mores Cæſarianus habet.

AD CAESAREM.

anta tuæ miracula Cæſar, arenæ,
æ vincit veterum munera clara ducum,
m oculi, ſed plus aures debere fatentur
ibi: quod ſpectant, qui recitare ſolent.

AD RVFFVM.

ne captares, mittebas munera nobis,
quam cepiſti? das mihi, Ruffe, nihil.
tum teneas, capto quoque munera mitte,
cauea fugiat ne male paſtus aper.

DVLATVR DOMITIANO.

nam ſi me diuerſa vocaret in aſtra

Hinc inuitator Cæſaris, inde Iouis:
Aſtra licet propius, palatia longius eſſent:
Reſponſa ad ſuperos hæc referenda darem:
Quærite qui malit fieri conuiua Tonantis,
Me meus in terris Iupiter ecce tenet.

AD IVLIVM.

Rumpitur inuidia, quidam, chariſsime Iuli,
Quod me Roma legit: rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia, quod turba ſemper in omni
Monſtramur digito: rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia, tribuit quod Cæſar vterque
Ius mihi natorum: rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia, quod rus mihi dulce ſub vrbe eſt,
Paruaque in vrbe domus: rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia, quod ſum iucundus amicis,
Quod conuiua frequens: rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia quod amamur, quodque probamur:
Rumpatur, quiſquis rumpitur inuidia.

LIB. 10. IN CRISPVM.

Cedere de noſtris nulli te dicis amicis.
Sed, ſit vt hoc verum quid, rogo Criſpe, facis?
Mutua cum peterem ſeſtertia quinque, negaſti:
Non caperet nummos cum grauis arca tuos.
Quando fabæ nobis modium, farriſue dediſti?
Cum tua Niliacus rura colonus aret?
Quando breuis gelidæ miſſa eſt toga tempore brumæ?
Argenti venit quando ſelibra mihi?
Nil aliud video, quo te credamus amicum:
Quam quod me coram ſtertere, Criſpe, ſoles.

IN CAIVM.

Si donare vocas promittere, nec dare, Cai:
Vincam te donis, muneribuſque meis.
Accipe Callaicis quicquid fodit Aſtur in aruis,

Aurea quicquid habet diuitis vnda Tagi.
icquid Erythræa niger inuenit Indus in alga,
Quicquid & in nidis vnica ſeruat auis,
icquid Agenoreo Tyros improba cogit aheno:
Quicquid habent omnes, accipe, quomodo das.

DE M. ANTONIO.

numerat placido felix Antonius æuo
Quindecies actas primus olympiadas:
teritoſque dies, & tutos reſpicit annos:
Nec metuit Lethes iam propioris aquas.
la recordanti lux eſt ingrata, grauiſque:
Nulla fuit, cuius non meminiſſe velit.
pliat ætatis ſpatium ſibi vir bonus: hoc eſt
Viuere bis: vita poſſe priore frui.

AD SEIPSVM.

am quæ faciunt beatiorem,
ndiſsime Martialis, hæc ſunt:
non parta labore, ſed relicta:
ingratus ager, focus perenis,
nunquam, toga rara, mens quieta;
es ingenuæ, ſalubre corpus,
dens ſimplicitas, pares amici,
uictus facilis, ſine arte menſa:
x non ebria, ſed ſoluta curis:
n triſtis torus, attamen pudicus:
nus, qui faciat breues tenebras:
od ſis eſſe velis, nihilque malis:
mum nec metuas diem. nec optes.

DE NVMA.

m leuis arſura ſtruitur Libitina papyro:
Dum myrrham, & caſiam flebilis vxor emit:
ſcrobe, iam lecto, iam pollinctore parato:
Hæredem ſcripſit me Numa, conualuit.

IN

IN CAECILIANVM.

Viuida cum poſcas epigrammata, mortua ponis
Lemmata, qui fieri, Cæciliane, poteſt?
Mella iubes Hyblæa tibi, vel Hymettia naſci:
Et thyma Cecropiæ Corſica ponis api.

IN MARONEM.

Nil mihi das viuus: dicis poſt fata daturum.
Si non es ſtultus, ſcis Maro quid cupiam.

IN PARTHENOPAEVM.

Leniat vt fauces medicus, quas aſpera vexat
Aſsiduè tuſsis, Parthenopæe, tibi:
Mella dari, nucleoſque iubet, dulceſque placentas,
Et quicquid pueros non ſinit eſſe truces.
At tu non ceſſas totis tuſsire diebus:
Non eſt hæc tuſsis, Parthenopæe: gula eſt.

IN ZOILVM.

Mentitur, qui te vitioſum, Zoile, dixit.
Non vitioſus homo es, Zoile: ſed vitium.

IN COMMENDATIONEM
Neruæ Lib. 12.

Contigit Auſoniæ procerum mitiſsimus aulæ
Nerua: licet toto nunc Helicone frui:
Recta Fides, hilaris Clementia, cauta Poteſtas
Iam redeunt: longi terga dedere metus.
Hoc populi, genteſque tuæ, pia Roma, precantur:
Dux tibi ſit ſemper talis, & iſte diu.
Macte animi, quem rarus habet, morumque tuorum
Quos Numa, quos hilaris poſſet habere Cato.
Largiri, præſtare, breues extendere cenſus,
Et dare quæ faciles vix tribuere Dei,
Nunc licet, & fas eſt. ſed tu ſub principe duro,
Temporibuſque malis, auſus es eſſe bonus.

MITTIT LIBRVM AD PARTHENIVM.

Parthenio

enio dic, Muſa,tuo, noſtroque ſalutem:
am quis ab Aonio largius amne bibit?
is Pymplæo lyra clarior exit ab antro?
uem plus Pierio de grege Phœbus amat?
ſorte, ſed hoc vix eſt ſperare, vacabit:
radat vt ipſe duci carmina noſtra , roga,
tuor & tantum timidumque breuemque libellum
ommendet verbis: Hunc tua Roma legit.

IN ZOILVM.

e ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus,
em magnam præſtas, Zoile, ſi bonus es.

IN POLYCARMVM.

otas vno decies, aut ſæpius anno:
ec tibi ſed nobis, hoc Polycarme, nocet.
quoties ſurgis, ſoteria poſcis amicos,
pudor: ægrota iam, Polycarme, ſemel.

DE CALLISTRATO.

udet dignos, laudat Calliſtratus omnes,
i malus eſt nemo, quis bonus eſſe poteſt?

IN TVCCAM.

ebamus epos, cœpiſti ſcribere: ceſsi,
emula ne ſtarent carmina noſtra tuis.
tulit ad tragicos ſe noſtras Thalia cothurnos:
taſti longum tu quoque ſyrma tibi.
yræ moui doctis exculta Camœnis:
ectra rapis nobis ambitione noua.
mus ſatyras: Lucilius eſſe laboras,
do leues elegos: tu quoque ludis idem.
minus eſſe poteſt? epigrammata fingere cœpi:
nc etiam petitur iam mea fama tibi.
quid nolis: quis enim eſt pudor,omnia velle?
ſi quid non vis, Tucca: relinque mihi.

EX MATHAEI TOSCANI TOMO.

De Poeta, & Medico.

Vt mentes hominum ſolaris dulcibus ægras
Verbis, ſic herbis languida membra iuuas.
Vna manus citharæ neruos, neruoſque virorum
Sedula concordi temperat harmonia.
Quattuor vt chordæ ſunt, vt diſcrimina vocum
Quattuor, in quibus ars muſica tota viget,
Biſque duo hæc, nerui, numeri, candorque, lepoſque
Viuere plus vna carmina luce iubent,
Corpora ſic totidem ex humoribus atque elementis
Conſtant, Pæoniæ eſt in quibus artis opus.
Quæ cum felici tractes Hieronyme cura,
E gemina geminus vi tibi ſurgit honos,
Sed diſpar: peritura etenim qui corpora ſeruas,
Carmina perpetuo non peritura facis.

AD CAROLVM BORROmæum Card.

Immenſi dum molem orbis celſi inſtar Atlantis
In Vaticana ſuſtinet arce Pius,
Herculeo tu more humeros ſuppone labori,
Et validis feſſo viribus affer opem.
Magne herôs aſſueſce oneri iuuenilibus auſis,
Longæuo imponent quod tibi fata ſeni.

DE ACONE, ET LEONILLA.

Lumine Acon dextro, capta eſt Leonilla ſiniſtro,
Et potis eſt forma vincere vterque deos.
Blande puer lumen, quod habes, concede ſorori:
Sic tu cæcus Amor, ſic erit illa Venus.

AD CEREREM.

Hæc tibi, magna Ceres, Daphnis iam meſſe peracta
Affixit foribus ſpicea dona tuis.
Tu dea fac illi iacto de ſemine rurſus

Falce.

lcem hebetent valida gramina ſecta manu.

AD COSMVM DVCEM Florentiæ.

l miles modo Marte tuus pugnauit iniquo,
rpi terga fugæ nec tamen ille dedit:
llud, virtus dedit hoc, quæ inuicta tuorum
axime per te animis vſque,& vbiq; nitet:
acedæmonij,ſic pugnauere Quirites,
licet alta tui ſic patris arma monent.

AD LACVS, VT PLACIDOS SE Principi ſuo præbeant.

di ſaluete lacus muſcoque virete,
ſtraque ſit puris dulcior vnda fauis.
luti inſignit multo vos nomine princeps
ſter, ab Eois notus ad Heſperios:
lli tumidos fluctus lenite viciſsim,
blanda errantes peruolet aura rates.
ite in veſtris ſi fors piſcabitur vndis,
iacta, vt multus retia piſcis eat.

IOVIS CVM NEPTVNO EXPOSTVLATIO, pro periclitāte Cæſaris claſſe.

ris infauſto depreſſam ſidere claſſem
derat ê ſumma prouidus arce pater:
fratrem increpitans mœſtis ſic vocibus infit,
bdita quem ponti cærula regna tremunt:
l ſuperum magnis ſolus conatibus obſtas,
perſtas ſanctum tollere velle caput?
lem, & tellus quas non detrectat habenas,
domitus quamuis,tu quoque diſce pati.

AD BALTHASSAREM CASTELIONEM.

culenta ferox irrumpis in agmina, Marte
ceris inuicto Caſtelione ſatus.
olli cithara ſi condis amabile carmen,
ſtalia natus diceris eſſe Dea.

INSCRIPTIO FONTIS.

Et gelidus fons eſt: & nulla ſalubrior vnda:
Et molli circum gramine terra viret:
Et ramis arcent ſoles frondentibus alni:
Et leuis in nullo gratior aura loco eſt:
Et medio Titan nunc ardentiſsimus axe eſt:
Exuſtuſque graui ſidere feruet ager.
Siſte viator iter: nimio iam torridus æſtu es,
Iam nequeunt laſsi longius ire pedes,
Accubitu languorem, æſtum aura, vmbraque virentis
Perſpicuo poteris fonte leuare ſitim.

AD IVLIVM II. PONT MAX.

Vix bellum indictum eſt, cum vincis: nec citius vis
Vincere, quàm parcas: hæc tria agis pariter.
Vna dedit bellum, bellum lux ſuſtulit vna,
Nec tibi, quam bellum, longior ira fuit.
Hoc nomen diuinum aliquid fert ſecum: & vtrum ſis
Mitior, an ne idem fortior, ambiguum eſt.

DE ALEXANDRO MAGNO.

Teſtatur ſe vno rerum natura minorem,
Nam, quod plus poſſet vincere, non habuit.
Paruus Alexandro fuit orbis: ſed fuit orbi
Magnus Alexander, ipſe ſibi exiguus.
Queſtus, quod citius, quam miles, terra deeſſet,
Quodque ſuum Oceanus clauderet imperium.
Omnia viciſſet: ſed non tamen omnia vicit
Ille, vbi ſe ſolum vincere non potuit.

HORATIVS COCLES.

Solus ad anguſti Cocles diſcrimina pontis,
Cum daret ingentem grata ruina ſonum;
Non grauis vnus, ait, patriæ iactura, relinqui
Non reditum ipſe mihi, nec tibi Etruſce viam.
Et ſe dum iaceret rapidas animoſus in vndas,

Per medias victor nauit onuſtus aquas.
Non vndæ, hoſtès ve obſtiterint,quin arma referret,
Arma quibus ſeruat ſe patriæ, & patriam.
Quid contemptorem ferri miraris, & vndæ?
Maiores animas hac tibi, Roma, dabo.

ARTIFICIOSO EPIGRAMMATE Cap.9.

omnia quidem epigrammata maiore quàm cę-poemata conſtare artificio debeant; ea tamen, ttentiore quadã eleborantur induſtria, quęq; lare aliquid habent leporis, & venuſtatis, cioſa nominamus. Quo in genere illa in pri-ulchra ſunt, vbi alia alijs referuntur. Ideo q; pheromena, ideſt relata, nominantur, vt illud pendice Virgiliana.

aſtor, arator, eques, paui, colui, ſuperaui,
Capras, rus, hoſtes, fronde, ligone, manu.

Dianę poteſtas, & nomen.

erret, luſtrat, agit, Proſerpina, Luna, Diana,
ma, ſuperna, feras, ſceptro, fulgore, ſagitta.

De Cardinali P. Bembo.

Hiſtoricus, vates, Rhetor, celebrat, canit implet,
Facta, ignes, aures, ore, lyra, eloquio.

De obitu eiuſdem. ex Toſc. tom. 1.

rdalides, Vates, Hetruria, Græcia, Roma,
Findite, completo, ſparge, profunde, ſeca,
era, Permeſſum, lachrymas, ſuſpiria, crines,
Singultu, queſtu, lumine corde, manu.

In idem argumentum.

Adria, Caſtalides, AEnotria, Tuſcia, Bembus,
Nobilis, vnanimes, florida, culta, probus,
Vndique, coniunctim, ſubito, velociter, eheu,
Obliue, complete, prome, profunde, obijt,
Littora, Parnaſſum, lamenta, fluenta, ſenecta,
Humida, laurigerum, grandia, larga, graui,
Fluctibus, elogio, ſingultu, lumine, letho,
Luctiſonis, mæſto triſte, gemente, hilari.

Eſt artificioſa etiam illa rerum ad Epigram[m]atis finem cõprehẽſio. Ex Toſ. tom. 1. Ad Poet[as]

Chaoniam canitis natam Iouis arbore glandem,
Legiferæ ſegetes munera grata Deæ:
Vos vlmos, & apes complentes nectare cellas,
Et tardos canitis læta per arua boues:
Vos & equum canitis, qui fræna ſonantia mandit,
Atque arua, & multo gramine pingue pecus,
Sed mihi quid prodeſt audire hæc: ſi mihi deſunt
Glans, ſeges, vlmus, aper, bos, equus, arua, pec[us].

Nec artificio carẽt ea, quę, aut cõglobatis defin[itio]nib', aut tranſlationum, & quaſi ſimilitudinũ [fre]quentia, aut contrariarũ rerũ conflictione con[ſtant]. Ex Toſ. tõm. 1. Infęlix amãtium ſtatus.

Accipe inauditi formam maris, & mea quali
Cymba ſit, Antoni, ſtructa magiſterio.
Vnda hic ſunt lachrymæ, venti ſuſpiria, remi
Vota, error velum, mens malè ſana ratis.
Spes temo, curæ comites, conſtantia amoris
Eſt arbor, dolor eſt anchora, nauita Amor
Cumque ſuos habeant portus maria omnia, noſtru[m]
Non tantum portu, ſed ſtatione caret.

Fallax forma, & vana eſt pulchritudo. S

Sidera ſunt oculi? ſpeculum frons? purpura malæ?
Electrum crines? dens ebur? ora faui?
Cinnama labra? niues ceruices? mala papillæ?
At ſperate, breui forma caduca perit.
Mors inopina venit, flacceſcunt vbera, ceruix
Lurida fit, labris ſpurca Mephitis olet.
Fel ſunt ora, hebenum dens, ſtantes angue capilli,
Plumbum mala, cinis frons, oculi tenebræ.

Ad Amorem.

Lex Amor eſt, ſed Amor lex es ſine lege, & Amore.
Pacis Amor Deus es, ſed ſine pace puer.
Grandæuus puer, & miſtus dulcedine amara,
Perpetuo viuens, perpetuo moriens.
Es leuis, es volucer, ſed & in me immobilis ales,
Et nimium conſtans in leuitate tua.
Sic poſsim, o ſine lege puer, pax o ſine pace,
Viuere perpertuo, perpetuoque mori.

[A]mantium contrarij affectus, ex Petrarca.

Nec pacem inuenio, nec ſunt mihi bella timenda,
Affligunt penitus ſpes, metus, æſtus, hiems.
Et proſtratus humi pennis ſuper æthera tollor,
Stringo nihil, claudo quicquid in Orbe, manu.
Nec clauſa eſt, nec porta patet mihi carceris atri,
Nec teneor, nec ſunt vincla ſoluta mihi.
Nec morti me tradit amor, nec compede ſoluit,
Nec me luce frui, nec iubet ille mori.
[C]erno carens oculis, clamoque elinguis ad auras,
Aeternos obitus, auxiliumque peto.
[E]xoſuſque mihi alterius conſtringor amore,
Dant lacrymæ riſum, fert alimenta dolor.
[V]ita mihi pariter, pariter ſunt funera cordi:
Tu mihi, tu tanti cauſſa, Cupido, mali.

Dilemma Epicuri.

Dejiciat miſeram tibi nulla moleſtia mentem,
Si longa eſt, leuis eſt: ſi grauis eſt, breuis eſt.

Contrarium.

Deijcit heu, miſeram, proſternit & vtraque mentem,
Longa, nec vlla leuis: nec grauis vlla breuis.

DE DIALOGICO EPIGRAMMATE Cap. 10.

Dialogicum Epigrãma, cùm plenum eſſe oport[...] artificio, ſecus enim puerile eſt, meritò inter [...]tificioſa numeratur. Nec refert quidquam, ve[...]ne an ficte perſonę ſint: poetę enim frequentiſſi[...] fictas inducunt: qui, quę hominum propria ſu[...] multis alijs rebus tribuere conſueuerunt, ſiue [...] ſentiant, ſiue omni ſenſu, motuque vacent.

De Iuſtitię Imagine.

Quæ dea? Iuſtitia. Quid toruo lumine? flecti
Neſcia ſum & lachrymis, & precio, & precibus.
Quod genus? A ſuperis. Ex quo genitore? Modo. E[...]
Matre? Fide. Nutrix quæ tua? Pauperies.
Quis gremio infantem fouit? Prudentia. Quonam
Freta duce agnoſcis crimina? Iudicio.
Cur gladium tua dextra gerit? cur læua bilancem?
Ponderat hæc cauſſas, percutit ille reos.
Quid rari aſsiſtunt? Quod copia rara bonorum eſt.
Quæ comes aſsidua eſt? Candida Simplicitas.
Aurium aperta tibi cur altera, & altera clauſa eſt?
Hæc ſurda iniuſtis panditur, illa bonis.
Paupere cur ſemper cultu? Iuſtiſsimus eſſe
Qui cupit, exiguas ſemper habebit opes.

B

Bias Prieneus apud Auſon.

Quænam ſuma boni? Mens, quæ ſibi conſcia recti.
Pernicies homini quæ maxima? Solus homo alter.
Quis diues? Qui nil cupiat. Quis pauper? Auarus.
Quæ dos Matronæ pulcherrima? Vita pudica.
Quæ caſta eſt? De qua mentiri Fama veretur.
Quod prudentis opus? Cum poſsit, nolle nocere.
Quid ſtulti proprium? Non poſſe, & velle nocere.

De Io. Poterio, ex Toſc. tom. 1.

Quis nouus hic radiat formæ præſtantis ephebus,
Læuia cui fulgent tempora? Nunquid Amor?
Altera tela faces, atq; altera tela pharetram
Ferret. An eſt Phæbus? Non gerit iſte chelym:
Anne coloratis remeauit victor ab indis
Bacchus? Baſſaridum non agit iſte choros.
Doctus eques, doctus ve pedes prorumpere in hoſtem,
Aut geminus Caſtor, Caſtoris aut geminus?
Non hic fertur equo, non ceſtu innectitur armos.
Ideus terris an puer ipſe redit?
Hæret inexpleto ſemper comes ille Tonanti.
Mercurius ne? Pedes non habet aligeros.
An Pallas ſeſe iuuenili obnubit amictu?
Non haſtam, horrificam Gorgona ve iſte gerit.
Quem tamen ipſe vocem procerum de ſtirpe Poterum,
Octo qui dotes vnus habet ſuperum?

De Cupidine.

Cur natum cædit Venus? Arcum perdidit. Arcum
Nunc quis habet? Tuſco Flauia nata ſolo.
Qui factū? Petit hæc, dedit hic. Cur? Lumine formæ
Deceptus, Matri ſe dare crediderat.

De D. Cęcilia Medicęa.

Hanc faciem, hos oculos, hæc caſtæ Virginis, ora
Quis tam conſpicuo pinxit honore? Venns.
Quis ve comas tenues flauenti interlinit auro
Dans fidibus vocem iungere? Deligena.
Quis graue quidquid agat, quoquo veſtigia mouit
Dat decus, hanc furtim quod ſequitur? Charite
Quis face ſuccendit flagrantia ſidera? Quis ve
Arcum illic, illic ſpicula condit? Amor.
Et, quæ tam tenerum complet ſapientia pectus,
Quis dedit hanc? Illi hanc Pallas habere dedit.
Quis mellita, fluunt roſeis quæ verba labellis,
Eloquio tinxit diuite? Mercurius.
Huic omnes cedunt, proprijs quam dotibus augent
Hermes, Pallas, Amor, Gratia, Apollo, Venus.

DE EPIGRAMMATE ECHICO. Cap. II.

Periucundum, argutum, & lepidum eſt Epigra-ma, cum in fine, aut medio carminis, aut init ſequẽtis, ponitur vocula, quę vel toti vocabulo pr cedenti, vel eius fini ſimilis, eãdẽ ſententiam i luſtret, aut diuerſum aliquid, aut contrarium, a inexpectatum, aut par, aut maius, aut minus d niq; ſignificet. Hęc Echo dicitur. Ouid. 3. Me Scribit Echo Nympham eſſe, cui Iuno in loquacit tis, & fraudum pęnam,

Huius, ait, linguæ, qua ſum deluſa, poteſtas
Parua tibi dabitur, vociſque breuiſsimus vſus:
Req; minas firmat, ſic illa in fine loquendi
Ingeminat voces, auditaque verba reportat.

Eandem ita ipſe definijt ibidem.

Voc

Vocalis Nymphæ, quæ nec reticere loquenti,
Nec prior ipſa loqui didicit, reſonabilis Echo.
Corpus adhuc Echo, non vox erat, & tamen vſum
Garrula non alium, quam nunc habet, oris habebat,
Reddere de multis, vt verba nouiſsima poſſet.

lla vero preſtantior definitio, quam Auſonij gr.12. in eiuſdem Pictorẽ.

Vane quid affectas faciem mihi ponere, Pictor,
Ignotam que oculis pingere velle Deam?
Aeris, & linguæ ſum filia, mater inanis
Indicij, vocem quæ ſine mente gero,
Extremos pereunte modos a fine reducens,
Ludificata ſequor verba aliena meis,
Auribus in veſtris habito penetrabilis Echo,
Et ſi vis ſimilem pingere, pinge ſonum.

lius fit Echo in diſsyllabis, quam in triſylla- aut monoſyllabis, nam ad naturã rei illa imi- ne, quàm iſta propiùs accedimus.

Nõ ſemper venuſtè cadit eadẽ omnino reflexio repercuſsio, vt ſi ꝓ dãte, dicas dãte, pro regẽte te. Grati⁹ enĩ ſonat ea, quæ ab integra dictio- opinatò cęditur, facitq; ſenſum integrum, vt ãte, vel an te? regẽte gẽte, vel egẽte. Fęcũdę , vel vnde? carbaſa vaſſa, viſcera cera, maxi- imus, vbere vere, vel verè, nauis auis.

dditio eadẽ fuerit, eã oportet accipi ſignifica- diuerſa. Vt ſeruo ſeruo, lege lege. lętũ letbũ: es tu. Aut poſt interrogationẽ, vt An voluit?

voluit. potuit? potuit. fecit? fecit.

Vitioſa plerũq; ſunt ſimplicia è cõpoſitis ducta, vt cõtereret tereret. pſuadet ſuadet. pgenit genit⁹. cõfecit, fecit. Niſi aliquid noui afferant, vt ingratus, gratus. inultus vltus, deſperat ſperat.

Sũma ineſt venuſtas vbi auditoris expectatio deluditur fine diuerſo, vt pro nobilis vilis. perfidæ fidæ.

Et ſi elegantiora eò ſunt epigrammata, qui crebrior, aptiorque repercuſsio adhibetur: non tam opus eſt omnes, & ſingulos verſus Echonem ſuam habere, ſed tũc illa reſpõdeat, cùm ſenſus abſoluitur, & ſententia finitur: ſiue id in medio, ſiue in extremo verſ⁹, ſiue vtrobiq; fiat, ſiue initio ſequẽtis: ſemper autem eſt in fine ſuauior.

Multę interrogationes in Echicis laudẽ habẽt. Quamuis etiã ſine interrogatione venuſtatem ſuã retineant. Nec illa quidem venuſtate carent, vbi poeta interponit verba ſua.

Sũt qui dicãt licere mutari literã, aut ſyllabã initio, vel medio vocabuli: vt ſi pro ſacer lacer. pro mœſt⁹ feſtus. pro ſenex remex. Sed huiuſmodi quidem licẽtia multũ de carminis Echici gratia deperditur: ad quã proculdubio requiritur, non modo

voca-

calis, qua Echo repercutit, ſed etiã (vbi aſſuẽda cõſona) ea requirit cõſona, quę cũ ipſa vocali iet, eã que adiuuet ad reddendũ ſonum ſimilẽ quem dictio, antè quàm Echo fieret, habuit.

Conſonę igitur poni alię pro alijs poterunt, eę ntaxat, quę inter ſe ſunt affinitate, & quaſi atione cõiũctę. Vt P. B. V. F Ita elegãter dices Pœnus Venus fęnus. pro bidens fidens. pro ęra ſpera. pro veſte peſte feſte. Sola enim ſpi- us remiſſione, vel intenſione differunt.

Huiuſmodi ſunt. C. G. Q. Sic venuſtè reſpõ- ꝑ Caude gaude, pro ingreſſus Greſſus. crates tes, Echo equo. antiquorum chorum.

Tales etiã habentur. T. D. ſonat enĩ non ille- è pro tãta danda, pro indemni temni, tonat do- . orto ordo.

X. cum ſit duplex dupliciter adhibetur. Pro ſimplici, vt pro xenium ſenium. vexilla ſi illa. . C. & S. vt dixit dic ſit, faxit fac ſit. aut nuerſo.

Proderit autem, priuſquam ad componendum das, excogitare, paratamque habere dictionum ſmodi ſupellectilẽ, quę Aut Hexametrũ ritè it vt marmoris oris, diuite vitę, optabilis illis,

amabere vere, deſero ſero, linquere quęre. Aut pẽtametrum: vt generoſa roſa, conor honor fædat edat, valle vale.

Aut, quæ ſimul verſ⁹ vni⁹ fini, alteriuſq; principio deſeruiant vt loquaris aris, ſepulchrum pulchrum, morantem orantem, ariſtas iſtas, rubore ore, iuuentus ventus, gaudet audet.

Aut quæ varie adhiberi queãt, vt hyberno, verno, Aurora ora, inſignis ignis, vel ſignis, moueat vebat, vel beat, verba berba, mortalis talis, vel alis.

Videt autẽ Virg. hoc alluſionis genere delectat⁹

AE. 4. Mille trahens varios aduerſo Sole colores.

AE. 5. Iam dudũ & fruſtra cerno te tendere contra.

AE. 10. Suſtentat dextra traiecto miſſa lacerto.

AE 8. Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis,
Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis:

AE. 11. Ad terram defluxit equis, tum talia fatur,
Turne, ſui merito ſi qua eſt fiducia forti.

Et locis ampli⁹ ducẽtis, quæ ab Erythręo, *in Maroniano indice notãt. Vt appareat à poetarũ Principe nõ negligẽtia, vel imperitia, ſed ſtudio id eſſe factũ, & immerito reprehẽdi, vt etiã ab ijs qui neſciũt* M. T. *excellẽtẽ poetã fuiſſe, carpit verſ⁹.*

O fortunatam, natam me Conſule, Romam.

ECHO APVD TOSCAN. TOM. 1.

Quæ celebrat Thermas Echo, & ſtagna alta Neronis
Deludit voces concaua ſæpe meas.
Sæpe hic Narciſſum expecto, ſimul illa moratur.

Si queror, hæc queritur; ſi gemo,& illa gemit.
Quiſnam clamor? Amor. Quiſnã furor? Vror. An Echo?
Echo. Quæ grauior pæna in amore? Moræ.
Expectas Narciſſum? Ipſum. Quæ cauſa morandi?
Orandi. Num iſthæc dicta notabit? Abit.
An fuerat? Fuerat. Num iſthic? Hic. Quem fugit iſte?
Is te. Etiam me? Me. Quod malũ amare? Mare.
Num veniet? Veniet. Quæ ſpes? AEs. Vincitur auro?
Auro. Victor ero prodigus æris? Eris.
Sunt pueri fragiles? Agiles. Vi muneris? AEris.
Quis docet hæc? Echo cum bene clamat, amat.

DE ANAGRAMMATE Cap: 12.

nagramma literarũ inuerſio, ſiue trãſpoſitio eſt,
a vocis, vni⁹ aut pluriũ literis traiectis, atq; trã-
ſitis, fit alia, & diuerſũ ſignificãs vox, aut ora-
Quæ deĩde carmine illuſtrata ingenioſũ, & a-
ũ efficit Epigrãma, quod à literarũ inuerſione
nagrãmatis, vel Anagrãmatiſmi nomẽ accepit.
Sumẽda occaſio eſt, & materia Epigrãmati ex
e vel oratione, quæ ex literis ita traiectis con-
tur. Hæc etiã ad rem, qua de agitur, ſubtiliter
õmodanda, verſibusq; venuſtè interſerenda.
Trãpoſitio ꝑfecta cõſtare debet totidẽ, eiſdẽ-
iteris, quib⁹ illa vox, aut oratio vnde facta eſt.
Aſſerũt nõnulli licere aſſũmi bis literã vnã,
addi, vel aliã poni pro alia. Raro autem, aut
quã faciẽdũ. Quid enim admirationis habeat
erſio, ſi literis aliũde ſumptis fieri eã liceat?

Vbi autem id acciderit, tunc ab ea, quę vel aſſumitur bis, vel numero additur, vel pro alia ponitur, incipi debet epigramma.

Curandū omnino vt ſentētētioſa grauis, acuta ſit tranſpoſitio, & eiuſmodi, vt illinc, non vi extorta, ſed ſponte oblata, ingenioſe q; reperta epigrāmati materia videat. Vt illa eſt de Mauritio Hilareto Frăciſcanę Familię Cŏcionatore inſigni.

MAVRITIVS HILARETVS.

VIRCLARVS SE HVMILIAT.

Dum ſe humili, at celſa ſub Relligione recondi
Vir gaudet clarus, clarior ille nitet.

CLADIVS MINOIS.

O ANIMVS DVLCIS.

Te ſemel vt vidi, facilem doctumque repentè
Agnoui, verbis mellifluumque tuis,
Vt vidi, haud deceptus enim, neque me abſtulit error,
Nam bene conueniens tu tibi nomen habes.
Nimirum (ignoſcant Charites, Muſæque politæ,
Et, ſi quid peccem, parcat Apollo mihi,)
Nominis hoc Anagramma tui & cognominis è re eſt,
O ANIMVS DVLCIS, quem tua ſcripta probant.

Exempla ſunt plura. *pag. 489.*

DE ARTIFICII GENERE Alio. Cap. 13.

Ad Artificioſum pertinent epigramma nonnullę carminum ſpecies, quę cùm opere in longo adhiberi non ſoleant, Epigrammatis breuitati pulchrè deſeruiunt. Eorum exempla hic nŏnulla; plura verò. *pag. 491.*

METRON TELEON, *ſiue Perfectũ car-*
en, quod partibus orationis omnibus conſtat.

ei mihi ſi toties lachrymans ad funera cogar.
eu ſi tunc monitum ſupera me in ſede locaret.

ANGRAMMATON, *quod omnes Alphabeti literas habet.*

Duc Zephyre exurgens clarum cum flatibus æquor.

RYBRACHICON, *carmẽ eſt elegiacũ, quod o Dactylo, & Spondęo, Trybrachum habet, atque Pyrrychium.*

Facinora tuus vt animus, & vt opera valet
Gerere bona, gerere, tibi quę decus erit.

LIMACTIRICON *ſiue ſcalare, quod per adus quaſi aſcendit, creſcente, in dictionibus ſingulis, numero ſyllabarum.*

Rem tibi conceſsi, Doctiſsime, dulciſonoram,
Si cupis ornari virtutibus Helliodore.

AROMOPHRONES, *ideſt diſcorditer con-rdes, bini ſunt verſus contrarij, qui dictionib⁹ men, aut Syllabis conſtant, vtrique communib⁹, eſt, quę cum vtroq; ſenſum efficiunt.*

Duo autem ſunt Paromophronum genera. A- Dictione paromophrones, alij ſyllaba. Et Syl- ba quidem multo plus habent ingenij, difficul- is, & operis.

Dictio-

Dictione Paromophrones.

lupus nutritur, vaſtat.

Et in ſyluis & omnia

canis venatur, ſeruat.

Syllaba Paromophrones.

Qu orn Gan du deco tro

os at ges plici rata phæoi

H ſuper ſtra tri proſt tro

nnibꝰ autē abſoluti numeris, dictionē habēt nul-
quæ nō ex diuerſo, cōtrario ve prĩcipio, cōmu-
verò fine conſtetur; ita vt verſus binos legēti,
tio nulla bis aſſumatur: ſic ex Gã, & ſtra, cō-
niq;, ges, Ganges, & ſtrages efficitur, ex du,
tri, communiq; plici, duplici conſtat, & triplici.
n vt in trophæo, vbi ex ijſdem initijs, & fine,
l niſi dictionis eiuſdē geminatio exiſtit, ab hoc
ficij genere prorſus aliena. Quãto enim venu-
, ſi ex diuerſis, nit, atq; dol, cōmuniq; ore, talis
et oppoſitio, decorata nitore, ꝓſtrata dolore.?

INDROMVS ſiue, Reciprocꝰ, qui vltro, citro
ectꝰ metrũ efficit ſenſumq; perfectũ. Virg.

Muſa mihi cauſas memora quo numine læſo.
Læſo numine quo memora cauſas mihi Muſa.
Digna tibi referam factorum præmia victor.

c autē parum habent leporis. Fieri verò ſolet
indromia, ideſt Reciprocatio elegans aliorum
ſuum in alios, vt Hexametri in Sotadeum.

Arma puer ponas, fuge lites, abijce tela.

ro enim ſi legatur, exiſtet Sotadeus, qui con-
Spondæo, & Pyrrychio ter iunctis, & ad ex-
um Iambo, in hunc modum.

Tela abijce, lites fuge, ponas puer arma

ametri quoq; in Senarium Iambicum, venuſta
dromia eſt.

Aurea ſublimi tecta nitore micant.

Micant nitore tecta ſublimi aurea.
Altera regreſſu metra reducta cadunt,
Cadunt reducta metra regreſſu altera.

PALINDROMI *autē Antonomaticè nominātur qui*
dam elegiaci verſus, qui in ſe ipſos eleganter re
currunt; non ſolum eodem ſenſu, ſed etiam cotra
rio. Eodem, vt Apud Iul. Scaligerum.

Deficiet cito iam conſumptum tempore flumen,
Tramite decurrit quod modo præcipiti.
Belligeros quia vis, Puer ingenioſe, ſodales
Exſuperaſſe, comes ſit tibi ſedulitas.

De vera Nobilitatis ratione.

Nobilites, Petre, te rectis ex moribus, opto,
Laudibus vt reliquis hoc decus accumules.

Contrario, qui & Antiſtrophi. Vt idem Scalig

Laus tua, non tua fraus, virtus, non copia rerum
Scandere te fecit hoc decus eximium
Vtilior ſeges eſt campis, quam culmine montis,
Flumine, quam pluuia ſit quia fertilior.

Vtrunque genus hoc exemplis potiùs quàm vl
preceptionibus intelligi poteſt, ea verò habet Po
ſis Chriſtiana. pag. 496.

DE HIEROGLYPHICO, SYMBOLO,
Emblemate, Schemate, Stemmate ſiue Impreſſa,
Pegmate, Orcheſtra, Inſignijs. Cap. 14.

Compertū eſt primos illos homines; ſed preſert
Ægyptios, & Chaldeos, ante characterum inue
tionem, vſos fuiſſe Symbolis quibuſdam,
ſculp

pturę, aut cęlaturę arte expreſsis notis, ac ſig. vt animalium, arborum, ſiderum, vel rerum um; quę Hieroglyphica nuncuparunt, quòd id recondita illa ſacrę ſapientię myſteria ſig. nda, literarum vice, vterentur; ieros enim, rum, ſacrum, diuinum, magnum, glypho verò ere vel cęlare ſignificat. ita oculus ſceptro ſitus, Dei ſymbolum, aut Hieroglyphicon a. eos fuit; ita pro fertilitate papauer, pro mor. preſſus, pro ingenio laurus, pro pace oliua, pro re leo, pro anno Sol, pro menſe Luna effin. ur, & penè innumerabilia, quę immenſo la. parique doctrina complexus eſt Pierius Va. us libris ſexaginta.

Ad Hieroglyphicorum, notarum ve huiuſmo. itationē, excogitata deinde ſunt Emblemata, ſmata, ſiue ſchemmata, quę Italicè Impreſſe. egmata etiam, ideſt armamenta ex ære, aut ore, quę in atrijs, porticibus, auliſq; affige. r, fortium virorum res geſtas, certiùs quàm a, oſtendentia.

rcheſtrę item, Actiones videlicet mutę, ſce. achinis, ac figuris tacitò loquentibus. Ars hymnia inuēta, vt oſtenderet poſſe homines,

ſine lingua, loqui; & animi ſenſa, mentiſque con-
ceptus tacendo exprimere.

Tum inſignia militaria, vulgò Arma, & qu
à diuidenda diſcernendaque ab alijs coborte, D
uiſę nominatę ſunt. Gentilitia quoque inſignia,
Nobilitatis, aut Magiſtratus, aut Dignitati
& Muneris, & Honoris, vel Dedecoris etia
notę, ac ſymbola, quę pro ipſis rebus, quas ſigni
cant Metonymicè ſumuntur.

Omnia hęc, lato quodam modo, nec impr
prio, Symboli, vel Hieroglyphici nomine int
ligimus.

Symbolum quidem eſt quaſi argumentum, r
enim, quam occultat, arguit, & quodammodo i
dicat. Eſt veluti vaticinium, indicium, nota, ſ
num, velamen, quo quidpiam obtegitur, ſed ta
doctis auribus intelligendum proponitur.

Hinc fit manifeſtum, Symboli nomine co
prebendi etiam Ænigma, cùm nihil aliud ſ
quàm obſcura ſententia per occultam ſimilitu
nem enuntiata.

Hieroglyphicon autem erat cęlata quędam
inſculpta figura ad ſignum, & indicium, ac not
rei Allegoricè intelligendę.

Quemo

Quemadmodum Allegoria aliud verbis, aliud ſu, ita Hieroglyphicon, & Symbolum, alia e huius generis, aliud figuris, aliud ſignifica- ne oſtendunt.

Genus hoc vniuerſum à Similitudinis fonte manat. Vt quiſquis aptas, ac idoneas ad animi ſenſa exprimenda; ſimilitudines excogitare icerit: huic ſanè ad Artis huius peritiam parũ odum deeſſe credendum ſit.

Nullum enim dari poteſt Symbolum, quod ſi- tudine non explicetur, vt in Impreſſa illa ciſci Calzolari, vbi campana depingitur, iux- uã man⁹ apparet, eã malleo percutiẽs, cũ in- ptione Et percuſa valet. *Nã queadmodũ cã- a quantũ valeat non niſi percuſa demõſtrat; ir patientię laude pręclar⁹, laborum rerũq; rſarum ictibus ſuam oſtẽdit virtutem.*

Quin etiam diſſimilitudine explicantur, vt in ardinalis De Eſte, *qua Prometheus facem ſam manu ferens in altum euolat, inſcriptio n eſt* Altiora, *Ac ſi dicat* Non *vt Promethe⁹ olis errantis rotã, ſed ad iuſtitię Solem aſ- , non face quidem extincta, ſed fidei lumi- gratię diuinę ſplendore accenſa.*

Quoniam verò ſimilitudo eſt quę traducit ad rem quampiam aliquid ex re diſpari ſimile, patet hinc nõ requiri neceſſariò res, quę ſint omni ex parte ſimiles ei, quam oſtendere velit Autor Symboli; ſatis enim eſt, ſi ſit aliquid; vt in ea Alexandri Viſtarini, vbi Crocodilus hanc habet inſcriptionẽ, Plorat, & deuorat. *ex multis enim eius animãtis proprietatibus, ea duntaxat aſſumit traducitur que, ad probandum, cauendum eſſe ab ijs, qui amicitię, vel pietatis prętextu, perniciem afferũt*

Apertioris autem doctrinę gratia Emblema vel Impreßa, (de quib⁹ hic inſtituitur ſermo, quę q; hodie vſitatiora ſunt) nihil aliud eſt, quàm ſimilitudo, cuius pars vna depingitur; altera verò inſcriptione, vel apertè explicatur, vt in Emblemate, vel obſcurè innuitur, vt in Impreſſa, in hoc enim maximè differunt.

Differunt etiam, quod Emblema documentum contineat vniuerſale, Impreſſa verò ſingularem reſpiciat perſonam, ſingulareq; propoſitum, quãuis id alioquin vniuerſaliter accipi poßit. propterea quod quidquid huic perſonę attribuitur, id documento eſſe poteſt vniuerſis, vt in Marci Mantuę de ſpeculo reſpiciente ſolem, cui inſcriptio eſt

Auer

ıerſum cæteris, *quo anim⁹ quidẽ hominis cu-*
ſdam Deum vnũ intuentis, cęteraque poſt ter-
relinquentis, laudatur; vbi, quod ſingularis
ſonę laudationi ſeruierat, id ad vniuerſale
muneque documentnm valere poteſt.
Tertio differunt, quod in Emblemate figurę
ltę eſſe poſſunt, contra in Impreſſa.
Negat Hieronymus Ruſcelius inſcriptionem
Symboli animam, corpus verò picturam. Ait
n conſequens eſſe vt cadaucra fuerint multa
ea q; pręclara Symbola, quę ante inuentas li-
s, vel deinde, à viris ſapientibus excogitata
t. Ideoq; Autoris intentionem verè, ac propriè
mam dici debere.
ſed quia opinio hęc aboleri iam ex hominũ mẽ-
difficulter poteſt; & Symbolũ quidẽ ipſum,
t pictura ſimul cum inſcriptione, corporis ani-
i officio fungitur; ambę corporis nomine intel-
ıtur, Autoris verò intentio, ita ſignificata,
poſiti huius operatio nominetur.
Figuras eſſe oportet eiuſmodi, quę ſine hoc, illo
olore cognoſci, vt plurimùm, queant. Quæ pul-
n· quę nouum, quę mirabilem aſpectũ habeant.
genti, vel nationi, ſaltim fama, cognitę ſint.

Quæ penicillo exprimi demōſtrari q; ritè poſſint.

Quod autem aiunt vltra duas eſſe non debere in Impreſſa figuras: intelligendum eſt quoad genera, vel ſpecies, non quoad indiuidua, vt vocant, Quemadmodum in Marci Antonij de Leiua, vbi apes multę alueare circum volant, eſtq; inſcriptio Sic vos non vobis, figurę non ſunt ibi plures duabus, alueare quidem vna, apes verò altera, quod apes vnius ſint ſpeciei, & vnum, idēq; officium pręſtent.

Et in Cardinalis Borromei, vbi ceruus multis circundatus ſerpentibus ad fontem properat, cui inſcribiť Vna ſalus, duę tantū figurę ſunt, nēpe ceruus ita vexatus, & fons. Item in Marchionis de Vico, mallei duo adamātē in medio igne percutiūt, eſt q; inſcriptio, ſemper adamas, ignis quidē & mallei, cū ad vnā exprimendā actionem tendant, pro figura vna ſumūtur, adamas pro altera.

Conſtat ergo figuras non primarias, & quaſi Dominas, ſed quę vt comites & adminiſtrę, vel ornatus, vel proprietatis, ac decori gratia ponuntur, vt cęlum, vt terra, vt mare, vt hortus, vt ſidera, vitioſas non eſſe. Immo vitio tribuendum, ſi cōtra picturę artis pręcepta, exercere quis velit

artem

rtem hanc, quę ſine illius beneficio conſtare non
oteſt.

Figura humana minimè reprehenditur, niſi cũ
muni veniat & ordinario veſtimẽti genere, quo
hil habeat nouitatis, varietatis, expectationis.
bi autẽ ita perſona effingit, vt vel ornatu cor-
ris inuſitato, vel actione quam exprimit, vel cir-
nſtãtia qualibet non vulgari, admirationem con-
tet, pulcherrimum fit Emblema, vel Stemma,
ue Impreſſa.

Paſſī namq; deos, nymphas, ſatyros, virtutes,
tes, vitia, à ſapientib⁹ viris effingi videmus, ꝗ
rum rerum figura, licet humana, tamen vt inu-
ata & rara, oculos rapiat. Talis Guidonis Bẽ-
uoli Atlas cęli machinam ſuſtinens, cui Maius
bus inſcribitur. Talis Federici Ducis Mãtuę
auper ille peregrinus cum hac inſcriptione,
cętera. Talis Archiducis Auſtrię Fortuna
de altero inſiſtẽs globo, cui⁹ inſcriptio eſt, Au-
ces iuuo. Et Gabrielis Zaię Phaeton à Phębo
is currus accipiens, habens inſcriptionis loco
d Ouidij Media tutiſsimus ibis.

Solet corporis pars perſonę actionem exprime-

re. *Vt in Franciſci Cigala vbi manus pulſat ia-nuã, loquiq; videtur hęc verba*, Fin che ſe apra. *Et Georgij Serlupi Manus facem accenſam ven-torum flatibus oppoſitam tenens, cum inſcriptione,* Agitata reuiuo. *Paradini denique, man⁹ duę cor-nu copię complectentes, adſcriptis verbis.* Dita ſeruata fides. *Quid enim abſurdũ magis, quàm ſi ad hęc, & ſimilia exprimenda, corpus, corpora v ipſa pingerentur?*

Impreſſa, ſi eo animo fiat, vt ſemel duntaxat vno intuitu & quaſi tranſitu inſpicienda ſit, opor-tet eſſe quàm maximè perſpicuam, tum figura, tum inſcriptione. Si autem fiat ad ſpatium tèmporis a-liquantò longioris, nempe ſi vel parieti affigend ſit, vel offerenda Męcenati, maieſtas ei maxim accedet, & autoritas, ſi à communi ſeparetur in-telligentia, detur que locus ingenij exercendi, va-rièque ſentiendi occaſio.

Impreſſę inſcriptio vnius ferme ſit hemyſti-chij, ſiue Adonici, nunquã tamen vno longior He-xametro. Nec figuram vllam declaret, ac nom-net. Nec perſe, ipſa ſenſum faciat perfectum Nec rem explicet, ſed viam ad intelligendum a-periat, ita vt figurę verbis, & verba figuris adiu-uentur

ntur. Fiat plęrunq; ſine verbo, quod tamen non fficulter intelligi queat. Quanquam ſi varios beat ſenſus, quibus auditoris deludatur, & exceatur ingenium, plus habet iucunditatis.

Contrà in Emblemate, cuius titul⁹ ſiue inſcriio Autoris mentem declarat. ea verò declaratio lcbrior exiſtet, ſi aliqua fuerit inſignis ſentē, vt in Claudij Paradini, vbi regali ſceptro collitus eſt ruſtic⁹ ligo, & inter hęc duo, ſupraposita ortis effigies, cum inſcriptione, Mors ſceptra gonibus ęquat.

Vehementer placent Impreſſę, quę ab Armis, l inſignijs nobilitatis, Doctoratus, dignitatis ve muntur, addendis tamen, auferendis, mutãdis ous, quę Autoris propoſito, intentioni ve cõuee videbuntur.

Solent etiam Arma ipſa ſua cuipiam dicari, e inſcriptione, eorũque fieri carmine declaratio.

Proſperi à Bauma Comitis Montis Reuelli.

Te ſapere alta monent tua ſtemmata, Bauma, colorque
Cæruleus, pelago, perſimiliſque Polo.
Nam tibi cælæſtis mens, & cælæſtis origo eſt,
Et ſupereſt, quanuis fluctuet illa mari;
Atque vt in igne aurum ſic ſcuti effulget in auro
Pura Fides, puri pectoris indicium.
Quod ſi fraterno decor hic addatur honori,

 Proque

Proque Fide effuſi ſanguinis ipſe color.
Non ego te Heroem, dicam te, Bauma, beatum,
Si qua homini in terris vita beata datur.

ALIVD EIVSDEM.

Ecquid cæruleo deſignant ſtemmata fluctu?
Eloquij, Proſper, flumina magna tui.
Quid referunt diſtincta gradus quos cærula fingunt?
Virtutes, quarum tendis ad aſtra via.
Sic gemina proauos imitaris laude potentes,
Conſpicuos que domi, conſpicuos que foris.

Quanquam magis naturale quidem eſt Emblemati, quàm Stemmati, vt ei epigramma ſubſcribat, expoſitioni ſeruiens: tamen Stemma etiam ſubſcripto carmine declarari gaudet, accommodariq; ad rem, vel perſonam, cui dedicatur.

Sub Octauiani Paſqua Epiſcopi Geraci Stemmate, leo depingitur manu altera roſas attingens, altera eas quaſi defendens, cuius inſcriptio. Mitem animum ſub pectore forti. *Huic Pompei Arnolfinus hos ſubſcripſit verſus.*

Eſt roſa flos Veneris, leo Martem in prælia ducit,
Et Deus hic fortis, mitis at illa dea eſt.
Seruandum hinc animum forti ſub pectore mitem
Clara tuæ gentis ſtemmata, Paſqua, docent.

Pictę Poeſis *Autor, cui nomen B. Annuli Stēma ſibi cōfinxit, Anguē videlicet, caudā ore tenētē, in medio autē, quē facit, circulo, roſę cernūt, cū inſcriptione* ęternū & tēporariū *infra vero, hęc.*

Obſcu

Obſcuri generis cum ſim, nullumque geratur
  A gentilitijs nobile ſtemma meis.
Et mihi cum fuerit pater Annulus, & Roſa mater,
  Ex vtroque meum ſchema parente gero.
Annulus in ſeſe reuoluti circulus anguis
  AEternum ſignans eſt Hieroglyphicon.
At Roſa corporis eſt nota non obſcura caduci,
  Quæ perit hoc ipſo, quo fuit orta, die.
Scilicet vt quoniam mortali corpore conſto,
  AEternaque animа, Symbolon hoc habeam.

o eo Caroli Quincti ſtẽmate de columnis Her-eis inſcripto Plus vltra, *hoc legitur epigrãma.*

Carolus Occiduæ Princeps Auſtraſius oræ,
  Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet,
Iupiter in Cœlo, terrarum Cæſar in Orbe,
  Inter hic humanos imperat, ille deos.
Nec mirum. Mars fortis enim ſapiens que Minerua
  Dant manibus præſens talibus auxilium.
Parua foris ſunt arma, domi prudentia ſi abſit,
  Magnanimus , prudens, Cæſar vtroque viget.
Vt nunquam his velut Herculeis firmata columnis,
  Gloria Cæſarei corruat imperij.
Nec dum finis hic eſt; Duce ſed virtute, ſequentem
  Fortunam euentis proferet vlterius.

Cęſaris Borgię armato milite , manu altera di orbem tenente, altera ſchedam plenã notis hmeticę, o o o nimrũ, quę per ſeſe nihil quidem ficant; cum inſcriptione Aut hoc, aut illud.

Borgia Cæſar erat factis, & nomine Cæſar,
  Aut nihil, aut Cæſar dixit, vtrumque fuit,

Me-

Media enim iuuentute in Nauarrę Regn[o] trucidatus eſt.

DE AENIGMATE Cap. 15.

Aenigma eſt oratio Allegorię obſcuritate ad intelligendũ difficilis. Quintiliano Allegoria quędam obſcurior. Athenęo Quæſtio iocoſa, quę imperat cogitatione inuenire propoſitam rem honori[s] gratia. Verè autem nihil aliud eſt, quàm difiniti[o] rei, ſiue deſcriptio (per metaphoras, aut proprietates occultas, vel obſcura ſigna & indicia, qu[æ] contraria interdum, & repugnantia videntur) explicans quid ſit, quod definitur.

Eius autẽ duplex eſt ratio, aut enim in vocib[us] verſatur ſimplicibus: vt cùm excogitamus in eod[em] nomine multa ſignificata. Siue illud retro legimus, ſiue diſsipamꝰ in ſyllabas, ſiue aliter interpolam[us].

Aut in rebus, vt cum per allegoriam, verbaq[ue] metaphorica, & ambages huiuſmodi, rem ipſam obſcuramus.

Proponi ſolent Ænigmata non ſolum ſermon[e] vel ſcripto, ſed pictura etiã ſola, vel cũ carmin[e] illã breuiter explicante, quęrente q; ſolutionem.

Quæ verò in exemplum afferuntur, eorũ quidem ſolutio diſtichis hiſce duobus, eo, quo ſcribẽtur ordine, continetur. Annus

Annus, nix, nebulæ, paries, pila, ſpongia, vitrum,
Pes, campana, rotæ, Terminus, olla, manus.
Viuumque argentum, ſomnus, fumuſque, teredo,
Cos, tempus; Ionas æquore, pane Deus.
Eſt vnus Genitor, cuius ſunt pignora bis ſex,
His quoque triginta natæ, ſed diſpare forma,
Aſpectu hinc niueæ, nigris ſunt vultibus inde,
Sunt immortales omnes, moriuntur & omnes.
Candidior corui plumis, ſum filia Brumæ,
Dura minus glacie, ſed nec minus algida, fungo
Rarior, ac fluidam in lacrymam tabeſco tepore:
Signo nouem, fuerit ſi littera prima reciſa.
Cor mihi ſi iungas vix eſt auis atrior vlla.
Nox ego ſum facie, ſed non ſum nigra colore,
nque die media tenebras tamen affero mecum,
Nec mihi dant ſtellæ, lucem, nec Luna nitorem.
Arte coagmentor, quadrato vt marmore ſurgam,
Defendam nimbos, bella, togamque iuuem.
E demas Idæ paſtor, iudexque Dearum,
Dicar, & exitium, Dardana Troia, tuum.
Tollito, P, cornu ferio, ruo mænia, cęlum
Orno, Helles vector, victima grata ſacris.
Glabra foris, piloſa intus, ſpecieque globoſa,
Exilio, quanquam mi pedis vſus abeſt.
Aereas que carens pennis volitabo per auras,
Et vires crebro pulſa reſumo nouas.
Tethyos vndiſonæ medijs ego naſcor in aruis,
Meque cauernoſam fiſtula crebra forat.
Non inuita graui leuis impleo viſcera ſucco,
Illum aut vi reuomo, aut pondere preſſa graui.
eris excludo, tempeſtatumque malignam
im, tranſmitto tamen lumen, nec perfluo, Bacchum
lmis accipio; noſtræ que fideliter aluo;

Aſſy-

Aſſyrios nimbos, fragrantiaque vnguina credas,
Lumina confirmo, ſpeculique exærceo munus.

8 Metior, ingredior, tendoque & carbaſa laxo,
Nec moduli aut verſus me ſine ſtare queunt.

9 Excubat os nitidum patulo mihi ſemper hiatu,
Nunquam ſponte loquar propria, nec ſponte tacebo.
Edere nec ſoleo, niſi duro verbere, vocem.

10 Quattuor, aut geminæ currunt ex arte ſorores,
Sic quaſi certantes, cum ſit labor vnus eiſdem.
Et prope ſunt pariter, nec ſe contingere poſſunt.

11 Semel ne minus, an bis minus, non ſat ſcio,
An vtrumque horum, vt quondam audiui dicier,
Ioui ipſi Regi noluit concedere.

12 Stat currente rota ductus cauus alueus, ipſa
Conditus è terra, Mulciberi in gremio.

13 Porrigor in ramos quinos, & quilibet horum
Diditur in triplices nodos, niſi quintus egeret
Vno, qni ſolus reſpondet robore cunctis.
Vndique colliculis ſurgo, in vallem que reſido.

14 Quidquid id eſt magna pollet grauitate, tametſi
Mobilitate viget, ſi vinclis exeat arctis,
Labitur in partes mille, & reparatur in vnum
Rurſus, & immutat ſpecies rerum, atque colores.

15 Sponte mea veniens varias oſtendo figuras
Ttriſtia, læta, metum, ſpem fingo, & miſceo veris,
Et me nemo videt, niſi cui ſunt lumina dempta.

16 Sunt mihi, ſunt lachrymæ, ſed non eſt cauſa doloris,
Eſt iter ad ſuperos, ſed me grauis impedit aer,
Et qui me genuit ſine me vix naſcitur vnquam.

17 Littera me pauit, nec quid ſit littera noui,
In libris vixi, nec ſum ſtudioſior inde,
Exedi Muſas, profeci nil tamen ipſa.

18 Sum terræ ſoboles, radiati Solis imago,

Forma libratam geminus me ſuſtinet axis.
Attenuor, tenuoque ſimul, celerique volatu
Perpluor impulſa, & vires aſpergine ſumo,
Omnia fœcundans elementum abſumo, vomoque
In medijs (dictu mirabile) fluctibus ignem
Quin nuda omnigenis occurſo durior armis
Obiectoſque domo lacera cute certius hoſtes.
Quidquod & arceſſor, quamuis innoxia, cædis?
Eſt cuius cunctis æqua eſt data portio, cuius
Ex æquo egemus infimi, atque maximi.
Quidquod idem nimium huic, aut parcè ſuppetit illi,
Vt quiſque rectè, ſecius ve eo vtitur?
Sum, non dum dira confectus morte, ſepultus,
Non me vrna, aut ſaxum, non humus vlla tegit,
Et loquor, & ſapio, & vitalibus abdicor auris,
Meque capit viuus, meque vehit tumulus.
Quæſo, quis a multis capitur, neque tangitur vnquã,
Nec capitur captus, ſed capit ille magis?
Nec ſentis captum, nec ſentis cum accipis ipſum,
Tu capis, & tamen eſt, qui nequit ipſe capi.
Quodque vides, non eſt, quodque eſt, cũ laude videbis,
Si capias, debet qua ratione, capi.

mẽs Alex. refert ad Dariũ, loco epiſtolę miſſa murẽ, ranã, auẽ, ſagittã; ſic à Duce quodã llecta, Nos verò quantũ hęc Symbola oſtẽdũt, aut terrã ſubeamus, vt mures; aut aquã, vt : aut euolem⁹, vt aues: nõ effugiem⁹ ipſorũ te- eq; enim terrę, quã ipſi arant, domini ſum⁹. Proponi ſolent Ænigmatis vice, verſus, quo- pleraq; vocabula, non ſcripto, ſed pictura cõ- tiu, vt his cõponendis lector exerceatur.

Es Pharos, es nauis,noſtri es tuta anchora portus,
Fonſque, ſalutares vnde bibuntur aquæ.

Huc etiã referũ cùm videlicet, aßignata materia quapiã,initia proponunt,& fines carminis explẽdi, perficiendi q; ab ipſo lectore, quaſi ei⁹ auxilio ad id faciendum egeremus, vel rei difficultate, vel materię preſtantia, vel cauſa qualibet alia.

Dicere de rebus tantis res ardua nobis,
Si potes, inceptum perfice, lector, opus.

Laude—————————poßint
Dic—————————habet.

Pulchrũ magis,cùm vocabula ſenſũ efficiũt. Vt,

Grata—————————laudet
Muſa—————————virum.

MACARRONEVM *dicitur facetũ carmẽ,ex latina, & materna lingua,vel alia Regioni non incognita permixtim conditum.*

Placent in eo,figurę omnes, & Solęciſmus ac Barbariſmus inſignis. In pedibus numer⁹ ſeruãdus. In ſyllabis latinis dimẽſio perfecta; in alienis liberior: modo ne vocalis ante duas conſonantes, breuis fiat, Huius generis libros conſcripſit Merlinus Cocaius, cuius nulla hic ſubijciuntur exẽpla quòd linguas ille admiſcuerit ab Hiſpanis longè remotas.

EPITA

EPITAPHIVM QVID SIT, QVAE IPSIVS MATERIAE Tractatio. Cap. I.

PITAPhium eſt epigramma funebre, quod defuncti Sepulchro inſcribitur. Hoc n laudationis genere verſatur, ſic ei⁹ materia is, legeſq; non paucę ab Exornationis pręce- ,locis q; Inuentionis, pręſertim verò ab Ad- ctis, petendę ſunt.

Ex bonis igitͬ, vel animi vel corporis, vel ex- is, ea in Epitaphio complectemur, quę in de- uo maximè excelluere. Cùm autem breuiſſi- eſſe debeat Epitaphium, inſignibus duntà- laudibus in eo locus eſt.

Eius mira eſt, & varia tractatio. Aut enim imur in ipſam Mortē, in Parcas, in cauſam itus.

ipſum alloquimur ſepulchrum, marmor, tu- m, viatorem, patriam, familiam, affines, a- , hoſtes, vitia, virtutemque ſimpliciter, vel qua ille conſpicuus fuit.

Aut his etiam rebus ſermonem affingimus, utę ſunt, & inanimes: eaſquoque ipſas af- i, ac lugere dicimus.

Aut conſolamur propinquos & familiares de-functi, à fęlicitate, quà ipſum in cęlò potiri, tot ornata virtutibus vita argumento eſt.

Aut ei, qui virtutis gratia tam fortiter ela-borarit, placidam quietem, & gaudia ſempiterna vel eſſe dicimus, vel fore precamur.

Peropportuna item eſt Reſurrectionis corpo-rum recordatio: ideoq; Poetę, vel Muſę ad cine-res, oſſaq; ipſa, vel ipſorum ad populum, ad vi-torem, ad ſuos, ad animam, vel è conuerſo, ſerm-cinatio valet plurimum.

Antiqui mortuorum tumulis inſtrumenta in-ſculpebant artis eius, quam ipſi exercuiſſent: v-piſcatorum retia, nautarum naues, agricolarum aratra, ducum & virorũ fortiũ aquilas, leone tigrides: ob virtutis & præſtantię ſimilitudin Poſſum⁹ nos eò alludere, & ex defuncti Arm-rũ genere, ex ſtẽmatis, & inſignibus nobilitati vel Magiſtratus, vel dignitatis, vel ex notis d-niq; literiſq; Hieroglyphicis, quibus alia vel al ſignificatur virtus, qua ipſe ſe præſtantem pr-buerit, laudationi materiã quærere. Et pictur emblemateque huiuſmodi, tumulum decorare. D-nos etiam ratione laudare.

EP

ITAPHII EXEMPLA Cap. 2.

VSCI EPITAPHIVM MART. Lib. 6.

cri lateris cuſtos, Martiſque togati,
edita cui ſummi caſtra fuere ducis:
tus eſt, Fuſcus, licet hoc, Fortuna, fateri,
n timet hoſtiles iam lapis iſte minas.
e iugum domita Dacus ceruice recepit,
umulum victrix poſsidet vmbra nemus.

EPIT. VRBICI PVERI Lib. 7.

us hic ego ſum Baſsi dolor Vrbicus infans:
genus, & nomen maxima Roma dedit.
hi de prima deerant trieteride menſes,
erunt tetricæ cum mala penſa Deæ,
pecies, quid lingua mihi, quid profuit ætas?
acrymas tumulo, qui legis iſta, meo:
ethæas, niſi Neſtore ſerior, vndas
eat, optabis quem ſupereſſe tibi.

PIT. SCORPI. Lib. 10.

Idumæas triſtis victoria palmas:
ge fauor ſæua pectora nuda manu.
onor cultus, & iniquis munera flammis
coronatas gloria mœſta comas.
nus, prima fraudatus, Scorpe, iuuenta
is: & nigros tam cito iungis equos.
illa tuis ſemper properata, breuiſque
it, & vitæ tam propè meta tuæ?

IT. HEROTIONIS IBIDEM.

ata requieſcit Herotion vmbra,
ne quam fati ſexta peremit hyems.
eris noſtri poſt me regnator agelli,
us exiguis annua iuſta dato:
rpetuo, ſic turba ſoſpite ſolus
in terra ſit lapis iſte tua.

EPIT. NOBILIS MATRONAE.

Marmora parua quidem, ſed non ceſſura, viator,
Mauſolei ſaxis, pyramidumque, leges.
Bis mea Romano ſpectata eſt vita Terento,
Et nihil extremos perdidit ante rogos.
Quinque dedit pueros, totidem mihi Iuno puellas:
Clauſerunt omnes lumina noſtra manus,
Contigit & thalami mihi gloria rara: fuitque
Rara pudicitiæ gloria nota meæ.

EPIT. PARIDIS Lib. II.

Quiſquis Flaminiam teris viator,
Noli nobile præterire marmor.
Vrbis deliciæ, ſalêſque Nili,
Ars, & gratia, luſus & voluptas,
Romani decus, & dolor theatri,
Atque omnes Veneres, Cupidinèſque,
Hoc ſunt condita, quo Paris, ſepulchro.

EPIT. CANACES PVELLAE.

Aeolidum Canace iacet hoc tumulata ſepulchro,
Vltima cui paruæ ſeptima venit hyems.
Ah ſcelus, ah facinus, properas quid flere viator?
Non licet hic vitæ de breuitate queri.
Triſtius eſt leto leti genus: horrida vultus
Abſtulit, & tenero ſedit in ore lues:
Ipſaque crudeles ederunt oſcula morbi,
Nec data ſunt nigris tota labella rogis.
Si tam præcipiti fuerant ventura volatu,
Debuerant alia fata venire via.
Sed mors vocis iter properauit claudere blandæ:
Ne poſſet duras flectere lingua Deas.

EPIT. VENERIS APVD AVSON.

Orta ſalo, ſuſcepta ſolo, patre edita Cœlo,
Aeneadum genitrix hic habito, alma Venus.

CYNAEI.

pontus habet, tumulus ſine corpore nomen,
na homines inter, cœlum animus repetit.
elementa duci tanto commune ſepulchrum:
æ: Cœlum, & Tellus, & Mare, & ora virum.

HECTORIS.

is hic tumulus, cum quo ſua Troia ſepulta eſt:
duntur pariter, qui periere ſimul.

CAROLI. Q. EX CAPILVPO.

domuit tollentes cornua Reges
olus, atque Aſiæ terror & horror erat.
bus Libyam calcauit victor, & illi
meras victus præbuit Indus opes.
ſibi frænum iniecit, fratrique regendum
rium, & nato cætera regna dedit.
it, è nobis & honores temnere, & vnum hoc
te mortales, Puluis, & vmbra ſumus.

VMVLVS HECTORIS.

patriæ iuuenum fortiſsimus Hector,
murus miſeris ciuibus alter erat,
it telo violenti victus Achillis,
buere ſimul ſpeſque, ſaluſque Phrygum:
us Aeacides circum ſua mœnia traxit,
iuuenis manibus texerat antè ſuis.
ntos Priamo lux attulit illa dolores?
fletus Hecubæ, quos dedit Andromachæ?
m pater infelix auroque repenſum
dit, & mœrens hac tumulauit humo.

RCVLIS STROZAE TOSC. TOM. I.

tum Eridani Permeſſus alebat,
& vatem Marſque, Venuſque ſuum.
anus iuueni, & fatalia duris
polliſibus perſecuere Deæ.

Vxor honorata manes dum conderet vrna,
Talia cum multis dicta dedit lacrymis.
Non potui tecum dulcem conſumere Vitam,
At iam adero amplexans te cinerem ipſa cinis.

COTTAE APVD SANAZ.

Sperabas tibi docta nouum Verona Catullum:
Experta es duros bis viduata deos.
Nulla animum poſthac res erigat, optima quando
Prima rapit celeri Parca inimica manu.
Quae tamen vt vidit morientis frigida Cottæ
Ora, ſuum faſſa eſt crimen, & erubuit:

TVM. MEDICI, EX FRACASTORIO.

Dum medica Montane doces ope vincere fata,
Et Lacheſi inuita viuere poſſe diu,
Letheo indignans preſsit te Parca ſopore,
Et ſecuit vitæ grandia fila tuæ.
Sic animas & tu, Aſclepi, dum ſubtrahis orco,
Te quoque ſæuorum perdidit ira Deum.

PARENTVM NOMINE, SANAZ.

Nate patris matriſque amor & ſuprema voluptas,
Accipe quæ nobis te dare par fuerat.
Buſta eheu triſteſque notas damus: inuida quando
Mors immaturo funere te rapuit.

BEMBVS IN LVCILIVM SVVM.

O multum dilecte puer, quæ dura parenti
Fortuna inuidit te ſupereſſe tuo?
Quam producebam lætus te ſoſpite vitam
Erepto peior morte relicta mihi eſt.

FILII GRANDIORIS.

Non lachrymis indigne meis, nec honore ſepulchri
Rapte mihi ante diem dulcis alumne iaces.
Intra bis denos te oſtendit, & abſtulit, annos
Parca ferox, votis inſidiata meis.

Nec

potuit probitas, nec amœni gratia vultus
lectere, non ætas, nec pia turba Deam:
hominum ſtolidas, tumulaui mœſtus ephœbum,
Qui me debuerat lætus humaſſe ſenem.

INFANTVLI EX LVCIANO.

ne ſollicitum, poſt quintam barbara meſſem
ors puerum è viuis Callimachum rapuit:
aue me plores: pauco qui tempore vixi,
uca etiam vidi, ſuſtinuique mala.

INFANTVLI EX TOSC.

didulus, nitidus, pulcher, dulciſsimus infans,
eliciæ matris, deliciæque patris,
itus eſt teneris raptus Lucillius annis,
: roſa quæ ſubitis imbribus icta cadit.

ADOLESCENTIS.

hic iaceo, primæ quem flore iuuentæ
cerpſit rapida mors inimica manu,
ſtes annos, iuuenem me fata tulerunt:
ngenium, dices me perijſſe ſenem.

SPI. AVTORE INCERTO.

Ablatus mihi Criſpus eſt, amici:
Pro quo ſi pretium dari liceret,
Noſtros diuiderem libenter annos.
Nunc pars optima me mei reliquit
Criſpus præſidium meum, voluptas,
Pectus, deliciæ: nihil ſine illo
Lætum mens mea iam putauit eſſe.
Conſumptus malè, debiliſque viuam,
Pluſquam dimidium mei receſsit.

SYLVIAE, EX TOSCAN.

haritum hi tumuli? Charitum ſunt. non tamen hic eſt
Charis, ſed & eſt ipſa ſepulta Venus.
muli hi Veneris? Veneris ſunt. nec tamen hic eſt

Sola.

Sola Venus. ſed & hic ipſa Minerua iacet.
Hic ne Minerua iacet? iacet hic. ſed non tamen illa hic
Sola iacet. ſed & hic ipſa Diana ſita eſt.
Ergo etiam periere deæ? dubitas ne perijſſe
Poſſe deas? potuit Syluia ſi ipſa mori?

M. ANT. GABRIELIS VENETI.

Demeſſam patriæ ſegetem creſcentibus herbis
Morte tua venerande puer, ſpecimènque relinquis
Præreptum genti morum & virtutis auitæ.
Te Pataui colles, vitrea te Silis in vnda,
Te Veneti fleuere lacus, têrque Hadria vaſtum
Impleuit gemitu mœrens,& queſtibus æquor.

PHILIPPI BEROALDI MINORIS.

Felſina te genuit, colles rapuere Quirini,
Longum audita quibus Muſa diſerta tua eſt.
Illa dedit rerum domino placuiſſe Leoni,
Thebanos Latio dum canis ore modos.
Vnanimes raptum ante diem fleuere ſodales:
Nec Decimo ſanctæ non maduere genæ.
Quæ pietas Beroalde fuit tua, credere verum eſt,
Carmina nunc cæli te canere ad citharam.

SCYTHAE POETAE FELTRINI.

Scythæ oculos cluſit Phœbus, fleuere ſorores:
Fleuerunt Charites, funera duxit Amor.

CERTALDI PHILOSOPHI.

Et terram, & cælum ingenio Certaldus obibam,
Quæque fuere alijs clauſa, recluſa mihi.

LEONICI EPITAPHIVM.

Naturæ ſi quid rerum te forte latebat,
Id legis in magno nunc,Leonice,Deo.

IN THEODORVM GAZAM.

Cum terram hinc noſſet Theodorus, & aera, & Vndas,
Iam reſtant, inquit, ſydera: Terra Vale.

EX VETVSTIS. R. LAPIDIBVS.

ic iacet, in medio quæ concidit, Angela, partu,
Dum Iuno grauidæ, ſæua negaret opem:
npia res, tenerum ſaltem mors improba fætum
Liquiſſet miſero, matre cadente, patri:
ıt matrem potius; quis enim dum carpſerit vuas,
Ipſam etiam vitem ſubſecuiſſe velit?
audite vos ſteriles, ſoboles hanc perdidit: & ſic
Sæpê ſolent ramos frangere poma ſuos.

LAVRENTII FOSCANI.

virtus, Pietaſque mori, ac Prudentia poſſent,
Debuerant, Laurens, te moriente, mori.

DVCIS ALBANI.

ɔle ſuper tumuli, ſub quo Dux accubat Albœ,
Ponit equus fremitum, ponit oliua comas.
uippe ſepultus ibi eſt flos armorumque, togæq;,
Pacis, & (heu) belli norma ſepulta iacet.

MARCHIONIS PISCARIAE.

is iacet hoc gelido ſub marmore? Maximus ille
Piſcator, belli gloria, pacis honos.
nquid & hic piſces cepit? non: ergo quid? vrbes
Magnanimos reges, oppida, regna, duces.
quibus hæc cepit piſcator retibus? alto
Conſilio, intrepido corde, alacrique manu.
i tantum rapuere ducem? duo numina Mars, Mors,
Vt raperent quidnam compulit? Inuidia
nocuere tamen, viuit nam fama ſuperſtes,
Quæ Martem, & Mortem vincit, & Inuidiam.

*erdum etiam epitaphio, demortui facta vitu-
ıntur, vt illo de Gaſpare Collinio Hæretico,
mari merſus interijt.*

lę optarem tumulo ſuperaddere carmen,

Dux tibi, ſed quid agam? non video tumulum.
Vmbra ſepulcrali careat licet impia buſto,
Aſt celebre in vicis hoc tibi carmen erit.
Ebrius, Hæreticus, prœdo ſitienſque cruoris
Corruit, exardet, pendet, in amne iacet.

ET IN VESPIAM IRACVNDAM.

Tres habuit furias quondam, ſed Veſpia Manes
Vt petijt, furias quattuor Orcus habet.

Iocis etiam & ſalibus datur aliquando locus. Vt illo Mart. lib. 9. Epitaphio. Philenis.

Sæcula Neſtoreæ permenſa, Phileni, ſenectæ.
Rapta es ad infernas tam cito Ditis aquas?
Euboicæ non dum numerabas longa Sibyllæ
Tempora, maior erat menſibus illa tribus.
Sit tibi terra leuis, mollique tegaris arena,
Ne tua non poſsint eruere oſſa canes.

TVMVLVS COQVI TOS. Tom. 1.

Hic dum forte cani fugienti feruidus inſtat,
Altius impreſſo ſe necat ipſe veru.
Illud credibile eſt aliquam rexiſſe ſororum
Eumenidum, & miſeri pectus adiſſe coqui,
Tartarei imperio Regis, cum forte deeſſet;
Qui coqueret ſtygio fercula nigra Ioui.

DE EPICEDIO NAENIA, MONODIA Cap. 3.

Epicedium, carmē olim fuit, ante humationē cadaueris recitari, aut cōcini ſolitū. Ab eo quidē Monodia, & Nęnia nihil propemodū differūt; Monodia enī dicitur quaſi vnius cantus, nam cęteris ante ſepultum cadauer flentib⁹ ſola canebat præfica. Nęnia vero id carmen erat, quod cum lamētatione, ac laude, vltimū mortuo canebāt. Conſue

tudo, quę vt rerũ aliarũ, ſic verborũ Domina eſt, Epicedij nomẽ ad carmen funebre q̃cunq; indicãdũ traſtulit. Pręcipuè verò pro longiore quadam lamentatione, ac laudatione funebri accipitur. Huius autẽ & materia, & tractatio eadẽ eſt, quę Epitaphij. Talem ſibi Dido cantionem, conſtructa pyra, in gladiũ incubitura effundit. 4. Æn. habet ſupra. pag 52. Ita & Mater, Euryalũ à Rutulis interẽptũ plorat. 9. Æn. ſup. pag. 66. Sic Pallas mortuꝰ lugetꝛ ab Ænea. 11 Æn. ſup. pag. 69.. Et in Suppl. Virg. Daunus, Turni ab Ænea interfecti Pater, ſic lamentatꝛ, & laudat filiũ.

Nate patris dolor, & feſſæ miſeranda ſenectæ
apta quies, quo me tantis iactate pericl's
uxiſti, & ſæuis tandem deuicte ſub armis?
uo tua me præſtans animi conſtantia vexit?
ic claræ virtutis honos? hæc gloria ſceptri?
oc magni decus imperij? taleſne triumphos
ate refers? hæc illa quies promiſſa parenti
fflicto toties? hæc meta optata laborum?
eu miſerum quam præcipites labentia caſus
cla agitant? quanto voluuntur fata tumultu?
ui iam ſublimes referebas clarus honores,
magnus toto in Latio, quem Troes in armis
rrendum, & trepidi toties ſenſere furentem,
unc mi Turne iaces miſerandum, & flebile corpus,
n mutum eſt ſine voce caput: quo pulchrior alter
n fuit in tota Auſonia, nec gratior vllus
quio, nec quis poſitis ingentior armis.

Nate vbi forma nitens, niueaque in fronte ſerenus
Ille decor, dulciſque oculorum aſpectus, & altæ
Sidereus ceruicis honos? his gloria Martis
Contigit auſpicijs? tali rediture paratu
Diſcedens voluiſti auidis te credere bellis?
Heu mortem inuiſam quæ ſola vltricibus armis
Elatos frenas animos, communia toti
Genti ſceptra tenens, æternaque fœdera ſeruans.
Quæ magnos, paruoſque teris: quæ fortibus æquas
Imbelles, populiſque duces, ſeniumque iuuentæ.
Heu mortem obſcuram? quæ cauſſa indigna coegit
Eripere, atque meum crudeli vulnere natum
Afficere? o felix tam grato cædis Amata
Succeſſu lætare tuæ: quæ tanta dolorum
Fugiſti monimenta, grauiſque immania caſus
Pondera. quid miſero genitori plura paratis
O ſuperi? natum rapuiſtis, & Ardea flammis
Conſumpta in cinerem verſa eſt: nunc æthera pennis
Verberat. ah me Turne tua plus cæde cruenta,
Deerat adhuc ſors iſta patris ſuprema ſenectæ.
At vero tali ſe res cum fœdere verſant,
Vt quem infeſta furens miſerum fortuna moratur,
Illum omni petat infrendens, & turbine cogat.

Ecloga Maronis 5. hunc in locum ideo reſeruata, qua Mopſus Daphnidi canit Epicedium.

MEN. Cur non Mopſe (boni quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leues, ego dicere verſus,
Hic corylis mixtas inter conſedimus vlmos?
MO. Tu maior: tibi me eſt æquum parere Menalca:
Siue ſub incertas Zephyris motantibus vmbras,
Siue antro potius ſuccedimus. aſpice vt antrum
Silueſtris raris ſparſit labruſca racemis.

ME. Montibus in noſtris ſolus tibi certat Amyntas.
M. Quid, ſi idem certet Phœbum ſuperare canendo?
ME. Incipe Mopſe prior, ſi quos aut Phyllidis ignes,
ut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.
cipe: paſcentes ſeruabit Tityrus hædos.
. Immo hæc, in viridi nuper quæ cortice fagi
rmina deſcripſi, & modulans alterna notaui,
periar: tu deinde iubeto certet Amyntas.
E. Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuæ,
niceis humilis quantum ſaliunca roſetis,
dicio noſtro tantum tibi cedit Amyntas.
d tu deſine plura puer: ſucceſsimus antro.
. Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim
bant: vos coryli teſtes, & flumina nymphis:
m complexa ſui corpus miſerabile nati,
que deos, atque aſtra vocat crudelia mater.
n vlli paſtos illis egere diebus
gida, Daphni, boues ad flumina, nulla neque amnem
auit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
phni tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones
eritum, monteſque feri, ſiluæque loquuntur.
phnis & Armenias curru ſubiungere tigres
ituit: Daphnis thyrſos inducere Baccho,
olijs lentas intexere mollibus haſtas.
is vt arboribus decori eſt, vt vitibus vuæ,
regibus tauri, ſegetes vt pinguibus aruis:
decus omne tuis: poſtquam te fata tulerunt,
Pales agros, atque ipſe reliquit Apollo.
ndia ſæpe quibus mandauimus ordea ſulcis,
lix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.
molli viola, pro purpureo narciſſo,
luus, & ſpinis ſurgit paliurus acutis.
gite humum folijs, inducite fontibus vmbras

Paſtores,

Paſtores: mandat fieri ſibi talia Daphnis.
Et tumulum facite, & tumulo ſuperaddite carmen.
Daphnis ego in ſiluis, hinc vſque ad ſidera notus,
Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe.
Me. Tale tuum carmen nobis diuine poeta,
Quale ſopor feſsis in gramine, quale per æſtum
Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo.
Nec calamis ſolum æquiparas, ſed voce magiſtrum.
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
Nos tamen hæc quocunque modo tibi noſtra viciſsim
Dicemus, Daphninque tuum tollemus ad aſtra:
Daphnin ad aſtra feremus: amauit nos quoque Daphnis.
M. An quidquam nobis tali ſit munere maius?
Et puer ipſe fuit cantari dignus: & iſta
Iampridem Stimichon laudauit carmina nobis.
Me. Candidus inſuetum miratur limen olympi,
Sub pedibuſque videt nubes, & ſidera Daphnis.
Ergo alacris ſiluas, & cætera rura voluptas,
Panaque, paſtoreſque tenet, Dryadaſque puellas.
Nec lupus inſidias pecori, nec retia ceruis
Vlla dolum meditantur: amat bonus ocia Daphnis.
Ipſi lætitia voces ad ſidera iactant
Intonſi montes: ipſæ iam carmina rupes,
Ipſa ſonant arbuſta, deus deus ille, Menalca:
Sis bonus, o fœlixque tuis: en quatuor aras:
Ecce duas tibi Daphni, duoque altaria Phœbo.
Pocula bina nouo ſpumantia lacte quotannis,
Crateraſque duos ſtatuam tibi pinguis oliui:
Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,
Ante focum, ſi frigus erit, ſi meſsis, in vmbra,
Vina nouum fundam calathis Ariuſia nectar.
Cantabunt mihi Damœtas, & Lyctius Aegon
Saltantes ſatyros imitabitur Alpheſibœus.

e tibi ſemper erunt, & cum ſolennia vota
ldemus nymphis, & cum luſtrabimus agros.
m iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit,
mque thymo paſcentur apes, dum rore cicadæ,
per honos, nomenque tuum, laudêſque manebunt.
Bacch › Cererique, tibi ſic vota quotannis
icolæ facient. damnabis tu quoque votis.
Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona?
n neque me tantum venientis ſibilus auſtri,
percuſſa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
oſas inter decurrunt flumina valles.
Hac te nos fragili donabimus antê cicuta.
nos, Formoſum Corydon ardebat Alexin:
eadem docuit, Cuium pecus? an Meliboœi?
At tu ſume pedum (quod, me cum ſæpe rogaret,
tulit Antigenes, & erat tum dignus amari)
noſum paribus nodis, atque ære, Menalca.

ud Toſcanum, Tom. 1. Card. Bēbum lachry-mis, & laude proſequuntur paſtores Amyntas, & Lycidas.

7. En vitrei Lycida fontes, vmbræque ſalubres,
irides pinus, violiſque nitentia prata.
uos ſæpe tuo luſu celebrare receſſus,
mulcere nouo ſuetus nemora auia cantu.
e certantem Satyrorum effrena iuuentus,
ryades Nymphæ, te Naiades admiratæ:
ic ipſe, argutis reſonant cui Mænala ſiluis.
uit tua Muſa, horrent deformia prata.
ue prius vmbras lucus præbebat opacas,
ormoſis viduatus frondibus aret.
& exhauſit liquidas ſol igneus vndas.
r an ſileam, quæ tanti cauſſa doloris?

Aut

Aut mea quid ceſſet taciturnis fiſtula ſiluis?

LYC. Ille heu, ille vnus quondam mihi carus Amyntae,
Qui dum Aurora rotas Eois tolleret vndis,
Mecum vna in vacuos ſaltus armenta ſolebat
Ducere: nunc eheu fato eſt ereptus acerbo.
Ille per Vrobios montes, vallèſque reductas,
Ille per Etruſcas rupes, atque auia ſaxa,
Ille per Euganeas cantu celeberrimus oras.
Illum etiam Latij montes, & frigidus Almo
Obſtupuit, mediamque ſecat qui Lydius vrbem
Tybris,& auratæ prætentat cornua frontis.
Tantus honos doctæ vocis, tam ſancta verendi
Maieſtas oris:tot honeſti pectoris artes.
Hic dare ſuetus erat armenti iura magiſtris,
Ruricolúmque vnus mœſtas ſedare querelas.
Hic, cum ſol primo luſtraret lumine terras,
Et medio perſæpe die, cum Syrius arua
Vreret, & valido gemeret grauis area pulſu,
Vel feſſo Heſperium curru properaret in æquor,
Mollibus illi ripis, muſcoſi fontis ad vndam,
Et viridis vacua ſalicis proiectus in vmbra,
Paſtores blanda mulcere ſolebat auena,
Et rixa abductos ad pacis dona vocare.
Huius ad inferias, & funus mœſta ſenile,
Alma Venus luxit, parui luxiſtis Amores.
Ipſe faces, arcuſque ſuos, ac tela Cupido,
Et pharetram amiſsis abiecit flebilis alis.
Te mœrens fleuit paſtor,te durus arator,
Te mœſtæ extinctum Dryades,triſtèſque Napeæ,
Te fragiles coryli, atque ipſæ fleuere myricæ,
Non aliter quam ſi iuuenem te fata tuliſſent.
Sed felix Melibœe vale , multoſque per annos
Oſſa beata precor tuta requieſcite in vrna.

AMY. Magna quidem fateor Lycida eſt tibi cauſa dolendi
uantum Euganeis, quantum Laurentibus aruis,
ſidium abſtulerint ſuperi atque inimitia, ſata,
um agites. Contra memori ſi mente volutes,
am blando ſemper diuumque hominumque fauore,
nia maturæ complerit muniavitæ,
æ tandem inuidia eſt, vmbras, & inania vota
giens alios demum ſeceſsit in orbes?
net Elyſios campos, ſedeſque beatas?
ue inter ſiluas & amœna vireta vagatur?
, vbi cæleſtes concentus aera mulcent,
iille arguto decurrunt murmure riui,
que roſas inculta ſeges, fert vndique flores.
illic litui, non Martia claſsica poſſunt
ernam placidæ mentis turbare quietem:
c & luxuries, & habendi inſana cupido,
etus omnis abeſt: at adeſt ſincera voluptas,
ecura quies, at fraudum neſcia corda.
o Melibœe nouum decus addite diuis,
pedibus nubes, atque ignea ſidera lætus
aris, ſpectans maria alta tumeſcere ventis,
leat vtque ingens æquo diſcrimine mundus,
nos, & tua rura ſimul pater optime cernis.
lto noſtros cælo miſerate labores,
Dei ſolium magni non vana precaris.
tuos demens Lycida iam deſine queſtus,
mœſtis comple fruſtra clamoribus auras:
umulus vernis niteat violiſque, roſiſque,
at in cineres nardus, nec deſit amomum,
io ſtillet venerabilis vrna liquore,
ruumque madens, Panchæis mercibus halet.
quoniam tacitis properat nox atra quadrigis,
Heſperio iam mergit in æquore currus,

A Securum

Securum paſtas pecudes in ouile vocemus.

Idem Card. Epicedio celebratur à piſcatoribus Mopſo, & Doryla.

Iam rapidi medium cæli ſol igneus orbem
Tranſierat, pronoque vrebat lumine pontum.
Mopſus arenoſo cum cedens littore mœſtus
Piſcator, nullamque trahens ad littora prædam,
Deſpondere animum cœpit, cymbamque reliquit,
Humidaque expandens per duras retia cautes,
Dum ſiccat ciſtaſque leues, nodoſaque lina
Sol ardens, vacuum iratus diuertit in antrum,
Ingratos cupiens requie lenire labores.
Quo poſtquam ventum, rupes reſonare querelas
Miratus, videt incuruo de littore triſtes
Fundentem queſtus Dorylam, quo doctior alter
Non fuit, occulto deprendere gurgite piſces,
Et fundam iacere, & ponto trahere humida lina.
Accedenſq; inquit: MOP. Doryla, quem triſtis adempt
Sic gemis, vt reſonent flenti tibi littora & antra?
DOR. Ne luctus, ne rūpe meos (reſpondit) & eheu.
Tu quoque communem mecum turbatus amicum
Flere para, & noſtri miſerum morientis Iolæ
Interitum: vitreis quem defleuere ſub vndis
Nereides: fleuit vicina per æquora delphin,
Aſſuetos de more choros duxiſſe per vndas
Non viſus, triſtique horret ceu tabe pereſus.
En paſsim Halcyones mœſtæ, per ſaxa, per antra
Triſtia, flebilibus complent maria alta querelis.
Quare agedum mœſtos mecum Mopſe incipe cantus.
Incipe, quandoquidem lenes caua littora fluctus
Pulſant & ſæui poſuerunt murmura venti.

OP. Quis mihi te rapuit, quis te dulciſsime Iola?
ſtræ olim requies, olim ſpes vnica vitæ:
nc lacrymæ, æternuſque mihi dolor & lamenta,
c te præſidium, ac noſtræ ſpes magna iuuentæ
icere, & ſacræ licuit ferre oſcula dextræ
ima, & occluſiſſe oculos in morte natantes?
tibi ego inferias duxi, nec iuſta peregi?
id primum querar? aut quo triſtia pectora vertam?
h dolor, ah comitem tibi me ne, immitis Iola,
euiſti moriens? ambos eadem hora tuliſſet,
olor infernas idem miſiſſet ad vndas.
Nereides, noſtras, oro, ingeminate querelas.
id iuuat vmbroſis vitam producere in antris
uoris vndiſoni, que rauca ſubederit vnda,
ihi delitiæ ſint & ſolatia adempta?
ribus quin & ſcopulis, & luce relicta
e meam æquoreis vitam deperdere in vndis,
um eſt, vt monſtris fiam noua præda marinis:
ereides, noſtras, oro, ingeminate querelas.
itrei Proteu paſtor gregis, incola ponti,
qui magno moderaris ſæua tridenti
iora, nunc queſtus, oro, ingeminate recentes,
tenim ante alios veſtri reuerentior omnes
fuit, & largos aris indicere honores
s erat, nunc exigua eſt tumulatus arena.
Nereides, noſtras, oro, ingeminate querelas,
ero ante tuas ades o Galatea ſorores,
cum defle caſum infelicis Iolæ.
it heu procul a patria, notiſque propinquis,
i ante omnes olim dilectus Iolas,
iondum primæ veſtitus flore iuuentæ,
as rupes, præruptaque ſaxa Pelori,
rante, nouo cantu complebat, at illi

Mamertina modis reſonabant littora miris.
Non vt amans olim Siculas Polyphemus ad vndas
Dum caneret blanda ſcopuli pendentis in vmbra,
Candidior folio niuei Galatea liguſtri:
Sed cauſas rerum, & magni primordia mundi,
Igneus vt vario ſol luſtret lumine terras,
Vt manè Eois primum ſe tollat ab vndis,
Rurſus & Heſperio nitidum caput æquore mergat:
Cornibus in plenum vt redeat noua luna coactis,
Vtque regat Graias Helice formoſa carinas:
Cur ter in abruptum fluctus male ſana Charybdis
Sorbeat, effractas reuomens ad littora puppes,
Naufragaque anguſto diſpergens corpora ponto:
Cur ingens miris exæſtuet ignibus Aetna,
Et procul oſtentet Lipare fumantia ſaxa:
Vt Deus æterno vigeat viuacior æuo.
Vtque domum hanc mundi, qua ſtruxit, temperet arte:
Omnia quæ ſenior puero monſtrauit Amyntas,
Et dixit, magnus fies olim iſta canendo.
Nereides noſtras, oro, ingeminate querelas:
At vos o mecum ſcopuli, mecumque recurua
Littora, quæ Adriacas obiectis cautibus vndas
Frangitis, incurſus quoties grauis excitat Auſter,
Littora Tyrrheni fluctu pulſata profundi,
Occiduas Zephyrus tunc cum iactauit arenas,
Plangite dilecti caſumque & funus Iolæ.
Tu mecum Benace ſenex hunc plange marinis
Fluctibus, & mœſtas reſonet tibi Sirmio voces.
Siſtite Nereides, noſtros iam ſiſtite queſtus.
DOR. Dulce tui reſonant numeri, tua carmina dulce,
Nec niuei voces cygni ſentire canoras
Malim, cum liquidi circum ſtagna ampla Cayſtri,
Flebilibus numeris notas moriturus ad vndas

Conqueritur, retinetque nouo vaga fl mina cantu:
Non quas Halcyones mœſtæ fudère querelas,
Cum tutos placido condunt ſuper æquore nidos.
Verum agedum Heſperias quando procul aſpicit
ol, & adhuc ſero non ſurgit veſper olympo (vndas
opſe tuos itera cantus, Mopſe incipe rurſus:
ſcopuli queſtus iterent, & ſaxa querelas:
vernas inter frondes cum Daulias olim
eflet Mater Itym, reſonant arbuſta, nemuſque,
auior & ſemper repetito carmine vox eſt:
tibi, ſeu tremula moderabere arundine linum,
e per immenſum deduces retia pontum,
mare compoſitum: vitrea ſit piſcis in vnda
urimus, & curuos imprudens appetat hamos:
tibi ſufficiat ſqualentes Adria conchas:
iuuet has, æquor qui cuſpide temperat, artes.
MOP. Ne noſtros Doryla cogas renouare dolores:
ve iterum triſtes effundere pectore voces:
m refero, creſcit dolor, & noua cura recurſat,
c potis eſt ſuperas triſtis vox ire ſub auras.
in potius noſtros quoniam lenire dolores
rmina nulla queunt, pariter ſurgamus: & ante
am veſper ſeros oſtendat noctifer ignes,
ſſaſque & tectos eſcis fallacibus hamos
ndamus pariter, toto dum lumina cælo
latim effundit ſtellis circundata Phœbe.
ſitan ingrati diſpendia longa diei
iet optatæ referens nox commoda prædæ.

POESIS.

OMNIVM hactenus poeſeos generum precepta tradita ſunt, eaq; poetarum veterum ethnicorum exemplis confirmata. Quoniam autem Inſtitutionum hic Poeticarum liber Mexicinis conſcribitur adoleſcentibus preclara virtutis indole, atq; ingenij laude preſtantibus, quorum eſt, vt ad ceteras artes, & illuſtria ſapientię ſtudia, ita etiam ad hęc, mira propenſio, & cum facilitate fęlicitas; quiq; ſuam huius modi facultatem in Dei preſertim Optimi Maximi, ac Dei patrę Virginis, & Sanctorũ Laudibus exerceri gaudent: placuit nonnulla Chriſtianorũ poetarum illuſtrium exempla proponere. Quem enim illa nõ moueat Victoris Giſelini Pareneſis?

Ah valeant tandem vatum laſciua priorum
Carmina: ſat ſcenæ, ſat numeriſq; datum.
Nã quid adhuc vano ſtrepitu, & tentigine vocũ
Mens abducta, Deum numina mille facit?
Decipiturq; modis, quos inficit igne Cupido
Siue Catulle tuus, ſiue Tibulle tuus?
An ne igitur glãdes iterum, atq; Acheloia præſtat
Cornua, poſthabito farre, meroq; ſequi?
Abſit vt hæc animum teneant deliria, turpis
Quin valeat potius cum Ioue turba ſuo.
Martis bella, tori Veneris, fœda Orgia Bacchi
Huic placeant, Chriſtus cui placuiſſe nequit.

Cui no

ni nomen quod ſi dedimus, vitam j; per omnem
Ponimus in patrijs myſtica thura ſocis,
uc vnum mens ipſa velit, vox ipſa loquatur,
Vnius in laudem, quidquid agemus, eat.
mq; diem reuehet Phœbus, cũ Luna tenebras,
Gnauiter huic grates barbitos icta ſonet.
quis enim, ſacris libeat modo viuere Muſis,
Ecquis ab humano dignior ore cani,
am qui mentis opes homini concedit, & illam
Aetheris arcano concitat igne ſui?
go Deos, iterum dicam, ſileamus ineptos,
Moribus, & caſtis quidquid obeſſe poteſt.
q; his, Artifici ſummo meditemur honores,
Fecit, vti, Vatum gloria magna, puer,
e illum latè Regem ſuſpexit Idume, Dauid.
iue hoſtis profugum texit ab ore ſui.
nunc ille Patri ſummo, ſuperiſq; choreis
Lætum indefeſa pangit ab arte melos.
lia nunc tenero pulſans vocalia plectro,
Nunc digitis citharæ fila ſonora legens.
em prope melliſluo deducunt pectine cantus,
Hiſpalis aurifero quos tulit, ora ſinu, Iuuencus.
ecipuè vates toties quem inſueta canentem Sedulius.
Audijt attonitis flauus Iberus aquis. Proſper.
ces, quibus ora Deus cæli amne rigauit Prudent.
rriguo, ſua quos iuſſit, & acta loqui,
eli monſtrare vias, ac certa laborum
ræmia, ſiue bonis, ſiue futura malis.
um digna ſacra demum ſunt carmina cedro,
que ſecutura poſteritate legi.
ſquis at infelix, inhoneſto carmine, Circes
ocula ſectatus, Numina vana colit:
Phlegeton, Stygijq; manent vada liuida fontis,
artareuſq; ſuo Iupiter igne coquet.

Ergo ſi quis eris, faciles quem cælitus auræ
Afflarunt, cæli te pius ardor agat.
Sint Heliconiades Chriſtus, ſit Chriſtus Apollo,
Inq. tua illius tempora laurus eat.
Non tibi Pegaſeus fons, aut Libethrides vndæ
Ioan.4. Sed Chriſti extinguat viuida lympha ſitim.
Cuius, magna loquar, tenuis ſi guttula tantum
Diuino roret labra liquore tua,
Illicet hinc veros ſentis in pectore fontes
Creſcere, & æternis viuere fluminibus.
Felices latices, felicia pocula, felix
Tu, quicumque ſitim non aliunde leuas.

Primas igitur hauriamus aquas in gaudio de fontib⁹ Saluatoris, illa, Macharij Mutij Equitis Camers, Epopeia, quę eſt apud P. Ant. Poſſeuin. Societatis Ieſu. Lib. 17 Biblioth.

DE CHRISTI DOMINI
Triumpho.

Infernos aditus, & fracti clauſtra profundi
Aetheria pulſata manu, ſpoliataq. cæci
Antra ducis canimus, Chriſti, pia muſa, triumphum
Incipe, ſiderei dicam ſpectacula regni.
Deſcenſus Chriſti ad Inferos. Chriſtus vt immenſa deſcendit luce ſub Vmbras
Horrentes, Mortiſq; domos, & regna ſilentum,
Inuaſitque Erebo clauſos trepidante receſſus,
Horruit immanis perculſi Ianitor Orci,
Impulſæque procul diſiecto cardine Ditis
Procubuere fores, timuit pallentis Auerni
Regia, nigrarumque cohors turbata ſororum
Occuluit pauidis horrentia monſtra ceraſtis

Adue

uentante Deo, tremuerunt ſceptra recluſæ
ctis, & attoniti dextra cecidere tyranni
tinus, atque imas Barathri petiere latebras,
nfuſumque Chaos, ſecretaq. tartara manes.
ſerenata per aperta ſilentia fronte
reſſus, pigram nubem, noctemq. fugabat,
e oculos furui pulſa caligine mundi.
nebant ſeſe, paſsimq; æquata iacebant
ia. Tum nouies Stygijs circumflua campis
it nigra palus Regi, lacrymaſq; remiſit,
riſtes Cocytus aquas, curſumque negauit.
ſtetit in medio cœtu, caſtoque piorum
cilio, inferna quos olim ſede repoſtos
ectata ſalus ſperando læta fouebat:
diu patribus ſanctis optata reſoluit
bus, & lentis vacuauit pectora curis.
lſit promiſſa dies, delapſus ab alto
Deus, humana tandem ſub imagine corpus,
taleſque vices ſubij, nam frigora & æſtus
natura dabat) coniuncto numine ſenſi
us homo, ſæuamq; tuli per vulnera mortem
auctor, digitis etiam explorare licebit
ntem lateris plagam, manibuſque refixos
edibus clauos foſsis, dum corpus operto
piam rurſus tumulo, primuſque reſurgam
atiens iterum Leti, redimenda, redempta
te mea, vita eſt hominum, ſic myſtica ſolui,
patres, varias olim complexa figuras
bus ambiguis, quæ conſummanda ſuperſunt
nus abſoluam, nunc veſtra ergaſtula ſunto
a, damnatis calcata ſuperbia criſtis
iſſa ceruice gemat rebuſque ſecundis
lia infelix aliorum ſorte benigna,

Concio Chriſti D. ad Patres in Lymbo manentes.

Septem vitia capitalia.

Præcipuè veſtra doleat, rabieq; cruentas
Ira premat fauces, ignaua per ocia vitam
Torpor iners damnet. nimiumque inſana cupido,
Congeſtiq; fames auri, turpiſq; voluptas
Infandæ Veneris, ventris quoque laxa vorago,
Aeternum cæcis tenebrarum linquitur antris:
Vos alacres mecum ſupera ad conuexa triumphũ
Ducite felices animæ, ſuper alta reducam
Sidera, ſtelliferoſq; axes, vbi regna beatos
Nullo ſine manent, patris dabo cernere vultus
Quos refero, ætherea conceſſa in luce quiete.

Gaudium Patrũ in Lymbo.

Hæc inter, lætas animas immenſa pererrant
Gaudia, lætitiam radiantis gratia frontis
Spargebat. Stygijs diuorum gloria regnis
Spectatur præſente Deo, gaudentque tueri,
Atque ſilent, auidos tardat reuerentia plauſus.
Orantis poſtquam diuina ſilentia, fandi
Conceſſere vices, grato pia murmure turba
Cœpit, & innumeris audita eſt vocibus vna.

Reſponſio Patrũ ad Chriſtum

Veniſti, o ſuperum celſa Regnator ab arce
In tenebras, noſtrumq; chaos viſurus, adiſti
Squallentes ſine luce domos, & nigra profundi
Regna ſoli, merſis Erebi ſub carcere tandem
Expectatus ades, nec ſpes fruſtratur. ouantis
Ora ducis ſpectare licet. Tu victor Auerni.
Humanique ſalus generis, tu noſtra relaxas
Vincula, & obſcura damnatas nocte latebras.
Te duce Tænareis fugimus loca tetra cauernis.
Horrendaſq; vmbras, abſtruſaq; linquimus antr[a]
O pietas, vnde hoc potuit mortale mereri,
Aut ſperare genus? regem deſcendere ab aſtris,
Induat vt ſerui formam, pœnaſq; nocentum
Ipſe luat, vitamque reis vt ſponte rependat.

te ſua?quid enim ſolio traxiſſet ab alto?
ortalis eras, ſed mortis damna ſubire
t Amor, flexit Pietas, Clementia culpam
it, vt ſuperas tecum redeamus in oras.
age (te ſequimur, tibi fas, te gloria ſolum
a manet) iuſtum ſuperata morte triumphũ. Chriſtus
us intentis croceo Tithonia peplo D.educit
a ſurgebat, roſei lux tertia mundi Patres è
puniceis, ſparſit confinia flammis: Lymbo.
nplo ſublimis abit, circaq. frequentes
ſam tenebris ſedem, noctemque relinquunt,
ies animæ, proceres, vulguſq. beatum,
tas, repetunt auras, terraſq; reuiſunt.
oſtquam manifeſta fides dubitantia ſoluit
metu, charæq. ſimul Genitricis amorem
uit, monuitq. ſuos, mundoque reſurgens
triumphato patefecit numina Letho,
trem, ſuperumque choros remeauit in aſtra.
or haud vnquam cælo, nec lætior alto
lies orta eſt, tanta nec luce ſereni
re poli, nitido nec purior orbe
iferos Titan radianti gurgite currus
t, & claro ſpectauit ab æthere terras.
apit inualidas præceps audacia vires?
ummi ſecreta Dei ſpectacula cantu
e & diuum cœleſtes ordine pompas
ar? aut tantos capiam qua mente paratus?
ecunque voles, alti monumenta triumphi,
nigris remeans duxiſti victor ab vmbris,
mihi, quantum ipſe dabis mihi dicere fas eſt.
pat niuea ſuſpenſus nube ſerenum Aſcenſio
pratis cæli per inania plantis Chriſti
s, & ætherij repetens faſtigia regni D.

Sidereũ

Sidereum relegebat iter, dextraque ſalutis
Signa ferens, ſanctos ducebat in ardua cætus
Expectante polo, fulgebant vertice ſacro
Regis adorati vultus, vnde omnia circum
Splendebant radijs, oculos quocunque ferebat
Spectatus grata ridebat lampade mundus.
Catalogus Pone ſequebantur comites examine longo
Patrum ex Sublimes animæ, primo commiſſa parenti,
lymbo edu Prima phalāx, priſcūq; genus, cui clara propago,
ctorum. Hærebat, paſtor primus qui munera grato
Adam. Sacra Deo, primos lætis a matribus agnos
Abel. Obtulit, & primus crudelia vulnera ſenſit,
Germaniq. manus violentaque funera cædis,
Seth. Inuidia ſuadente nefas. prope frater, ademit
Qui luctum, mortiſq. tulit ſolatia mœſto
Filij Seth. Patre ſatus, proleſq; æuo documenta ſequenti
Quæ ſcripſit geminis cælum ſcrutata columnis.
Et gens priſca ſimul, ſeptem quæ in ſæcula vixit
Caſta Dei ſoboles ſuperis intenta, nec vllas
Illa hominum cupijt natas, auram ve ſecuta eſt.
Hinc qui diluuio terris vndante capaci
Noe. Puppe nouos circum fluctus deſpexit & æquor,
Inſolitum, viduo ſeruans animalia mundo.
Abraam. Et pater & ſtructa ſedit qui filius ara,
Iſaac. Mactandus gladium ſpectans, dextrāq. parentis
Iuſſa parat dum ſacra ſenex. patriamq. nefando
Loth. Crimine damnatam, diuinaq. ſulfura & ignes,
Ardenteſq. videre domos, pollutaq. tecta
Qui ſpreuit, retro flexit quæ lumina coniunx
In ſtatuam mutata ſalis. Tum victus amore
Iacob. Inuicto iuuenis, bis ſeptem qui tulit annos
Seruitium, primas flammas, pactoſq. hymenæos
Ioſeph. Suſpirans, iuxta natus cui læta iacenti

V

iubar placido ſummittere ſidera ſomno,
rnoſq. ſuo ſtratos ſub mergite culmos
t adorantes magnarum ſymbola rerum.
atrum fœcunda cohors, numeroſaq. pubes,
ārus patrui ſanguis, cui fuſa per orbem
enſum latis reſonat patientia terris. Iob.
manus patrum, quos inter maximus alti
ipuo ſplendore micans dux agminis ibat.
pit rutilo fumantis vertice montis Moyſes.
rni qui iuſſa Dei, magnuſq. ſacerdos
iptas humero gemmas, tunicāq. hiacyntho Aaron.
xtam roſeo, quam circum mala rubebant
ca, qui primus radiantibus induit oris
oicuo fulgens oſtro, byſſoq. decorus
lirāt, & flauo limbus circumſonat auro,
ſtratiq. hæres ſacri, cultuſq. paterni, Eleazar.
lucres Phœbi potuit qui ſiſtere currus, Ioſue.
ixitq. diem victor. quiq. ora Gigantis
ctus funda fregit, cytharaq. canoros Dauid.
ta cecinit modulato carmine pſalmos.
i diuiſas ſicco pede tranſijt vndas
inis, hoſpitio gratus, dum præmia natum Heliſeus.
terili, & functum vita dum ſuſcitat orbæ.
nq. vtero exceptum cetus vectare per vndas
oreas valuit, tutumq. exponere terris. Ionas.
oculis captus tenebris quem ſparſit hirudo,
rius aſpexit, luſtrari lampade cælum Tobias.
rā quam natus ſeruato lumina piſcis
ducis monitu abſterſit. Tum flebile threnos
cripſit querulos numeris. quiq. ora leonū Hierem.
lacu medio ſecurus mulſit & vngues: Daniel.
mulcenti portauit prandia raptus Abacuc.
ce per vacuum. ſimul & fornace profunda

Tres pueri. Impia qui tumidi riſere incendia Regis.
Eſdras. Quiq. memor leges Chaldæis ignibus vſtas
Reddidit, & ſeptem fortiſsima pectora fratres
Machabei. Qui lingua,& manibus ſcelerato vulnere cæſis
Subiectas pa si flammas ſartagine aduſti.
Mille alijs clari geſtis. acieſq. ſubibant,
Quæq. ſuũ comitata ducem,mille agmina paſsim
Cernere erat,varioſque globos, quos altus honor
Pater Virginis. Præſtabat, regum natam qui ſanguine priſco
Reginam cælo genuit, matremq. Tonanti.
Io. Bap. Et modo Iordanis Dominũ qui lauerat vndis.
Latro. Quique crucem merito paſſus dextraq. pependi
Tantum extrema fides,ſummiq; modeſtia voti
Præſtitit. aſſertis ſurgebat in æthera Diuis,
Ordine quiſque ſuo. quos ingens turba volucri
Innocentes. Infantum dulces animæ,nunc ore decoro
Et riſu ambibant, nunc oblectamine vocum
Certantes blandis implebant cantibus aures.
Hi ſunt quos Veneris non attigit vlla voluptas,
Nec macula infecit teneros,nã vulnere acerbo
Inſontes primo liquerunt limine vitam.
Tunc hilaris cælum ſcandens manus aſtra ſubi
Candida ſupremi decus & pars magna triump
Nec pia fœmineo ceſſabat gloria ſexu,
Eua. Prima parens alias acies,ac ſigna regebat,
Atque alios amiſſa choros in regna vocabat
Morte recepta Ducis,matrum ſpectabilis ordo,
Hanc natæ, caſtæq. nurus nepteſque ſecutæ.
Quæq; diu ſterilis fœcundam ſponte mariti
Sara. Connubio famulam iunxit, ſobolemq. benign
Illius amplexu fouit, ſua gaudia partus
Attulit, & nato arriſit deſpecta ſenectus.
Filiæ Lot. Et quæ ſopiti lectum ſubiere parentis

Et fra

atres peperere ſibi, ne ſtirpe carerent,
amor in Venerem duxit, non fœda voluptas,
nanum reparare genus, ſolumque putantes
e patrem toto mundi ſuper eſſe ſauillis:
a mater, gemini ſenſit quæ prælia fætus, Rebecca.
a properat, naſciq. prior dũ pugnat vterque,
manibus retrahitque pedes, hic calce repellit.
næ coniugium furtim thalamoſq; ſororis Lia.
ripuit, ſeptemq; alios deduxit in annos. Rachel.
que chara Deo, communis ferre mariti
rnas contenta vices tãtum æmula partus.
eq. ſub vmbroſo reſpondit tegmine palmæ, Delbora.
lymos octo rexit iuſtiſsima luſtris
ilio, & longam peperit poſt bella quietem.
næ iudicium ſaluo intemerata pudore Suſanna.
lit, & falſo conuicit crimine teſtes.
rijs & quæ voluit ſe credere caſtris Iudith.
rnum meditata decus, cæſiq. cruore
rſit viduas animoſo vulnere palmas
is, & obſeſſæ victrix caput intulit vrbi.
regina comes patruũ formoſa gementem Heſter.
pulum tutata ſuum, ſine nomine circum
a frequens læta, diuas complexa corona.
minæ claras inter duo lumina matres
ebant greſſus liquida regione volucres,
a quæ Dominam cæli terræq. potentem Anna ma-
rat: felix ſero tamen altera fœtu ter Virg.
egis Præcurſor iter monſtrauit, & illo Eliſabeth.
neo maior partu non attigit auras.
neræque aliæ, caſtis quæ millibus ibant
ctæ, & vario concordes ore canebant.
urbam varioſque duces, populique beati
anata denſaſque acies? quis ve inclyta dicat

Nomina ſiderei ſcandentis ſumma triumphi?
Scindebant puras auras, puroq. volabant
orbe viri, matreſq. ſimul caſtæq. puellæ,
Annoſiq: ſenes, pueriq. & læta iuuentus:
Præcipue vates experti vera, fidemque
Prophetæ. Dictorum pulchro ſubeuntes agmine pompæ,
Sacra manus dilecta Deo, quæ numine vero
Afflata, & ſancti ſtimulis agitata caloris,
Euentus rerum, cælique arcana recluſit.
Vna omnes dulci mulcentes ſidera cantu
Aetherias arces, promiſſaque regna petebant.
Interea læto diuorum ianua cælo
Ardua laxabat ſupremi tecta parentis
Cælicolumq. domos placidas, claroſque pena
Aurea perpetuis ſuperum laquearia flammis
Triũphus Ardebant, ſacriq; tholi ſedeſq; Tonantis
Chriſti, Stellatæq; fores accenſa per atria lucem
quo fuit ab Spargebant, nitidis ignem miſcentibus aſtris.
Angelis ex- Regia ſublimi pompa luxuq; beato
ceptus. Obuia prodibat, cæliq; exercitus omnis.
Summa poteſtates ducebant agmina, & altæ
Virtutes, celſiq, Trhoni, tum claſeica ſancto
Ore procul clangore pio pia ſigna canebant,
Victoris vexilla Dei, lectaſq; cohortes
In ſuperum cœtus longo teſtantia cantu.
At circum propiore ſono recinente citatis
Ad citharam leuibus digitis, plectroq; volan
Innumera certante lyra diſcrimina mille,
Mille fides ictis vario modulamine chordis,
Et totidem ſurgens ad ſacras barbitus odas
Edebat, dupliceſq; manus agitantia naula,
Cymbalaq; et pulſis reſonabat bracthea palı
Tinnitus tremula criſpans ad carmina dext

minus obliquas iungebat conſona voces
rima compactis reſpondens tibia cannis,
iſtra, & grato crepitantia tympana bombo,
bucæ, & molles numeri, quos temperat vnda
draulis, cæleſte melos referente monaulo:
inos iunxere modos, rhythmoſque ſonantes
Dei, tales modulans ſymphonia cantus
triumphantes reuocabat in æthera Diuos.
aluas tetigere poli, exultantia clauſtra
antem ſenſere Ducem, micuere benignis
bus, & celſa tonitrus crepuere ſub Arce
ępit lux alma pios, fouitque beati
a loci, incedunt pariter, ſpeciemque tuentur
rni, ſummique boni, domus alta nitebat
no fulgore, acies dum templa ſubirent
poli, mediaſque vias ſuper aſtra tenerent.
um erat ad cæli ſolium, mundique tribunal, Quomodo a Patre fuerit exceptus in Cælo.
ſumma æterni fulgebant ora Parentis.
verò auditæ voces, & carmina ſacris
à choris, laudes & fortia facta triũphi
bat gauiſa manus, grateſque canebat
pedes affuſa Ducis, vultuque ſereno
tos oculos, menteſque æterna voluptas
bat, geminata pio tum gaudia, plauſu,
iaque ſuis explebant pectora votis.
riumphator magno cum Patre ſedebat
nis, dextram ſedem, ſceptrumque tenebat
ſtate pari, vnde æqua ditione gubernat
a, ſola, eademque tribus ſociata poteſtas.
facies, quæ ve ora Dei, quis cultus olympo,
e Pater Natum vultu, amplexuque recepit
mortali vetitum, neſcire volenti
datur, ſuperantque meas cæleſtia vires.

Sed cum ſumma dies aderit, cum noſtra redibunt
Corpora, poſt obitus, vbi flamma vindice mundus
Arſerit, æthereos vultus, habituſque licebit
Cernere, quum denſa Iudex in valle ſedebit
Aeternus iuſta decernens vltima lance.
O, vtinam dextra liceat ſediſſe Tonantis,
Electos inter cuneos, ædeſque beatas
Scandere, & extremo tandem gaudere triumpho.

SI ſumma Epici poetę virtus eſt, illuſtres i-
luſtrium actiones carmine celebrare: ſi et-
poetarum antiquitas ita de ſe gloriatur:

Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo,
Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet:

An quiſpiam iure meliore palmam inter Epi-
habeat poetas, quàm vates ille Regius, qui ſi-
adipe & pinguedine repleto animo, Dei mag-
lia exultationis labijs, & ore laudabat? Eius i-
Pſalmos aliquot, à Ludouico Crucio Societa-
Ieſu, Heroico expoſitos verſu, exempli lo-
ſubijciam.

Pſ. 18 Diligam te Domine, fortitudo mea:

ARdebo te, ſancte Parens, mihi turris ahena
Arx, ſpes, ara, ſalus, belli in congreſsibus vmbo;
Iactatæque ſalo ſtatio bene fida carinæ.
Te quoties laudo, & ſupplex tua numina poſco,
Hoſtis abire fuga magnis vlulatibus ardet.
Ipſe autem poſita ſoſpes formidine viuo;
Cum laqueis pauidum Mors irretiret ahenis,

Vndan-

antes Erebi ruerent é ſontibus amnes,
ethi manicæ vinctum, pedicæque tenerent:
naui ad Dominum: ſtellanti vertice templi
jt, ac blandam clamoribus appulit aurem.
gemuit tellus, dirum fundamina motis
emuere iugis, ſenſere vt numinis iram.
eram calidis efflabat naribus vndam
omens ignem quo ſylua ambuſta relucet,
na concipiunt reſtinctæ incendia prunæ.
nque ſupercilio Pater inclinaſſet olympum,
dit, nebulæque pedes vmbrauit amictu.
is inuehitur curru celer alite, candens
flammis auriga regit, penniſque volantes
uratis ventorum præterit alas.
auo piceæ latitans in fornice nubis,
n tenebras, & aquatica nubila ſudit.
n ardenti vultus fulgore coactas
nubes, grando lapidoſa ruebat.
loque faces toto micuere ſonantes.
ter omnipotens vt vocibus ora reſoluit,
Cœlum, ruit ater grandinis imber,
ſerunt radijs fatalibes ignes.
ns hyemes telorum, & fulmina denſat
anu, totoque vagas ſerit æthere flammas.
atuere ſuis defecta liquoribus antra,
nt amnes, tunc fundamenta recluſit
, ſinus, arcanaque viſcera pandens.
Domini vox, talis anhelitus oris.
um tendens é cœli vertice, ferri
nhibebat aquis, ex hoſtibus vltor
mmas odij reſtinxit anhelas:
s potui victus ſuccumbere, fregit.
tempeſtas ageret cum turbida rerum,

Aggreſsi magnis validi conatibus hoſtes
Incubuere, Parens, at qui regit omnia, vidit,
Auxilioque ſuum præſens fundauit amicum:
Et latum per iter duxit. Mihi namque volebat
Iuſtitiæ ob merita, & manuum bene facta mearum
Aequus honoratæ concedere præmia vitæ.
Iuſsis quippe vijs vltro veſtigia feci,
Cultor ſacra Deum nunquam temerata ſecutus,
Ante oculos Domini ſanctiſsima iura ferebam,
Nec placitas duro repuli conamine leges.
Teſte Deo fraudis, ſceleriſque ignarus, & omnis
Flagitij, tenui curſu meliora ſecundo.
Iuſſa videns ergo diuina faceſſere promptum,
Et ſine labe manus donis cumulauit amicum.
Cui non aſsimilem te moribus optime fingis?
Sanctus ades ſanctis, idemque inſontibus inſons,
Simplicibus ſimplex, at fallere callidus armis
Te non diſparibus Regem experietur iniquum.
Tu populum ſeruas inopem, tu lumina cogis
Ardua, ventoſos ponant vt cernua faſtus.
Tu generis decoras ortum, mea nubila pellis,
Das ſuperare acies, tranſireque mœnia ſaltu.
O tua quam ſanctas aperit Deus orbita leges?
Quam ſeruant promiſſa fidem? mea nubila pellis,
Defluet a ſeptem coctum fornacibus aurum,
Queis tibi fidentes clypeo vt ſeptemplice munis.
Qui Deus, o gentes, alter molitur habenas
Orbis, & inuentis hunc addit rebus honorem?
Numen habet ſolus qui me nunc viribus armat,
Nunc aperit ſine fraude vias, pedibuſque volantes
Fecit vt æquarem ceruos, ac tuta ſubirem.
Ille docet bellare manus, quibus arcus ahenus
Frangitur, & clypeum telis venientibus offert.

ntem fulcit: cum me in diſcrimina mittit,
celerum pœnas, extremo vrgente periclo,
tat,& famæ maioribus euehit alis,
diens latum veſtigia tuta per æquor.
rgo ferum rigidis hoſtem ſequor acer in armis.
tem capiam, nec ſigna in caſtra reducam
meæ ſæuo quam turbine corruat haſtæ;
eniam affuſi pedibus, vitamq; precentur,
di pugnas iterum tentare minaces.
unc mihi das Genitor pugnanda in bella vigorem,
edibuſque locas quicunque in prælia ſurgunt,
honeſta facis vertant in vulnera tergum.
o veniant vt numina voce ciebunt,
tamen fractis aderit, tibi vota neganti
ſum, facient ſuceſsibus irrita lætis.
ueris inſtar eos, quem torquent flamina, verram:
bus ſubigam, ceu ſtrata per humida cœnum;
ſa leuis pacas certamina vulgi.
æqua tuo populis do numine iura,
imperij veniunt ſe ſubdere gentes
ſeu vera ferant, ſiue arma timentes
parum fidis narrent mendacia linguis.
t accedant: etenim mea iuſſa capeſſent,
ue ſuis agitabunt mœnibus æuum,
ent inſtar frondis quam decutit Auſter.
tibi ſit rerum Genitor, ſit gloria, vitæ
uſque meæ, per quem vindicta rebelles
nat, populiſque iugum tractabile reddit.
præterito redij iam ſoſpes ab hoſte,
gam reliquos, mihi ſi noua bella reſurgent.
a feri ſi ſæuiet ira tyranni.
uas dicam quæcunque per oppida laudes,
le feram numeris ad ſecula nomen.

Seruaſti incolumem per tot diſcrimina Regem,
Seruatum cumulas opibus, prolemque fouebis,
Dum Sol aſtra ſuo radiauerit ignea curru.

Pſ. 19. Cęli enarrant gloriam Dei.

HAec cœli ſpecies motu reuoluta perenni,
Hic tenor æternus, rerum hic pulcherrimus ordo,
Eſſe Deum memorant. Illo inuentore, coruſcis
Aſtra rubens æther accendit eburnea flammis.
Sucedunt vmbris ſoles, & ſolibus vmbræ.
Noxque diem, noctemque dies monet, vt ſua magni
Numinis æternum veniant ad munera iuſſu.
Non voces, non verba ſonant, tamen vltima rerum
Meta videt ſpatijs concordibus omnia ferri.
His populi ſignis, atque hæc exempla ſecuti,
Veſtigate Deum, qui frenat prouidus orbem.
Ille coruſcanti poſuit tentoria Soli.
Vnde velut Tyrio ſponſus rubicundus amictu
Deſerit Auroræ thalamum, ſimiliſque Giganti
Carpit iter. Poſtquam ſummum terit æthera curru,
Extremi reuolat per ſidera frigida mundi,
Et fouet interea vitalibus omnia flammis.
At decor aſtrorum, Soliſque aſpectus euntis,
Non ita delectat mortalia lumina viſu,
Vt lex alma Dei mentes ad honeſta reducit.
Ille fidem rebus, iurataque fœdera ſancit,
Ille rudes animos monitis ſapientibus aptat,
Et placidis hilarat mortalia pectora iuſſis,
Quæ demunt oculis omnem caliginis vmbram.
Aeternæ colitur ſed relligionis honore:
Leges quippe tulit, quas veri conſcia virtus,
Iuſque iubent. Ergo meliore cupidine mentes
Alliciunt, quam gemma nitens, aurique metallum,
Mella nec afficiunt, adeo prædulcia linguam.

tibi qui purus Domino ſamulatur, inhæret
n facit ingentem meritis cuſtodia legum.
is ſcelus omne cauet? quis non fallacibus errat
nſilijs? quis ſemper iter rimatur Olympi?
ater ignotas animi bonus elue fraudes,
ſine ventoſo me deſeruire tumori.
gio hunc, ſceleris fugiam contagia magni
is, & horrendæ prætereuehar oſtia pœnæ,
e verbis, quæ mente rogo, Deus effice, quando
is ſolus ades, vitamque a morte reducis.

Pſ. 29. Afferte Domino filij Dei.

Viſquis es armipotens, & origine clarus auita,
Mente lita Domino: teneros altaribus agnos
, & in laudes ora exultantia ſolue.
ic age maieſtas, & gloria numinis almi,
s nulla ſatis colit obſeruantia nomen,
t inacceſsi quicquid ſinus ambit Olympi.
cte genu, cælumque videns miratus adora,
t æternum qui tanti hæc atria templi.
Domini fundit grauidis è nubibus imbrem,
tate potens cum detonat, aera rumpit;
t aquas ventis, & tollit ab æquore ventos.
comes & virtus & magnificentia voci,
ibet celſas conuelli a montibus ornos:
o unum cedris nudari, aut ludere montes,
uli ſaliunt, vt Rhinocerotes in æuo,
erni aſpirat laſciui mollior anni.
x Domini triſidas rapto ſecat æthere flammas
tit arentes Arabis ſitientis arenas.
tem celerat ceruarum partubus aluum,
iat nemorum folijs vmbracula demptis.
o terra Deum pelago redimita ſonante,
aquis tremulum, campi ſpirabilis auræ,

Ignis, & aſtra canant. Orbem vaga proluit vnda
Eius ab imperio. Sedet, æternumque ſedebit
Ille tamen, faciles hominum recturus habenas.
Da Genitor populo, veniunt ſi prælia, vires:
Si pacem dederis, da lætum meſsibus annum.

Pſ. 45. *Eructauit cor meum verbum bonum.*

ERuctat cor læta meum: præcordia magno
Parturiunt fœcunda bono: mea dicere Regi
Carmina fert animus. Fando volet excita lingua,
Et linguam calamus ſcribendo celerrimus æquet.
O ſuper eximios hominum pulcherrime natos,
Ipſa tui ſpeciem cum gratia fingeret oris,
Purpureis roſeum labijs adflauit honorem.
At pater æthereus regnum tibi deſtinat orbis,
Nec metam factis, nec ſceptro tempora ponit.
Ergo ingens animis, etiam bellator in armis,
Cinge latus gladio, formaque, & robore victor.
Alippedes iuncto ſcande in certamina curru.
Frena tibi Verum, Ius, & Clementia ducent,
Ocyor aurigis liquidum quibus æthera tranes.
Tunc noua cædendo rerum tua dextera monſtra,
Attonitas pauida ſoluet formidine terras.
Indomitos rigido populos iaculaberis arcu,
Lethales adigens per corda hoſtilia pennas.
Tu Deus æterno ſolio moderabere mundum,
Iuſtitiæ nam ſceptra geres. Quod ſcilicet olim
Iuris amans, curuas praui inſectaberis artes
Nate Deo, ſuper æquæuos Pater vnget oliuo:
Letitiæ æternæ in ſignum, regnique futuri.
Veſtibus aſpirans in verſicoloribus halat
Myrrha tuis, ſtactæ lachrymæ, caſiæque rubentes
Exhilarant, loculis quando tibi dantur eburnis.

ſtabunt famulæ claris a Regibus ortæ
: tua , cum fuerint iuſſæ,mandata capeſſant.
At Regina tibi vinclo ſociata iugali
extera erit, flauos auri diademate crines,
rdentem vario chlamydem circundata limbo.
audi me, Nata,vide, rem pectore ſerua:
onnubio tanti ſancto decorata mariti
ne tuos animo patrios oblita penates.
e autem paribus curis æquabit amorem,
iamuis dignus erat, poſito quem poplite Regem
ua colas, numenque tuum mortalis adores.
Tunc aliæ venient famulæ, tibi munera ſupplex
eret emenſo reflui Tyros æquore ponti:
qui diues arat terram, & qui nauigat vndas.
ior in interno quamuis ſit gloria cultu,
formoſa tamen procedit filia Regis
antis variè redimita laboribus auri.
lla ſuo fulgens en ſponſo adducitur vxor
ginibus ſtipata ſuis: en ſanguinis illam
dem nymphæ ſociæ comitantur euntem.
laudunt aliæ manibus, choreaſque ſonantes
numeros aliæ ducunt, ad tympana ſaltant:
halami auratis ſubeunt penetralia velis.
) Regina,tuos ne iam reminiſcere patres,
n tibi felici naſcetur origine proles,
natum iubeas quam ponere iura per orbem.
unata nimis, quantum mea carmina poſſunt,
elebrem faciam ventura in ſecula matrem.
opuli aſpicient,& dum flammantis anheli
equi rutilum ſpirarint naribus ignem,
er honos, nemenque tuum,laudeſq; manebunt.

68. *Exurgat Deus, & diſsipentur inimici.*

SAncte Parens exurge, vagos fuga diſsipet hoſtes,
Formidoque tui pauidos agat æmula vultus,
Qui rerum Dominum te mente odere maligna.
Fumus vt afflatu ſpirantis deficit auræ,
Ceraque ſuppoſito tepefacta vt liquitur igne,
Irradiante Deo ſic gens ſcelerata fatiſcet.
Iuſti autem veluti celebrent conuiuia, coram
Numine læta fremant. Age puri carmina magno
Pangite grata Deo, cantuque attollite nomen.
Vos illi munite vias, qui Solis ab Ortu
Occiduo verſat celerem ſuper æthere currum,
Et nomen Dominantis habet. Gaudete frementes
Eia pij: è cælo quoniam mortalia curat.
Ille fouet gremio pueros genitoribus orbos,
In viduaſque animo iuſtus ſedet arbiter æquo.
Ille tenens ſolium ſtellis radiantibus aptum,
Mœrentes ſine prole, facit ſobboleſcere tædas:
Vincula captiuis ceruicibus ænea demit:
Et populis vindex habitata rebellibus arua.
Mutat in arentes glebas ſitientis arenæ.
Alme tui caſtris populi cum ſignifer ibas
Per deſerta ſiti, & nullis cultoribus arua:
Terra nouo tremuit penitus conterrita motu,
Sudauit pauidus formidine, numinis æther,
Et iuga fumantis trepidarunt algida Sinæ.
Ille ſoli faciem pluuialibus irrigat vndis,
Defeſſos iterum renouans ad ſemina campos.
Hinc alit irrigui pratis animalia fœni,
Hinc miſeris inopum tot ſufficit horrea turbis.
Cum trepidant gentes, cum bella minacia tractant,
Ille regens acies, & triſtia nutibus arma.
Ad cantum & choreas dabit argumenta puellis,
Scilicet vt fugiunt Reges, vt caſtra relinquunt,
Vt pauc

Vt pauci ſpoliant multos, & ſæpe quieti
Læta domum referunt bellorum præmia ciues:
Vos tripodas quamuis inter iaceatis ahenos,
Ferte pij. Veniet tempus, quo lucis honorem
ſplendentem latè dabitis; ceu ſole columba
Aduerſo niueis argentea viſitur alis,
Et dorſo rutilans auri volat æmula fului,
Quando triumphatos Deus acta in vincla tyrannos
Miſit, in alta ſuos tunc ſidera vexit amicos.
Et prius in tenebris poſiti, nituere micantes:
Aereus Selmon niueo ceu vertice candet.
it Baſſan mons ille ferax, ſtelliſque minetur
rduus, & riguo lactis fluat vuidus amne:
Qua tamen inuidia monti contendere montes
udetis, quem numen amat? certamque futurum
uem ſibi delegit ventura in tempora ſedem:
Ille tot alatis equitum ſe millibus effert,
ot currus, acieſque trahit. Nunc ardua Sinæ,
unc ſua templa ſubit. Iam victor in æthera tendis,
aptiuoſque greges tecum per inania ducis,
Cœloque foues populos, doniſque ſecundas,
naroſque Dei pietatis ad arma reducis:
nde habitare domos, hominumque vidèberis vrbes.
Nos ideo, quoties aperit Sol flammeus orbem,
e Dominum canimus, qui nobis æquore tutum
to pandis iter, donaſque ſalutifer auras.
potes exanimos animare, & ferrea diri
tia defunctis iterum recludere lethi.
iuſcunque tamen franges caput, aſper in hoſtes,
ſcentis vacuas animis infrenibus auras.
At Genitor dixit, Baſſanis ſaltibus hoſtem
piam, & pelagi renouabo exempla rubentis.
tuus effuſo rubeat pes ſanguinis amne,

(O animi

(O animi gens pura vide) canibuſque malorum
Per medios iaceant lambenda cadauera vicos.
Hæc olim videre Pij, cum clarus habebas
Rex idem, numenque mihi, tot rebus honorem,
Cumqne triumphalis cepiſti inſignia pompæ.
Ibant arguta primi qui voce canebant,
Quique dabant calamis, cithariſque,tubiſq; ſonorem.
Tunc circumfuſæ plauſu fremituque puellæ
Intermiſta cauis addebant tympana ſiſtris.
Hunc celebrate Deum Iacobi è ſanguine creti,
Scilicet egregiæ primæno in flore iuuentæ,
Qui placido fruitur ſomni Beniaminus æſtu.
Tum Iudæ de ſtirpe duces, primique virorum
Quos Zabulon miſit, quos Nephthalinus in auras.
Rex, tibi conſtituit Genitor Deus addere robur:
Hoc agat, & donum promiſſum numine firmet.
Sic vigeat maior Solymæi gloria templi,
Certatimque ferant alij donaria Reges:
Tu populos agita pharetra, iaculiſque minaces,
Quique ruunt veluti fortes in prælia Tauri,
Aere paciſcentes quicquid fert alea belli.
Funde manu populos, quorum fremit arma cupido.
Oratum veniet Pharij gens accola Nili,
AEthiopeſque ferent manibus tibi dona ſupinis.
Regna per humentes terrarum condita fines
Voce, lyraque Deum cantate in ſidera vectum,
Surgentemque ſuper ſtellas Orientis ab ora.
Ille ſuæ imperio, quæ vult, facit omnia vocis:
Vos illum citharis, vos tollite laudibus illnm.
Cuius in Iſacidum maieſtas ſtirpe refulget
Nubibus, & cœlo toties manifeſta ſereno.
Sancti dira loci quam ſit venerabile numen
Relligio factis aperit cœleſtibus. Ille

Nam

Nam Deus Iſacidis vires, animumque miniſtrat,
Ora cui æternas dicant vocalia laudes.

Pſ. 135. *Laudate nomen Domini, laudate, &c.*

VOs nomen laudate Dei, quibus atria templi,
Et curare datum ſacris altaribus ignes.
Vos Dominum laudate bonum, vos nomen in aſtra
Ferte, quod ætherea dictum dulcedine mulcet.
Ille ſibi voluit Iacobi è ſtirpe minores;
Et tanquam patrij poſſedit prædia iuris.
Noui equidem, noui; quàm maieſtate verendum
Numen habet, quantumque Deos ſupergeminet omnes.
Quæ placuit feciſſe, ſuo facit omnia nutu.
Siue polum, terraſque colant, ſiue æquora ponti,
Siue lacus habitent, vicinaque Manibus antra.
Nubila de terræ cogit penetralibus imæ,
Fulmina venturæ præmittit nuncia lymphæ:
Occultas aperit ventorum flatibus arces.
Regna quid enumerem Pharij percuſſa tyranni?
Cæſa Paretonijs quid pignora prima colonis?
Quid pecudum ſtrages humanaque funera dicam?
Te Pharos oſtentis pauidam cæleſtibus idem.
Cumque ſuis timidum Pharaona clientibus egit;
Tot gentes domuit, tot Reges miſit in Orcum;
Stirpis Amorrhææ dominum Seona peremit;
Baſſanis etiam regnantem in montibus Ogum;
Diruit inuiſam ſacro Cananitida bello,
Iacobique dedit promiſſa nepotibus arua.
O factis æquale tuis, o poſtera nomen
Quod nunquam ſoboles, ætas ve oblita ſilebit?
Alme tuum populum magna pietate fouebis,
Sponteque ſupplicibus, quoties orabere, parces.
O gentes ſimulacra Deum quæ fingitis, aurum,

Argentum

Argentum, rupeſque manent, hominumque labores;
Vocis egens os ſemper hiat, ſtant lumina ſolem
Neſcia, vel rerum claros ſentire colores:
Pulſanturque cauæ fruſtra tinnitibus aures.
Nam quid agent cautes vacuæ ſpirabilis auræ?
Talis erit, quiſquis ſibi talia numina fingit;
Credulus vnde ſuis ſperat lenimina rebus.
At domus a magno Iacobo exorta, vetuſtum
Aronis, Leuique genus celebrate Parentem,
Voſque Deum pura qui relligione timetis.
Ille ſit æterno rerum modulamine notus,
Qui Solymas, vrbiſque tenet tecta alta Sionis.

Pſ. 145. Exaltabo te Deus meus Rex.

TE Numen, Regemque meum, vomit orbita lucem
Dum rutilam flammata, canam, venerabile nomen
Alme tuum, Genitor, ventura in tempora dicam.
Nec ceſſabo, licet des vltra ſecula vitam.
Nunc veniet quoties Aurora recludere cœlum
Matutina, tuas in laudes ora reſoluam.
Et mea venturis tranſmittam carmina ſeclis.
O maius quam mente queo te fingere Numen;
Nulla tuas æquant hominum præconia laudes:
Te cecinere patres, etiam tua facta minores
Accipient, alij, atque alij tua robora dicent.
Nunc decor, & volitans circum te gloria vocem
Alliciunt, flammantque mihi miracula pectus.
Poſteritas ſtupefacta canet, quam fortis in hoſtem,
Prodigijs olim domitum tremefeceris orbem,
At tua venturo bonitas celebrabitur æuo,
Aſpera iuſtitiæ quæ molliet ora ſeueræ.
Diceris veniæ facilis, miſereſcere pronus,
Melleque cœleſtem nobis ſpirare fauorem,
Humanam rapido quam vellere turbine gentem:

ám tua ſe pietas vltra facta omnia tollit:
e rerum memorat ſeries, te neſcia dicant
ectora nequitiæ, celebret quæ gloria regni
lme tui, & validæ ſit quanta potentia dextræ.
cilicet vt populos doceant, nec ſceptra locorum
nibus, aut metis te qui potes omnia, claudi.
u regnum ſine fine tenes, quod temporis alæ
ec minuent agiles, nec rerum turbida perflat
empeſtas, motaque mouent ab origine gentes.
llicitis fideique tenax, nutantibus vltro
ccurris, fractoſque leuas. Viuentia fixis
uminibus te Sancte vocant, vt ſcilicet eſcas
ccipiant. manibus plenis alimenta refundis,
nimium largo ſaturas animantia victu.
litiæ, Verique Parens, atque omnibus æquus,
pliciter nemo votis, animoque vocabit,
non præſidio ſoleas occurrere tuto.
O Genitor nimium clemens, & amicus amicis,
m quos alma tui reuerentia numinis ambit,
s audis, & dona ferunt quæcunque rogarunt.
c gentes audite, ſui cuſtodit amantes
nipotens, auſos at facta nefaria perdit.
nc ideo, dum ſpiro, canent pia carmina Regem
uicunque vagi refugas bibit ætheris auras,
a ſuis donec per cœlum cornibus ibit.

Pſ. 148. *Laudate Dominum de cęlis:*

ratæ qui templa domus radioſa tenetis,
ia Patrem laudate Deum, vos præpete penna
ries, dominæ qui iuſſa capeſsitis aulæ:
orus, & rutilis exercitus igneus alis.
a patrem laudate Deum, tu lucifer arua
us anhelanti qui viſis eburnea curſu,
que fraternæ ſplendoribus æmula flammæ,

Et Vos

Et vos auricomis argentea crinibus aſtra,
Eia patrem laudate Deum vos orbibus orbes
Incluſi, nomenque poli commune tenentes:
Quæque ſuper nitidos eſtis cæli æquora campos.
Ipſe Parens iuſsit: mox quæ nihil ante fuerunt
Aſpexere diem, ſeruantque hunc iuſſa tenorem,
Quomodo perpetuis ſub legibus omnia viuunt.
Eia patrem laudate Deum per opaca dracones
Antra ſoli, veſtri qui tempora ducitis æui:
Et vos ſub tremuli ſpecubus gens ſquammea ponti,
Ignis, grando, niues, & motæ ſpiritus auræ,
Numinis vnanimes diuina ad iuſſa miniſtri,
Vos montes, colleſque ſimul, nemorumque receſſus,
Seu ſterilem baccam, ſeu mitia poma ferentes:
Et vos aëreo ſurgentes culmine cedri.
Eia Patrem laudate Deum, quæ dura tenetis
Saxa feræ. campoſque greges tondetis amœnos.
Squammigeris etiam ſpiris qui repitis angues,
Et tremula volucres quæ nubila finditis ala.
Vos Reges, populique omnes, omneſque tyranni,
Et qui iura datis de ſede petentibus alta:
Huc pueri veniant, huc virginis ora puellæ,
Flos hominum, canis & menta niualia plumis.
Vna omnes Domini nomen venerabile tollant,
Cui terræ, & cæli laudem ſoli accola debet:
Cuius honos terras, & ſidera flammea tranat,
Hunc domus Iſacidum tot cuſtodita per annos
Efferat. Hic ſignum vitæ Deus extulit olim,
Et bona tot populo monſtrauit amicus amico

Satis hic diuini ſpiritus ardor eluxit, quem ... ptare ſibi Poeta Chriſtianus debet, ad ſacras p... ſertim res carmine celebrandas.

AC

ACTII SYNCERI SANNAZARII
de Partu Virginis.
Liber I.

VIRGINEI partus, magnoque æquæua parenti
Progenies, ſuperas cœliquæ miſſa per auras
ntiquam generis labem mortalibus ægris
oluit, obſtructique viam patefecit olympi,
mihi, Cœlicolæ, primus labor: hoc mihi primum
rgat opus. Vos auditas ab origine cauſas,
tanti ſeriem, (ſi fas) euoluite facti.
Nec minus o Muſæ vatum decus, hic ego veſtros
tarim fonteis, veſtras nemora ardua rupeis:
uandoquidem genus è cœlo deducitis: & vos
rginitas ſanctæque iuuat reuerentia famæ.
s igitur, ſeu cura poli, ſeu Virginis huius
igit honos, monſtrate viam, qua nubila vincam:
mecum immenſi portas recludite cœli.
gna quidem, magna Aonides, ſed debita poſco,
c vobis ignota: etenim potuiſtis & antrum
picere, & choreas: nec vos orientia cœlo
ia, nec Eoos reges latuiſſe putandum eſt.
Tuque adeo ſpes fida hominum, ſpes fida deorum,
na parens, quam mille acies, quæque ætheris alti
itia eſt, totidem currus, tot ſigna, tubæque,
litui comitantur, ouantique agmina gyro
glomerant: niueis tibi ſi ſolennia templa
ta damus: ſi manſuras tibi ponimus aras
ciſo in ſcopulo fluctus vnde aurea canos
piciens, celſo ſub culmine Mergilline
ollit, nautiſque procul venientibus offert:
udes de more tuas, ſi ſacra, diemque,
cœtus latè inſigneis, rituſque dicamus.
ue felicis colimus dum gaudia partus:

Tu vatem ignarumque viæ, inſuetumque labori
Diua mone, & pauidis iam laeta adlabere cœptis.
Viderat æthereâ ſuperum regnator ab arce
Vndique collectas vectari in Tartara prædas;
Tiſiphonemque imo conantem cuncta profundo
Vertere, & immaneis ſtimulantem ad dira ſorores;
Nec iam homini prodeſſe, alto quod ſemina cœlo
Duceret; aut varios animum excoluiſſet ad vſus;
Tantum letiferæ poterant contagia culpæ.
Tum pectus Pater æterno ſuccenſus amore,
Sic ſecum: Ecquis erit finis? tantiſne parentum
Priſca luent pœnis ſeri commiſſa nepotes?
Vt quos victuros ſemper, ſuperiſque crearam
Penè pareis, triſti patiar ſuccumbere letho,
Informeiſque domos, obſcuraque regna ſubire?
Non ita: ſed diuum potius reuocentur ad oras,
Vt decet, & manuum poſcunt opera alta mearum;
Deſertoſque foros vacuique ſedilia cœli
Actutum complere parent, legio vnde nefandis
Acta odijs trepidas ruit exturbata per auras.
Quumque caput fuerit, tantorumque vna malorum
Fœmina principium, lacrymaſque, & funera terris
Intulerit: nunc auxilium ferat ipſa, modumque,
(Qua licet) afflictis imponat fœmina rebus.
Hæc ait: & celerem ſtellata in veſte miniſtrum,
Qui caſtæ diuina ferat mandata puellæ,
Adloquitur, facie inſignem, & fulgentibus alis:
Te, quem certa vocant magnarum exordia rerum,
Fide vigil, pars militiæ fortiſsima noſtræ,
Te decet ire, nouumque in ſecula iungere fœdus:
Nunc animum huc aduerte, atque hæc ſub pectore ſerua.
Eſt vrbeis Phœnicum inter, latèque fluentem
Iordanem, regio noſtris ſat cognita ſacris,

Iudæ

æam appellant, armiſque & lege potentem.
: claris exorta atauis, Vatumque, Ducumque
tiquum genus, & dignis licet aucta hymenæis,
ctoris illæſum Virgo mihi caſta pudorem
uat adhuc nullos non ſeruatuta per annos:
irus amor) ſeniumque ſui venerata mariti
guis degit thalamis, & paupere tecto.
na polo regnare, alioque effulgere diuum
acilio, & noſtros æternum habitare penates,
nc mihi virginibus iampridem ex omnibus vnam
egi, prudenſque animo interiore locaui:
oret, intacta ſanctum quæ numen in aluo
ciperet, ferretque pios ſine ſemine partus.
o age, nubiuagos molire per aera greſſus:
enienſque locum caſtas hæc iuſſus ad aureis
re, & pulchris cunctantem hortatibus imples
ndoquidem genus è Stygijs mortale tenebris
ere eſt animus, ſæuoſque arcere labores.
ixerat, ille altum Zephyris per inane vocatis
oit iter, ſcindit nebulas, atque aera tranat
petens, pronuſque leueis vix commouet alas:
lis, vbi ex alto notis Mæandria ripis
pexit vada, ſeu placidi ſtagna ampla Cayſtri,
ipitem ſeſe candenti corpore cycnus
it agens, iamque implumis ſegniſque videtur
ſibi, donec tandem potiatur amatis
or aquis: ſic ille auras, nubeiſque ſecabat.
bi palmiferæ tractu ſtetit altus Idumes,
nam haud humileis voluentem pectore curas
icit. atque illi veteres de more Sibyllæ
anibus : tum ſi qua æuo reſeranda nepotum
ici caſto cecinerunt pectore vates.
a autem ſecuram animi, lætamque videres

Autorem

Autorem ſperare ſuum, namque adfore tempus,
Quo ſacer æthereis delapſus ſpiritus aſtris
Incorrupta piæ compleret viſcera matris,
Audierat. Proh quanta alti reuerentia cœli
Virgineo in vultu eſt: oculos deiecta modeſtos
Suſpirat: matremque Dei venientis adorat:
Fœlicemque illam humana nec lege creatam
Sæpe vocat: necdum ipſa ſuos iam ſentit honores,
Cum ſubito ex alto iuuenis demiſſus olympo,
Purpureos retegit vultus: numenque profeſſus
Inceſſuque habituque ingenteis explicat alas:
Ac tectis latè inſuetum diffundit odorem.
Mox prior hæc. Oculis ſalue lux debita noſtris,
Iampridem notum cœlo iubar, optima Virgo:
Cui ſeſe tot dona, tot explicuere merenti
Diuitiæ ſuperum: quicquid rectique, probique
Aeterna de mente fluit: puriſsima quicquid
Ad terras ſummo veniens Sapientia cœlo
Fert ſecum, & plenis exundans Gratia riuis.
Te Genitor ſtabili firmam ſibi lege ſacrauit,
Perpetuos Genitor curſus qui dirigit aſtris:
Manſuramque tuo fixit ſub pectore ſedem.
Idcirco cœtus inter veneranda pudicos
Vna es, quam latis cœli in regionibus olim
Tot diuum celebrent voces. proh gaudia terris
Quanta dabis? quantis hominum ſubcurrere votis
Incipies? Stupuit confeſtim exterrita Virgo:
Demiſitque oculos: totoſque expalluit artus.
Non ſecus, ac conchis ſi quando intenta legendis
Seu Micone parua, ſcopulis ſeu fortè Seriphi
Nuda pedem virgo, lætæ noua gloria matris
Veliferam aduertit vicina ad littora puppim
Aduentare, timet. nec iam ſubducere veſtem

t nec tuto ad ſocias ſe reddere curſu:
repidans ſilet, obtutuque immobilis hæret
Arabum merceis, & fortunata Canopi
a ferens, nullis bellum mortalibus infert:
elago innocuis circumnitet armamentis.
um rutilus cæli alipotens, cui lactea fandi
a, diuinique fluunt è pectore rores
roſiæ, quibus ille aereis mulcere procellas
t, & iratos pelago depellere ventos:
xcute Dia metus animo, paritura verendum
tibus numen, ſperataque gaudia terris,
namque datura venis per ſecula pacem.
ego ſiderea miſſus tibi nuntius arce,
mis celeres vexit quem penna per auras,
inor, non inſidias, non nectere fraudes
us, longè a noſtris fraus exulat oris.
pe tui magnum magna incrementa per orbem
lim partus Virgo ſoboliſque beatæ
ecies. vincet proauos, proauitaque longo
det iura imperio: populiſque vocatis
lium, latè ingentes moderabitur vrbeis:
ceptri iam finis erit, nec terminus æui,
iuſtis paulatim animis pulcherrima ſurget
gio, non monſtra, pijs ſed numina templis
bunt caſtæ diris ſine cædibus aræ.
xerat: illa animum ſedato pectore firmans,
tit, & placido breuiter ſic ore locuta eſt.
eptuſne mihi tandem partuſque futuros
refers? mene attactus perferre virileis
putas? cui vel nitenti matris ab aluo
ius inconcuſſum, & ineluctabile votum
itas fuit vna: nec eſt cur ſoluere amatæ
udicitiæ cupiam, aut hæc fœdera rumpam?

 Imo

Imo iſtas, quod tu minimè iam rere per aureis.
Excipit interpres, fœcundam ſpiritus aluum
Influet, implebitque potenti viſcera partu,
Flammifero veniens cælo, atque micantibus aſtris.
At tu virgineum mirata tumeſcere ventrem,
Hærebis pauitans: demum formidine pulſa,
Gaudia ſeruati capies inopina pudoris.
Nè ve hæc vana putes, dictis aut territa noſtris
Indubites: feræ dudum conceſſa ſenectæ
Dona oculos pone ante tuos. Nam ſanguine auito
Iuncta tibi mulier (ſterilis licet illa, grauique
Preſſa æuo) haud quaquam ſperatum hoc tempore pignus
Fert vtero, & felix ſexto ſub menſe laborat,
Vſque adeo magno nil non ſuperabile cælo eſt.
His dictis, Regina oculos ad ſidera tollens
Cœleſtumque domos ſuperas, atque aurea tecta,
Adnuit, & taleis emiſit pectore voces:
Iam iam vince fides, vince obſequioſa voluntas:
En, adſum: accipio venerans tua iuſſa, tuumque
Dulce ſacrum Pater omnipotens: nec fallere veſtrum eſt
Cœlicolæ: noſco crineis, noſco ora manuſque
Verbaque, & aligerum cæli haud variantis alumnum.
Tantum effata, repentè noua micuiſſe penateis
Luce videt: nitor ecce domum complerat: ibi illa,
Ardentum haud patiens radiorum, ignisque coruſci,
Extimuit magis. At venter (mirabile dictu)
(Non ignota cano) ſine vi, ſine labe pudoris,
Arcano intumuit verbo Vigor actus ab alto
Irradians, Vigor omnipotens, Vigor omnia complens
Deſcendit, Deus ille, Deus: totoſque per artus
Dat ſeſe, miſcetque vtero: quo tacta repentè
Viſcera contremuere: ſilet Natura pauetque
Adtonitæ ſimilis: confuſaque turbine rerum

Inſolit

lito, occultas conatur quærere cauſas.
longè vireis alias, maioraque ſentit
mina: ſuccutitur tellus: læuumque ſereno
nuit cælo rerum cui ſumma poteſtas,
entum Nati Genitor teſtatus: vt omnes
ſirent latè populi, quos maximus ambit
anus, Tethyſque, & rauciſona Amphitrite.
inter medios cæli terræque fragores
uatis properans volucer pulcherrimus alis,
nia dum trepidant, diſceſſerat, altaque nabat
loca, cum Virgo celſis in nubibus illum
rnantem humeros videt, atque immenſa ſecantem
torum ſpatia, & iam verſicolore per auras
gentem pluma, ac cœli conuexa petentem.
em demum tali adſpectans ſermone ſecuta eſt.
gne ales, celſi decus ætheris, inuia rerum
i penetras, longèque & nubila linquis, & Euros
euolans, læto ſcu te felicia tractu
ra, quæque ſuos voluuntur ſigna per orbes
ectant redeuntem: alti ſeu certa repoſcit
ſtalli domus, & vitrei plaga lucida regni:
propiora vocant ſupremo tecta Tonanti,
patet in ſummum regio flammantis olympi:
ue amor, & liquidis flagrans alit ignibus auras
ecor, i noſtrum teſtis defende pudorem.
plura his. Tum vero aciem deflectit, & omneis
d mora, ſollicito percurrit lumine monteis:
atamque animo, conceptaque pignora verſat,
lta putans: ſeruumque vteri miratur honorem.
nterea Maneis deſcendit fama ſub imos,
enteiſque domos veris rumoribus implet:
aturu aduentare diem, quo triſtia linquant
tara, & euictis fugiant Acheronta tenebris.

Immanémqne vlulatum, & non latabile murmur
Tergemini canis: aduerſo qui carceris antro
Excubat inſomnis ſemper, rituque trifauci
Horrendum, ſtimulante fame, ſub nocte profunda
Perſonat, & morſu venienteis adpetit vmbras.
Tum vero heroes lætati, animaque piorum,
Ad cœlum erectas cœperunt tendere palmas,
Atque hic inſignis funda, citharaque decorus,
Inſignis ſceptro ſenior, per opaca locorum
Dum graditur, nectitque ſacros diademate crineis,
Dum legit effœtos Lethæo in gramine flores,
Qua tacitè labuntur aquæ, mutaque volucres
Ducunt per ſterileis æterna ſilentia ramos:
Adtonita ſubitos concepit mente furores,
Diuinamque animam, & conſueto numine plenus
Intorquens oculos, venientia fata recenſet.
Naſcere magne puer: noſtros quem ſoluere nexus,
Et tantos Genitor voluit perferre labores.
Magne puer, cui ſe hæc tandem ſpolianda reſeruant
Regna, tot heu miſeris hominum ditata ruinis,
Naſcere, venturum ſi te mortalibus olim
Pectore veridico promiſsimus: igneus vt nos
Viribus adflatos cœleſtibus ardor agebat
Inſinuans: ſi ſacra peregimus, & tua latè
Iuſſa per immenſum fama vulgauimus orbem.
Iam ridet pax alma tibi: ſimul ecce potentes
Impulſi cœlo, diuiſque autoribus acti
Orbe alio properant Reges. Saluete beati
Aethiopes, hominum ſanctum genus, aſtra ſecuti;
Scilicet huc veſtris adfertis munera regnis.
Accipe dona puer, tuque o ſanctiſsima mater
Sume animos: iam te populique duceſque frequentant
Littore ab extremo, & odoriferis Nabathæis.

Ille autem

utem aurata fulgens in veſte ſacerdos
canus, iam maturo veneraLilis æuo
d ſibi vult? ſacras puerum qui ſiſtit ad aras,
eneranſ?? lætoque inſpectans æthera vultue
e dehinc facili clauſurum lumina fato,
amat: quod ſperatum per ſecula munus,
niſ[illegible]ē diu pacem, certamque ſalutem
arum exorta liceat ſibi luce tueri,
nui ſeniumque ideo, Parcaſque trahenti?
uid ego (heu) dira conſperſos cæde penateis
tum, & ſubito currenteis ſanguine riuos
cio? triſtiſque meas vagitus ad aureis
r? Io ſcelus eſt partus iugulare recenteis.
elis, quid agis? nihil hi meruere: neque illum,
n petis, inſano dabitur tibi perdere ferro.
nunc o matres ſcelerata abſcedite terra,
licet, inque ſinu pueros abſcondite veſtros:
ferus hoſtis adeſt propera iam regia virgo,
Parethonias transfer tua pignora terras:
one: hoc magnum Genitor qui temperat orbem.
domus, tutique illic tibi Dia receſſus.
n vbi bis ſenas hyemes, bis ſenaque nati
ia, & tantos ſuperaueris anxia caſus,
eis imo duces de pectore queſtus,
que aſſiduis pulſabis ſidera votis.
puerum, quamuis per compita ſæpe vocatum,
expectatum conſuetæ ad gaudia menſæ,
ires nequicquam amens: nec chara petenti
, nec ſera redeuntem nocte videbis.
ue illum totos mœrenti pectore ſoles,
dem trepidas ſomni ſine munere nocteis
luſtrantes, queſtu omnia confundentes
, indigno perculſi corda dolore

Tuque, ſenexque tuus. Quarto ſed Lucifer ortu
Purpureos tremulo cum tollet ab æquore vultus;
Inuentum dabit, & quærentibus offeret vltro.
O quas tunc lachrymas, o quæ tunc oſcula mater,
Quos dabis amplexus, miſto inter gaudia fletu?
Tum natum ante aras Patris, & delubra ſedentem
Mulcentémque ſenes dictis, animoſque trahentem,
Adſpicies gauiſa, ipſo admirante ſenatu
Primitias pueri ingenteis, nec inane ſagacis
Pectoris indicium, natæque ad grandia mentis.
Tu vero quid in arma ruis ſcelerata iuuentus,
Quid galeas, enſeiſque, virum & fulgentia cerno
Agmina? ſcutataſque procul ſub nocte cohorteis
Obſcura, & crebris radianteis ignibus haſtas?
Totne vnum telis petitur caput? heu furor, heu mens
Cæca hominum, ſempérque odijs adcincta nefandis.
Iamque oleas, montémque ſacrum circumque ſupraque
Cinxere, & longa lucum obſedere corona.
Quo feror? ecce trahunt manibus poſt terga reuinctis
Inſontem: modo quem latas mira illa per vrbeis
Edentem, patriſque palam præcepta docentem
Adtoniti ſtupuere, illum regemque Deumque,
Humanæque ducem vitæ, fontemque ſalutis,
Haud veriti populo circum plaudente fateri.
Heu facinus: mortémne etiam, & crudele minantur
Supplicium? ſæuos ſtringunt in vulnera faſceis,
Horrenteiſque parant paliuro intexere dumos,
Tormenti genus: & capiti premere inde coronam
Vulnificam. Viden alternos vt arundinis ictus
Incutiunt? geminantque truci conuicia lingua?
Parte alia ingenteis video de ſtirpibus imis
Euerti palmas, altas ad ſidera palmas,
Infelix opus, vnde hominum lux illa, decorque

Pende

ndeat;ah trepidis dirum, & miſerabile terris!
in Patri æthereo moriens liuentia pandet
achia, turpatoſque atra de morte capillos,
aque, demiſſoſque oculos, frontemque cruore
a madidam, & lato pateſactum pectus hiatu.
mater, non iam mater, ſed flentis, & orbae
elix ſimulacrum ægra ac ſine viribus vmbra,
te crucem demiſſa, genas effuſa capillum
lachrymans, triſtique irrorat pectora fletu.
ſi iam comperta mihi licet ore profari
nia: defeſſi ſpectans morientia Nati
nina, crudeleis terras, crudelia dicit
era crudelem ſeſe, quod talia cernat
lnera ſæpe vocat, tum luctiſono vlulatu
cta replens, ſingultanti ſic incipit ore;
pit, & duro figit ſimul oſcula ligno
lamans. Quis me miſeram, quis culmine tanto
ectum ſubitis inuoluit, Nate, procellis?
e patris vires, ſanguis meus, vnde repentè
c fera tempeſtas? quis te mihi fluctus ademit?
æ manus indignos fœdauit ſanguine vultus?
tantum in ſuperos licuit? bella impia cælo
s parat? hunc ego te, poſt tot malè tuta labores,
que tot infelix elapſæ incommoda vitæ
picio? tune illa tuæ lux vnica matris?
e animæ pax, & requies ſpeſque vltima noſtra
aperis? ſi me ſolam, exanimemque relinquis?
olor, extincto iam te pro fratre ſorores,
natis toties exorauere parentes:
ego pro Nato; pro te Dominoque, Deoque
em miſera exorem? quo triſtia pectora vertam?
querar? o tandem diræ me perdite dextræ;
potius (ſi qua eſt pietas) immanibus armis
uite; in me omneis effundite pectoris iras;

Vel tu (ſi tanti eſt, hominum genus) eripe matrem,
Quæ rogat, & Stygias tecum duc, Nate, ſub vmbras,
Ipſa ego te per dura locorum, inamœnaque viuis
Regna ſequar. liceat rumpentem cernere portas
Aeratas: liceat pulchro ſudore madentem
Euerſorem Erebi materna abſtergere dextra:
Hos illa & plureis fundet de pectore queſtus.
Quod ſcelus Eois vt primum cernet ab vndis
Sol: indignāteis retro conuertere currus
Optabit, fruſtraque ſuis luctatus habenis,
Quod poterit tandem, auratos ferrugine crineis,
Inficiet, mœſtamque diu ſine lumine frontem
Oſtendet terris: vt qui iam ploret ademptum
Autorem, regemque ſuum: quin ipſa nigranti
Fratris ab ore timens, & tanto concita caſu
Cynthia, cæruleo vultus obnubet amictu,
Auertêtque oculos, lacrymaſque effundet inaneis.
At contra horriſono tellus concuſſa tremore,
Cum gemitu fremet: & ruptis excita ſepulcris
Emittet ſimulacra Quid o, quid abire paratis
Illuſtres animæ? non omnibus hæc data rerum
Conditio, paucis remeare ad lumina vitæ
Conceſſum. Sed tempues erit, cum Martia rauco
Mugitu cœlum quatiet tuba: cumque repente
Corpora per terras omneis la è omnia ſurgent.
Nunc autem ſat Tartarei ſi clauſtra tyranni
Effringat Rex ille: & caligantia pandat
Atria: diffugiant immiſſo lumine diræ
Eumenidum facies iactis in terga colubris:
Quas atro vix in limo Phlegethontis aduſtum
Accipiat nemus, & fumanti condat in vlua.
Tum variæ peſtes: & monſtra horrentia Ditis
Ima petant: trepident Briareia turba, Ceraſtæ,

Semiſe-

niferumque genus Centauri, & Gorgones atræ,
yllæque, Sphingeſque, ardentiſque ora Chimæræ,
que Hidræ, atque Canes, & terribiles Harpyiæ,
e catenato feſſus per tartara collo
ıcetur Pluton: triſti quem murmure circum
ferni fractis mœrebunt cornibus amnes:
nos virginea præcincti tempora lauro,
na per extentos cœli victricia campos
lemus, lætoque Ducem clamore ſequemur:
ctor io, bellator io, tu regna profunda,
maneis, Erebumque, poteſtateſque coerces
rias, Lethumque tuo ſub numine torques.
alto temone ſedens, leuibuſque quadrigis
a dabit, volucreſque reget placido ore iugaleis,
n iam cornipedum ductos de ſemine equorum,
qui conſuetas carpant præſepibus herbas,
nus enim valido ſubnixus eburnea collo
iuga formoſi pecoris cuſtodia Taurus,
atus minio Taurus: cui cornua fronti
ea, & auratis horrent palearia ſetis:
que pedes bifidæ radiant noua ſidera gemmæ,
ıa boui facies: ſed qua non altera cœlo
ior, imbriferum quæ cornibus inchoet annum,
quæ tam claris mugitibus aſtra laceſſat.
iuxta nemorum terror, rexque ipſe ferarum
nanimus nitet ore Leo: quem fuſa per armos
eſtit iuba: pectoribus generoſa ſuperbit
eſtas non iam vt cædeis, aut prælia ſæuus
tat (innocuis armantur dentibus ora:
aque tranquillo ridet Clementia vultu)
œlo vt ſpatietur, & alta ad ſidera tendat,
os poſt inſequitur pulchros pennata per artus
um regina; ſacræ cui vertice plumæ

Adſur-

Adſurgunt: flauo quę caput diademate fulget.
Ipſa ingens alis, ingentis fulminis inſtar
Supra hominum tecta, ac monteis, ſupraque volucres
Fertur, & obſtanteis curſu petit obuia nubeis.
Vltimus humana ſociat ceruice laborem
Alatus tergo iuuenis: cui lutea læuo
Ex humero chlamys Eois inſperſa lapillis
Pendet; eam variant centum longo ordine Reges,
Antiquum genus, & Solymæ primordia gentis,
Oſtro intertexti: veros cognoſcere vultus
Eſt illic: veros monteis, & flumina credas:
Et vera extremo Babylon nitet aurea limbo.
Tali ſidereas curru ſublectus in auras,
Indutos referens ſpolijs pallentibus axeis,
Perueniet, recto qua panditur orbita tractu
Lactea, & ad ſedeis ducit candentis Olympi.
Illic auratæ muros mirabimur vrbis,
Auratasque domos & gemmea tecta, viaſque
Stelliferas: vitreoſque altis cum montibus amneis:
Atque ibi ſeu magni celſum penetrale Tonantis,
Siue alios habitare lareis, & tecta minorum
Cœlicolum dabitur, ſtellas numerare licebit,
Surgentemque diem pariter, pariterque cadentem
Sub pedibus ſpectare, & longos ducere ſoleis,
Longaque venturis protendere nomina ſeclis.
Hæc vbi dicta, patres plauſu excepere frequentes
Fatidicum Vatem, ſublatumque aggere ripæ
Adtollunt humeris, lætumque per auia ducunt.
Intremuere Erebi ſedes, obſcuraque Ditis
Limina: ſuſpirans imo de corde Megæra
Dat gemitum, & toruas ſpectat ſine mente ſorores.
Tum caudam exululans ſub ventre recondidit atram
Cerberus, & ſonteis latratu terruit vmbras.

Comm

Commotiſque niger Cocytus inhorruit antris?
t vaga Siſyphijs hæſerunt ſaxa lacertis.

IN NATALI CRISTI D. NOSTRI Ecloga.

Tres paſtores de viſis, auditiſque ab ſe Angelis & de Saluatoris ortu ſibi nuntiato mutuùm gratulantes, ad preſepe adeunt, vbi ſacrum Infantē recibus, & quibuſdam ruſticis muneribus venerati, beneficium Dei, & mox futuram ſeculi elicitatem, bonorem preterea Matris, digredientes letabundi canunt, omnes que ad exultandum inuitant.

LCIMEDON BATTVS LOLLVS.

Nunc demum pecoris me non dolet eſſe magiſtrum,
Frondipetaſque ſequi per deuia rura capellas,
Quando ita cælicolæ paſtorum viſere cœtus
Occipiunt, ortumque Dei monſtrare recentem.
Mira oculis, & mira animo, mira auribus hauſi,
Anguſtum vt iam ſit capienda ad gaudia pectus.
Lolle quid hoc magni, vigiles impendere noctes,
Gratia ſi modicum comitatur tanta laborem?
Vt rutilum ſeſe lumen ſpargebat olympo?
roh dulcem affatum, lepidoſque per æthera cantus?
Vt nubes ventoſque cohors pennata ſecabant?
ed nunc o pueri, quod nos magis vrget agamus.
ligeri iuuenis Bethlemica mœnia iuſſu,
fantemque nouum, & præſepia ſancta petamus.
ratius hoc nihil eſt, iuuat ire & ponere greſſus,
Saluatoris prognati cernere vultus.
aſce greges Lycida dum nos via ducit ad vrbem.

B. Hem, nos cuſtodes pecudum, ſine nomine, nullis
Inſignes ornamentis accedere tantum
Ad Regem, cuius dominantur in omnia nutus?
A. Sic placitum cœlo, fruſtra hæc te cura fatigat:
Paſtores charum ſuperis genus, ipſe vocauit
Qui genitus: nec marmorea quærendus in aula,
Verum humili in ſtabulo per diuerſoria nobis
Nota ſatis: pergamus iter, mi Batte, quod inſtat.
L. Quæ me cunque manet fortuna, hanc pectore noctem
Deletura dies mihi nulla eſt: hanc ego noctem
Annua ſacra ferens celebrabo dum fruar auris.
A. Fælices quibus hæc licitum portenta tueri,
Præſentes ſpectare, atque auſcultare, beatos.
B. Quid ſi iſthæc Solymæ nec dum ſunt cognita? Quid ſi
Et regem, & proceres, & cunctos denique ciues
Cum lateant, exponuntur tantummodo nobis?
A. Id potius reor. En quis nam locus iſte ſodales?
L. Antrum immane, ingens, niſi quid me lumina fallunt.
B Fortè iſtud ſtabulum, quo dudum pergere iuſſi?
A. Fortè eſt: non eſt: immo eſt: huc veſtigia ferte:
L. Hoc ipſum eſt. An non infantem conſpicis? ohe
Alcimedon: teneram non illic, Batte, puellam?
Vt radijs fulget puer aureus? vt pia virgo eſt
Poplitibus flexis oculos deiecta nitentes?
A. Audite audite. o dulci modulamina cantus,
Qualia plumigeri dum tranant æthera fratres?
D. Diſpeream ſi quid mea fiſtula dulcius vnquam.
L. Ocyus intremus: quonam libet vſque morari?
A. O fœtus ſacer, o Deus optime maxime ſalue.
L. Optima mater aue. A. Salue o pulcherrima virgo.
B. Et tu ſancte ſenex, & vos animantia partus
Conſcia diuini, nimis o felicia auete.
Ergone ſic poſitum cæli decet eſſe potentem?

In ca

In calamo & fœno auctorem requieſcere mundi?
Paupertate premi, quo non opulentior alter?
Ac Dominum fieri ſeruorum denique ſeruum?
Rurſus vt aligeri ſuaues dant gutture voces?
O pietas rara, o priſcis incognita ſæclis,
Quæ promptum ac facilem ſtellanti a culmine cæli
In paruum hoſpitium, ſtabuli in penetralia duxit.
Me ſtupor altus habet, mea mens ſe non capit ipſam.
O quam ſublimes ſpecus hæc inuenit honores?
pſa dedit cunas, ipſa eſt domus inclyta regis
Aetherei, ac longè depicta palatia linquit.
Tot populi quondam accenſi pietatis amore
Viſuri tua tecta, tuos, Bethlemia, fines
Accurrent, auidiſque oculis hæc antra requirent:
Tollere carminibus Rectorem inſiſtite Diui,
Qui nobis ſummi deuinctus vulnere amoris,
tque adeo noſtræ miſerando incommoda gentis
ibertatem affert, bona cuncta, ipſamque ſalutem.
ncte puer, patris æterni nate vnice, diuum
eliciæ, humani generis iucunda voluptas,
erum magne opifex, cunctorum vita animantum,
fœlix, neue admiſsis offendere noſtris.
ncte puer virtus patris & ſapientia ſummi,
te æuum genite, æternum. immemorabile verbum,
ns lucis, candor, patriæ bonitatis imago,
xter ades, populum prohibens belloque fameque.
ncte puer multis expectatiſsime ſaclis,
ndi ſola ſalus, vita & fiducia certa,
ria iuſtorum, triſtatorumque leuamen,
bona quæque, polum reſera, impia tartara claude.
ias tibi pro tanto referemus munere grates,
n nos terricolum multis è millibus vnos
præſepe tuum, & cunabula ſancta vocaſti?

Acipite hæc Pueri ſylueſtria dona parentes,
Arboreos fœtus noſter quos hortus alebat.
Vilia ſunt fateor, nulloque inſignia cultu.
Quod poſſum id tribuo, paruum ne temnite munus.
B. Hos ego caſeolos pro tempore largior: at ſit
Lanigeræ matres effundent partubus agnos,
Polliceor teneros ipſis cum matribus agnos.
L. Sinum lactis ego Puero, atque hæc liba. Vtinam mi
Copia maior opum, largirer plura talenta.
A. Nunc o magne Puer creſce, ætatemque propaga,
Et noſtri memor vſque in ſæcula quæſumus eſto.
I. Virgo vale, tecumque ſenex, o Puſio dulcis
Ipſe vale, atque ouium cuſtodibus annue ſemper.
B. O vtinam hic fas ſit ſpacium decurrere vitæ.
Sed nos hinc alio retrahunt curæ, eia valete.
A. Ergo eſt inuentus, quem dixerat angelus ille,
Saluator cunctorum hominum Deus ipſe, Deum rex,
Scilicet indutus moribundi corporis artus.
B. Cantantes redeamus, & hæc myſteria læti
Non animis tantum, ſed claris vocibus vna
Cantemus, Prolemque, & Matrem laude feramus.

OMNES SIMVL CANENTES.

THura cremate focis, peregrini vrantur odores,
Ante aram ſtrictos ſimul imbuat hoſtia cultros.
Tempora pacificis niteant euincta coronis.
Altiſono plauſu ſyluæ colleſque reſultent.
Læta dies agitur, carpamus gaudia læti.
Defixit tandem mitiſsima lumina terris
Ille Deus, deus ille hominum ſuperumque repertor.
Iam noua præteritos mutabunt ſæcula mores,
Per totumque renaſcetur gens aurea mundum.
Læta dies agitur, carpamus gaudia læti.
Nunc lupus inſidias meditari deſinet agnis,

Pae

Parcet & armento vis iracunda leonum.
Vomeris in faciem conſlabitur improbus enſis,
Nec tuba rauca dabit miſeranda ad prælia ſignum.
Læta dies agitur, carpamus gaudia læti.
Iam noua progenies ſupera delabitur arce,
Quæ pridem miſeris obſtruſtum pandat olympum.
At tu cælicolum regi dilecta puella,
Quo poteris ſtudio tracta venerabile pignus.
Læta dies agitur, carpamus gaudia læti.
Siccandas puero da non inuita papillas,
Siue volet dextram, ſiue appetet ille ſiniſtram.
Ille tuum corpus, tuus ille è ſanguine ſanguis:
Cedite vos regum tumidorum, cedite matres.
Læta dies agitur, carpamus gaudia læti.
Lucida qua ſeſe diffundunt tela diei,
Poſteritas omnis tales mirabitur ortus,
Et qua ſe in latus omne exporrigit vltima tellus.
Hancce colet matrem ſeries numeroſa nepotum.
Læta dies agitur, carpamus gaudia læti.

Huius ferme rationis ſunt illæ, apud eundem, Progymnaſmatum Latinitatis. 1. parte volum. 3.

Diuinæ collaudationes,

IVVENES, ET VIRGINES, SENES CVM Iunioribus laudent nomen Domini.

COETVS pudicè floridarum Virginum,
Quibuſque cani iam ſparſerunt tempora,
in vos, quibus adhuc æui ſanguis integer,
que ſolidæ vires adſunt robore,
ite, cælo oculos aureſque tollite,
noſcite rem miris modis mirabilem.
es per ſuperas, regna per ſtellantia
SSAEVS vates gemmis auroque duplicem
ans coronã, & digitis neruos increpans

Serenus graditur, longa ducens agmina
Puerorumq; puellarumq; radiantia,
Sertis purpureis, candidiſq; veſtibus
Cithariſque præditorum, & ſtrepitu amabili
Hymnos æterno regi perſonantium.
V. Spectaculum ſpectamus diuiniſsimum,
Auditum & imbuunt moduli ſuauiſsimi.
Mens afflata calet, venis ſe Deus inſerit.
Sociemus cantum cantibus cœleſtium.
S. Noſtram quoque ad veſtram adſcribite ſententiam:
Ter ſanctum numen cohoneſtemus laudibus?
Diuumque regnatorem, hominumque principem
Mortalis quantum lingua prædicauerit,
Tantum conemur prædicare, & amplius,
IVN. Laudationis plures adhibere ſocios
AEquum eſt: namque Deo laudem debent omnia,
Quæcumque ſuo natura complexu tenet:
V. Mentes beatæ, qualibet
Concretione liberæ,
Quas mundi in ipſo exordio
Communis auctor conditas
Nouem diremit claſsibus:
Tum quotquot eſtis cælites,
Per fata iam, terreſtrium
Vinclis leuati corporum,
Meritaq; adepti præmia:
Dicamus almo numini
Ampliſsimum præconium.
Orbeſq; vos Olympici,
Tu fons diurni luminis,
Tu tacita noctis arbitra,
Et vos coruſcæ lampades,
Fundamus electum melos
Deo feramus inclytas
Laudes, honores, gloriam
S. Sub cælis duo bis corpora maxima,
Vnde exorta ferunt corpora cætera:
Grando, ros, pluuiæ, cum glacie niues,
Et cum frigoribus fulgura, fulmina,
Venti ſeluifragi, marmoryum gelu,
Tempeſtas violens, & tepor & calor,
Ipſum perpetuis pſallite laudibus.

IVN

VN. Omnia per magnas labentia flumina terras,
Syuæ, nemoraque frondea,
Cunctaque mobilibus pometa interflua riuis,
Atque arborum mille ſpecies,
Pinguia camporum, & pubentes gramine valles,
Et flos, & herba multiplex.
Aſsiduo inſiſtant magnum celebrare Tonantem
Laudare & effuſiſsimè.
I. Nec vos ſilere numinis ſacri decus
Alumini aquarum condecet.
Nec vos quæ humo ſummiſſa dente largiter,
Tondetis auido pabula.
Volatile genus omne, modulemur Deo
Noua ſemper & noua cantica.
Huic ſceptra reges turgidi. huic potentiam,
Auctoritatem Præſides:
Huic iura veſtra iudices concedite,
Regi omnium iuſtiſsimo;
Eiuſque nomen proſequimini mentibus
Caſtiſsimis, gratiſsimis.
Vrbes, & arces, caſtra, propugnacula,
Cumque oppidis prouinciæ,
Populique, genteſque, & fruentia ſpiritu
Diuinitatem concinant.

CHORI QVATVOR.

Barbita iungantur crotalis, & tympana cornu,
Tibia ſambucæ, lyra, buccina, cymbala ſiſtris,
Et chorus atq; chorus noſter, veſterq; viciſsim
Hymniſonas, iuuenes, iactent ad ſydera voces:
I: En agedum, en alterna vocant ad carmina nymphæ?
En ſecum meditantur, habent quo vincere poſsint.
In medio palma eſt, animos contendite veſtros.
Celituum Rector, quæ nam te digna canemus?

Par tibi laus nullo, D E V S o Deus, editur ore,
S. Nos quoque vobiſcum, quorum conſtantior ætas,
Alterna cupimus, ſi fas, certare Camœna.
Omnipotens genitor quo te cumulemus honore?
Ad tua ſexcentis opus eſt encomia linguis.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.
IVN. Si ſedet hoc animo collatis prælia ſignis
Tentare, & numeris ſacratum vrgere laborem,
Dicite longæui, nos reſpondere parati.
Plurima dixeritis, linquetis plurima nobis.
Maior honore D E V S, & inenarrabilis vnus.
V. Qua roſeos ſol iungit equos, qua mergit in vndas
Aurea terricolis portantes lumina currus,
Nota DEI virtus, clarum & memorabile nomen,
Quod nec terra capit, ſpatioſa nec atria cæli.
Par tibi laus nullo, Deus o Deus, editur ore.
I. Omnia diuino quondam ſunt condita nutu,
Omnia diuino ſunt conſiſtentia nutu,
Diuinus rerum moderatur ſingula nutus,
Diuino penitus procedunt omnia nutu.
Par tibi laus nullo, Deus o Deus, editur ore.
S. Hic ſapiens, verus, iuſtus, pius atque benignus,
Contractas hominium faciliſque remittere culpas,
Et miſeros miſerari, humileſque audire precatus,
Solari mœſtos, ruituris tendere dextram.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.
IVN. Regale ad ſolium ſolet ille vocare modeſtos,
Frangere præfractos, & debellare ſuperbos,
Manſuetos curat mirando incenſus amore,
Sæuit in ingratos, iracundoſque repellit.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.
V. Quam dulcis Dominus ſeſe quærentibus? o quam
Blandula ſunt noſtras quæ verba ſuſurrat in aures.
Illius am

Illius amplexus, illius & oſcula nobis
Contingant, ſeu vita manet, ſeu vita recedit,
Par tibi laus nullo, Deus o Deus, editur ore.
I. Laudemus Dominum, veneremur, & admiremur,
Viribus & totis, & totis ſenſibus illum,
Pectoribus totis, & pluſquam noſmet amemus.
Laudemus ſeu vita manet, ſeu vita recedit.
Par tibi laus nullo, Deus o Deus, editur ore.
S. Felices quicumque Dei mandata faceſſunt:
Felices in eo qui ſpes deſigere gaudent:
Felices ab eo expectantes vſque ſalutem:
Felices nimium quibus omnia in omnibus ipſe eſt.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.
N. AEtherei donec magnis anfractibus orbes
Voluentur, noctemque dies formoſa ſequetur,
Et patres, natoſque, & qui naſcentur ab illis,
Et matres nataſque, Deum memorare iuuabit.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.
V. Oſſa, artuſque mei, præcordia & ipſa loquantur,
Cælicolumque Patri laudes & carmina promant.
Quæcunque in me ſunt, o fiant omnia linguæ,
Admiranda operum diuinorumque profantor.
Par tibi laus nullo, Deus o Deus, editur ore.
Ne ſinite ex animis elabi commoda veſtris
Mortales, quibus ille Deus, Deus ille deorum
In vos ſæpe ſuum eſt clarè teſtatus amorem:
Et quales quales meritis perſoluite grates.
Par tibi laus nullo, Deus o Deus, editur ore.
Pectoribus promptis diuina capeſsite iuſſa,
Iuſſa Dei, veniat donec pars vltima vitæ.
Omne bonum Deus eſt, cuius ſtant omnia verbo,
Quem metuunt freta, terra, polus, maneſq; profundi.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.

IVN. Latior eſt terris, cælo ſublimior extat.
Omnia plena Deo, cælum, mare, tartara, tellus:
Qui potis in nihilum tantas conuertere moles,
Et potis è nihilo ter centum fingere mundos.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.

V. Siue Deum canimus, cantu nil ſuauius illo:
Siue Deum loquimur, verbis nil dulcius illis.
Iucundum eſt audire Dei venerabile nomen.
Iucundum eſt imiſq; Deum verſare medullis.
Par tibi laus nullo, Deus, o Deus, editur ore.

I. Lucidior ſole eſt, & flore fragrantior omni.
Pulchrior & luna eſt, & ſtellis purior ipſis,
Supra aurum, gemmaſq; Deus, virideſq; ſmaragdos,
Et pretium pretiorum, & mundi ſolus opum Rex.
Par tibi laus nullo, Deus, o Deus, editur ore.

S. In noſtros Deus, in noſtros illabere ſenſus:
Eia tuos gelidis accende in cordibus ignes.
Diſcute luce tua tetram caliginis vmbram.
Eſurieſq; ſitiſq, Deus te noſtra requirit.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.

IVN. Felices animæ quibus extra hunc omnia ſordent,
Quæ deſiderijs nocturnis atq; diurnis
Hunc ſolum exoptant, ſolo oblectantur in illo:
Atq; ita præcipiunt quæ ſolis nota beatis.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.

Ex Iouiani Pontani lib. de Diuinis Laudibus. Tomo 4:

DE DEIPARAE ORTV ELEGIA. I.

Quiſquis ades dic læta, dies hic feſtus agatur,
In lucem qui te, diua Maria, dedit.
Luce ſacra ponant venti, miteſcat & aer,
Aequoraq; irato murmure nulla ſonent.
Pacem agitent elementa: iubet Deus: o mihi dulci

Gr

Gratia laudandæ ſis comes ipſa deæ,
Sis aurora comes ſacræ prænuncia lucis,
Præferat & roſeas Lucifer ipſe faces.
Tu Tyrios redimite ſinus, tum magne ſacerdos
Sacra cane, & ſacris ora reſolue modis.
Et pius aſsiſtat circum chorus, & bona dicat
In numerum ſancto verba canenda die.
Ipſe ego, quod poſſum, tanti natalis honores
Voce feram, & patrio carmine digna canam:
Te naſcente hominum melius nil ſecla tulere,
Vt nato maius nil peperere tuo,
Quaque die genita es, illa lux candida primum
Fulſit, & è tenebris clara reluxit humus,
Tum magni concepta Dei, ſecretaq; pandi
Cœpere, & vatum certior eſſe fides.
Tunc laxæ patuere fores, tunc limen olympi
Panditur, & cœli libera facta via eſt,
Interdicta prius, quod ſummi edicta tonantis
Spreuerit anguineo fœmina, virq; dolo.
Salue ſancta parens Chriſti, ſalue inclyta virgo,
Vnica ſollicitis ſpeſq; ſaluſq; reis.
Tu miſeris rapido iactatis æquore nautis,
E cœlo aſpirans aura vocata venis.
Tu preſsis longo populis belloq; fameq;
Proſpicis, & pacis dona benigna refers.
Tu feſsis tranquilla quies, gratumq; dolenti
Solamen, te q; eſt auſpice triſte nihil,
Per ſacros vteri fœtus, caſtumq; cubile,
Perq; Dei genius quæ tulit ore tibi:
Per dulces nati luſus, puerilia q; ora,
Perq; ſinus, èque is lac Deus ipſe bibit:
Per te, quæ ſolita es vota exaudire precantum,
Te rogo per nomen, caſta puella, tuum,

Da pacem pia, da feſſæ requieſcere genti,
Et nos a ſæuis eripe turbinibus.

Ad Virginem Dei Matrem. Elegia 2.

Quæ tellus extrema tuos ſol exerit ortus,
Quæ tegit occaſus vltima terra tuos,
Qui Rhenum, patriæque bibunt Mæotidis vndam,
Phœbeiſque vrit quos plaga fuſca rotis,
Te cuncti, Regina deum, metuuntque coluntque,
Et celebrant nomen diua Maria tuum.
Te vaſti metuunt fluctus, te nubila cœli,
Aeoliique etiam carceris antra timent.
Te, naſcente die, te ſol dum conditur vndis,
Omnia te meritis laudibus accumulant.
Namque tibi ſecreta Dei mandata per auras
Candidus auguſto nuntius ore tulit.
Progeniemque Deum cæleſti concipis ortu,
Conceptum & nono ſydere virgo paris.
Cuique ſacri reges cœli noua ſigna ſecuti
Aurum & Panchæo munera odore ferunt:
Atque vbi noſtra ſua deleuit crimina morte,
Et mœſtam inſonti ſanguine tinxit humum,
Vidiſti tumulo mira prodiſſe figura,
Veraque pacifero verba referre ſono.
Scandentemque Patris mox ad cœleſtia tecta
Sublimem, & dextra parte ſedere Deum:
Tum ſacer è ſumma diffuſus ſpiritus arce eſt,
Et tua diuinos corda repleuit amor.
Hinc terris erepta tuis aſcendis olympum
Aurea ſydereo vertice ſerta gerens.
Cui liquidi circum cantus, thyaſique deorum,
Et ſonat aurato pectine pulſa chelys.
Fatidici occurrunt vates, caſtique parentes,
Et tibi tum cœli regia tota vacat.

Ipſa Patris

pſa Patris, Natique ſinu geſtata coruſco
Inter mille Deum numina prima micas.
Qualis vbi Oceani nitidum iubar extulit vndis
Inter ſydereos candida luna choros.
am cœlum ſublime patet, iam deſpicis æthram,
Lucida ſub pedibus ſydera cuncta premens,
tellantis quum iura capis conſortia mundi,
Et datur humani cura patrocinij,
Conciliaſque Deum nobis, facilemque precando
Efficis, & populis proſpicis vſque tuis,
roſpicis & pacis rebus, rerumque quieti,
Ac mala in aerios cogis abire Notos.

Ex P. Iacobi Pont. Societ. Ieſu Elegiarum Lib. De Partu Virginis Elegia 3.

Laudamus, Natalis adeſt, vramus odores,
Demus & æterno myſtica liba Deo.
tima Cumæi procedit carminis ætas,
Sæclorum, o noua res, naſcitur ordo nouus.
audia proueniunt, luctuſque timorque valete,
Quid tibi nobiſcum eſt ſordida triſtitia?
vobis male ſit res o inimica dolores.
Ite & inhumanos vellite Maſſagetas.
ueni medicum, lethalia vulnera mitis
Pœonia citius, qui mea ſanet ope.
udamus, Natalis adeſt, vramus odores,
Demus & æterno myſtica liba Deo.
reperi portum: mare magnum a ſedibus imis
Prælia ventorum ſeditioſa ruant.
pulſum ceruice iugum, fractæque catenæ,
Reddita libertas, reddita nobilitas.
nſerat immenſis miſerum me faucibus Orcus,
Nunc regerit domino me malus ille meo.

Pauper

Pauper eram, nuduſque, & deſpectiſsimus vnus
Decretus modo ſum ciuis olympiacus.
Plaudamus, Natalis adeſt, vramus odores,
Demus & æterno myſtica liba Deo.
Nimirum hæc Virgo eſt, hæc ſunt fælicia regna.
Hæc noua de cæli vertice progenies.
Proſpera cum miſera pulchrè mutabitur ætas,
Aurea gens poſthac, aureus orbis erit.
Tute puer ſceleris tolles contagia noſtri,
Tu pandes vetiti limina clauſa poli.
Occidit hic ſerpens, quæ primos vana parentes
Luſit, & heu duris caſibus implicuit.
Plaudamus, Natalis adeſt, vramus odores,
Demus & æterno myſtica liba Deo.
Non iam tellurem curuo renouabit aratro
Ruſticus, haud teneram ſollicitabit humum:
Vitibus haud lentis proceras veſtiet vlmos,
Sollertiue manu grandia poma feret.
Mella dabunt quercus, paſsim ſe fundet amomum,
Nuſquam non felix nunc erit Arabia.
Omnia ſponte ſua exiſtent, dabit omnia tellus,
Sic faciet nobis otia læta Deus.
Plaudamus, Natalis adeſt, vramus odores,
Demus & æterno myſtica liba Deo.
In cipe parue puer riſu cognoſcere matrem,
Huic dare delicias incipe parue puer.
Incipe materno circundare brachia collo,
Incipe & ambroſijs oſcula ferre genis.
Duc age, duc auidè cæleſtem puſio mammam,
Blandulus in niueo lude puelle ſinu.
Tu quoque ne tardes, fortunatiſsima Virgo,
Dulce tuum obſequijs accumulare genus.
Aude oculos paruis coniungere mater ocellis,

Illius & labijs adde labella tuis.
'um capiti compone caput, ſimul oribus ora:
Ille tuum corpus, ſanguis & ille tuus.
.unc vos luciferum cœtu celebrate frequenti,
Chriſtiadæ hunc hilares tranſigitote diem.
arpite Pierio vocales pollice neruos,
Perque ſtrepant lepido garrula fila ſono:
audamus, Natalis adeſt, vramus odores,
Demus & æterno myſtica liba Deo.
tu qui cælo quondam proiectus ab alto,
Quique colis triſtes, & ſine luce ſpecus,
anibus imperitans, rerum iam conſule ſummæ:
Mox aderit regnis vaſta ruina tuis.
ſcitur, ah miſer, ille tuarum euerſor opum Rex,
Naſcitur imperij perditor ille tui.
ui te raptabit vinctis poſt terga lacertis,
Omnibus & iocus, & fabula turpis eris.

Ad adoranda Ieſu incunabula

Adhortatio Elegia 4.

Errigenæ heus agedum celeres aduertite greſſus,
Oſcula ſacratis figite liminibus.
enibus ſtabulum perrepite, & admirantes,
Clariſona genitum tollite voce Deum.
n carminibus læti memoremus & hymnis,
.audibus ornemus numina ſancta ſuis.
niculi dulces, veſtri vt me corripit ardor?
t ſum faſciolæ veſtri ego ſæpe memor?
vobis, quid enim? regalis purpura ſordet,
Iulla placere mihi ſerica texta queant.
dque thorum puero fælix præſepe dediſti,
ortaſti & domini membra puſilla tui,
n cupio contemplari, & te cernere coram!
me quantus amor, quanta cupido tenet?

Oblectent

Oblectent alios gemmæ, oblectentque lapilli,
Quos legit Eois nauita littoribus:
Seu quas fulgidulas Hermus deſpumat arenas,
Seu quod de Lybico dente paratur opus.
Ille, nec inuideo, fuluum ſibi congerat aurum;
Hic non poſsit opes enumerare ſuas.
Quæ tibi cauſſa Deus patrio deſcendere Regno?
Dic, vt homo fieres, quæ tibi cauſſa, Deus?
Quæritis aſtrifera ſim cur a ſede profectus?
Cur iterum naſcens os hominiſque geram?
Diſcite. Iam pridem veſtri transfixus amore,
Vos inter medios dignor homo fieri.
Quare autem in tenebris, & opacæ ad frigora noctis,
Inque ſpecu vili, ſtramineaque caſa?
Huc mea me bonitas, huc perduxiſtis amores,
Hoc etiam vt facerem feruidus egit amor.
Cur neque Sidonias veſtes, pictumque cubile,
Cur nuſquam gazas cernimus Attalicas?
Fecit amor rigido vt refouerem membra cubili:
Eſſem vt rebus inops hoc quoque ſecit amor.
Quid tamen in ſtabulo, turpem cur inter aſellum,
Atque bouem natus? quæ tibi cauſſa precor?
Me quoniam veſtri iaculum penetrauit amoris,
Sic mihi ſuaſit amor. Quid niſi amare queo?
Aſpicite vt recubo maternis fotus in vlnis:
Noſcite vagitus, noſcite lachrimulas.
Aſpicite vt dilecta parens me inuoluit amictu,
Scilicet hoc quo non vilior eſſe poteſt.
Aſpicite vt mea me fert in præſepia mater,
Et canit in ſomnos alma puella meos.
Haud aliter viſum, ſtetit hæc mihi ſumma voluntas,
An tibi veſter amor fortè oneroſus erit?
Te mea paupertas opibus clarabit opimis,

Ipſa tibi riſum noſtra querela feret.
Mutus ego iaceo, nullis cum viribus infans,
Attamen vt ſit ago lingua diſerta tua.
Plurima cum patiar, facio, mihi crede, neceſſe
Ne ſit mortales fanda nefanda pati.
Ipſe colo terras, tibi do ſtellantia regna,
Factus homo efficio te, fugitiue, Deum.

De Regum Adoratione.

Elegia 5.

TErtius, ac decimus ſtellarum exegerat agmen
Lucifer, & toties Cinthius ortus erat,
x quo Virgo Deum ſtabulis enixa, parentis
Ipſa ſui (o magnum) cœperat eſſe parens.
nterea qua puniceo ruit Eurus ab ortu,
Qua ſolet alipedes iungere Phœbus equos
haldæi Reges cæli portenta ſecuti,
Dona beata ferunt, tres tria, quiſque ſuum:
res iter intendunt Solymæa ad mœnia Reges,
Quos recinit claros fama vetuſta ſophos,
unera portantes aurum & bene-olentia thura,
Quæque ab Orontæo cortice myrrha fluit.
uippe ſacri partus ſtudio venere colendi,
Duxerat hos tremula ſtella corruſca face.
mine ſtella vias ſignabat præuia largo,
Ceu quondam Iſacidum nota columna patrum:
que propinquabant, leuibus cum garrula plumis
Anteuolans vrbi ſingula fama canit.
na ſagax rerum, cui centum gutture linguæ
Per ſola, per rapidum commeat illa fretum:
ntiat extremo Reges oriente profectos,
t comitum denſas ad latus ire manus.
n ſe proripiunt ſtudio noua monſtra tuendi
ollicitæ matres, ſollicitæque nurus,

Inualidiſque

Inualidique ſenes, pueri, innuptæque puellæ,
Concurſat medium vulgus inerme forum.
Quid veniant quærunt: qui ſint? quæ climata linquant?
Ambiguus rumor compita peruolitat.
Herodi quem tum ſceptri fortuna ſuperbum
Fecerat, exangues incubeêre metus.
Incertuſq; animi partem ſe verſat in omnem,
Anxiferis curis turbida mens coquitur.
Ecce autem Eoi introgreſsi mœnia Reges,
Aduentus cauſſam, conſiliumque docent.
Scilicet hunc Regem veneratum occurimus, aiunt:
Nuper in hac conſtat quem regione ſatum.
Huc veſtras rutilum duxit nos ſydus ad oras,
En etiam præſto munera cuique ſua.
Talia promebant. Herodis nuntius aures
Vulnerat, & gelidus percipit oſſa tremor.
Cor micat, & toto refugit de corpore ſanguis:
Horreſcunt artus erigiturque coma.
In caſſum trepidas, o importune Tyranne,
Pernicies regnis nulla parata tuis.
Diuitijs, ſceptroque times, opibuſque caducis?
Excute tam pauidos ſæue Tyranne metus.
Qui modo progenitus, non is mortalia curat,
Quando illi potius cælica ſceptra patent:
Præcipit indigenas cogi intra mœnia vates.
Scitari, & multis quærere multa iubet:
Naſcentis pueri tempus patriamque locumque,
Semper vt infælix æſtuat ambitio?
Illi autem edocti patrum reſponſa priorum,
Vicinæ memorant nomina Bethlemiæ.
Vnde ortus ſe olim magnus ſuper æthera vindex
Tollat, Idumæum qui regat imperium
Tum mage Rex animum crudeli exſuſcitat ira,

Et dirus

Et dirum in diro pectore vulnus alit.
u vigilat, placidus claudit ſeu lumina ſomnus,
Seu fruitur dapibus,ſeu bibit ille merum,
incipis ante oculos geniti circum errat imago,
Hunc ſe præſentem conſpicere vſque putat,
rtantem claſſes equitum, peditumque maniplos,
Iactantem piceas in ſua tecta faces,
erum & alterius iugulantem in ſanguine ciues,
Coniugis, & Nati funera mœſta ſui.
ndem Arabum Reges dictis aggreſſus amicis,
Callidus, in ſpeciem relligioſa rogat·
gis vbi inuenient primum cunabula nati,
Hæc inuenta ſibi ſignificare velint.
nos huic Regi grauia, inquit,dona feramus:
Clarior hic noſtro fiet honore puer.
q; iter incœptum properant, & amabile ſydus
Amiſſum illuſtri lampade vt antè præit.
é ſupra tectum, ſupraq; mapalia ſiſtens,
Lucidulis radijs ſaxa laremq; ferit.
ectant humilemque caſam, anguſtoſq; penates,
n diuerſa animos cura repente trahit.
ne quæſiti ſunt hæc cunabula Regis?
ic Reges habitant? hic ſtabulantur oues.
ubitate Magi, ſed fixum credite, paruo
b lare Rex magnus, ne dubitate, latet.
endunt ab equis, mentem capit ardor eundi,
clinati omnes limina ſancta petunt.
quantum ſe hominum diuumq; æterna poteſtas
eiicit, vt tandem ſurgere curet homo:
ælum & terras, qui condidit æquora ponti,
mnibus ignotus, & ſine honore manet.
x eſt puer hic, vbi celſis aula columnis?
nt vbi regali ſceptra gerenda manu?

Et ſolium Scythicis fabrefactum rite ſmaragdis,
Barbaricæ veſtes, ſidereuſque nitor?
Nulla hic ſplendidulis parent diademata gemmis,
Sed neq; berylli, ſed neque ſardoniches.
Non Pariuſque lapis, non Aſsyrijq; tapetes,
Oh, nec Achæmenio ſpirat odore domus.
Solum aderat ſenior tenera cum Virgine Ioſeph,
Hoc erat inque ſpecu tertius ipſe Deus.
Tres aderant homines, & cum boue tardus aſellus:
Siccine iam populi tu ſatis eſſe putas?
Nil refert famuloſue illic, dominoſue requiras:
Qui iuſſus paragunt, hi quoque iuſſa ferunt.
Forte ſenex minuit præacuta ligna ſecuri,
Inſtaurat tepidos ſtraminibuſque focos.
Atque ſenili anima ſiccato in cortice flammas
Irritat, modicos & domat igne cibos.
Quas etiam patulis herbas collegerat agris
Sedulus in partes diuidit exiguas.
Verum vbi iam Reges ingreſſos ordine vidit,
Contremuit, ſenſus vix potis ille ſui.
Aſpicit eximios, auroque oſtroque decoros,
Vultibus, & blando promicat ore nitor.
Attonitus rerum penſat miracula, multa
Admirans, voci parcere vixque poteſt.
Inde genu nixi, ac demiſſo lumine Paruum
Supplicibus votis muneribuſque colunt:
Recludunt arcas, promuntque inſignia dona,
Aurum, thus, myrrham, Regi, homini, atque Deo.
Interea ante fores famulorum turba moratur,
Ad reditum ſollers quæque paranda parans.
Stat ſonipes, atque ora lupis ſpumantibus albens,
Hinc atque inde ferox colla comata iacit.
Hi puero referunt puro de pectore laudes,

Præſentemque trium vox canit vna Deum.

Effecta Sacræ Synaxeos.

Elegia 6.

uæritis hæc quoſnam progignat pabula fructus?
Diſcite, diuinum eſt quod cibus iſte facit.
: breue deficiat conantem dicere tempus,
Sed facili rerum carmine ſumma ſequar.
ui me, Chriſtus ait, caſto libauerit ore,
Huic ego iunctus ero, iunctus & ille mihi.
velut vna caro, velut vnus denique ſanguis;
Ac prope cælicolis æquiparatur homo.
ec vitam nimirum animis alimenta reducunt:
Ferre vllam mortem tam bona vita nequit.
ita mens vigilat lethalem exoſa ſoporem,
Perditaque inſtaurat, officiumque facit.
etiam paſtus leuiora piacula tollit,
Pectoris & noxas viuus vt ignis edit.
quoque pacificum, & tranquilla ſilentia præſtat;
Edomat affectus, edomitoſque fugat.
rarum mulcet fluctus, atque increpat Euros,
Componens tumido murmura rauca mari.
quoties totis regnat Venus improba membris?
dalius quoties occupat oſſa calor?
ndia quæruntur raræ ſpectacula formæ,
ellíciunt oculi, pelliciuntque comæ.
amigeras quoties mentem laxamus in iras,
Terribilique truces promimus ore minas?
ne alias triſtis vaſtat præcordia Liuor,
lterius grauiter proſperitate dolens.
rdum ſcelerata fames nos corripit auri,
lenaque quem colimus poſsidet arca Deum?
ſubit noſtrum tumefacta ſuperbia pectus,
t ſe iam numen quilibet eſſe putet.

Et ſunt

Et ſunc qui dapibus ſoliti diſtendere corpus
Exoptant fieri ſe Palamedis aues.
Hinc tam multigenæ veniunt medicamina peſti,
Hinc medicinam, hinc hinc flagitet æger opem.
Aſsiduum ancipiti gerimus certamine bellum.
A fronte, a tergo lethifer hoſtis adeſt.
Exutos caſtris dare, nos vult cogere, terga,
Funditus aut ſæuo perdere Marte cupit.
Hic cibus eſt vallum, hæc ſunt propugnacula noſtra,
His epulis alitus nulla pericla timet.
Hoſtica tela volent inſano denſius imbre,
Si libet, in me vnum millia dena ruant,
Certa mihi pulchram ſpondet victoria laudem,
Athletæ arma ſuo ſuppeditante Deo.
Delector ſtolidas riſu mactare cateruas,
Me contra imbellis cum furor arma mouet.
Vincimus, & reduces ſpolijs lætamur onuſti,
Cum infandus Dæmon fractus acerba gemit.
Oderunt malè vel minimas conſciſcere culpas,
Quos toties proprio corpore Chriſtus alit.
Intrepidi prorſus ſe accingeræ fortibus auſis,
Pectora tot monſtris obuia ferre ſolent.
Extremum eſt illis torpens ignauia crimen,
Fortia magnanimi corda leonis habent.
Conuiuaſque ſuos ſemper plus ardet amando
Chriſtus, & eſt donis largior vſque ſuis.
Hinc omnis placido floreſcit germine virtus,
Recreat illa hoomines, recreat illa Deum.
Quam bellè in duris creſcit patientia rebus!
Creſcit & in maius candida virginitas.
Mite gerunt pectus, nihil eſt manſuetius illis,
Semper & eximius corda perurit amor.
Semper & expetitur votis ardentibus æther.

Vita hæc quam viuunt eſt odioſa nimis
cur nos vmbras fatui ſectamur inanes?
In medijs epulis cur morimurque fame?
uocat en Chriſtus, lautis conuiuia menſis
Inſtruit, egregias apparat ipſe dapes.
s tamen immemores, lapidum nos dura propago
Neſcio quas menſas, quos petimuſque cibos.
ca ſi forte vrbs cæleſtem hanc venderet eſcam,
Mortales omnes quo ſtudio hanc peterent?
it nummos tenues, dent plura talenta beati:
Fælix mercator quilibet eſſe volet.
e tibi innumeræ poſſunt numerarier vrbes;
Per quas hæc vltro menſa parata tibi eſt.
por, o dulcedo, bonis o chara voluptas,
Potus hic vt ſuauis, ſuauis vt iſte cibus:
anis toties multis a millibus eſus,
O nimium diſtans panis ab interitu,
em chorus angelicus, totus quem mundus adorat,
Quem eſuriunt Reges· quem eſuriunt populi.
refice immeritum, quia te modo concupit vnum
Mens mea, tu ſolus me ſaturare potes.
m quoties capio, diſcedo a ſenſibus iſtis,
Quæq; ab amore venit, me replet ebrietas.
otum mihi des o mellitiſsime panis,
e mihi da totum ter venerande cruor.
tia emorior quando hæc mihi pabula carpo:
uando his abſtineo, mœſtitia emorior·

Quid in templo cogitandum.

Elegia 6.

Os quicumque gradus ad relligioſa feretis
imina, verſiculi pauca monere volunt.
enas humileſque foris ſecludite curas,
empe loco in ſacro voluere ſacra decet.

Argentum valeat, danduſque ad fœnora nummus,
Ne Bacchum, lautas ne meditare dapes.
Officio an ſerui fungantur quærere differ,
Neu dubita ancillæ num data penſa trahant.
Quid faciant nati, cuiue illa negotia mandes,
Craſtina quidue noui ſit paritura dies.
Quam longos æuum ſis extenſurus in annos,
Quomodo turba tibi dicere poſsit, hic eſt.
Parcite futilibus mentes intendere nugis,
Ac bene morigeri vocibus eſte meis.
Verſemus ſcelerum formas, & nomina mille,
Iuſſa quibus nobis ſunt violata Dei.
Debita queis merces arſuræ in ſæcula flammæ,
Si veniam trepidis non daret ille reis.
Dein meminiſſe iuuet quantum benefecerit idem,
Quam nos ingratos ſenſerit vſque tamen.
Succurrant itidem tormenta & vulnera IESV,
Proque ſalute hominum mors tolerata crucis.
O bonitas, cui non rumpantur viſcera, cum ſic
Pro ſeruis Dominus, pro grege Paſtor obit.
Ergo inquiramus qualem reddamus amorem,
Huic, animam nobis qui dedit ipſe ſuam.
Tempora tractemus defecturæ vltima vitæ,
Cum capient tumulos funera quæque ſuos.
Denique venturum manifeſto in lumine quondam,
Qui cunctos æquo iudicet arbitrio.
Qui vocet ad pœnam ſontes, ad gaudia iuſtos,
Gaudia quæ nunquam finiat vlla dies.

Ex, Ludouici Crucij è Societate Ieſu,
Explicatione in Pſ. 16.

Conſerua me Domine, quoniam, &c.

INcolumem ſeruet tua me cuſtodia, quando

Alme Parens,animo ſpes ades vna meo.
um te ſoleo ſanctum mihi dicere numen:
Et mea conteſtor non opus eſſe tibi.
ſanctos ideo votis feror omnibus illos,
Quos non pœnituit ſorte vocaſſe tuos.
genus ingratum, gens o obnoxia pœnis,
Fingere de cæſis rupibus auſa Deos.
n ego pollutis horum me altaribus addam,
Accendunt vitula quando tepente rogos.
n inuenta loquar, Dijs nomina talibus vnquam,
Nec facient dictis, fœderibuſque fidem.
e colam Dominum noſtræ patrimonia ſortis,
Qui ſocium pateræ me facit eſſe ſuæ.
n mihi componet, populumque tuebitur idem,
Cui vertenda dedit fertilis arua ſoli.
rs,o regio cultis vberrima fundis,
rouentu agricolas quam beat vna ſuos.
licam Genitor, video quo vera magiſtro;
Quo perago noctem, quo monitore diem,
nque ſoles dextrum ſemper mihi numen adeſſe,
tes ferat impulſas ne qua ruina meas.
dia quam recreant hoc exultantia pectus,
inguaque per laudes quam cupit ire tuas.
equidem ſtygijs animam nec ſedibus addes,
cineres verti nec mea membra ſines.
o viam pandes, qua rurſus in æthera ſurgam,
que meos fundes gaudia mille ſinus.
anibus ſparges ingentia munera plenis,
mporis æternas præteritura moras.

PSALM. 41.

Quemadmodum deſiderat ceruus, &c.

ut agens animam ceruus deſiderat amnes,
tua Rex hominum cor ſitit ora meum.

Te ſitio viuum, Deus o fortiſsime, numen:
Sunt tua quando oculis templa videnda meis?
Pro lautis habui lacrymarum pocula menſis,
Sole ferente diem, nocte fugante diem.
Talibus inſultans dum ſæpius increpat hoſtis,
Dic vbi, quæue tuum detinet ora Deum?
Hæc memorans animæ laxabam fræna dolenti.
At deſiderijs ſic vacat illa ſuis.
Scilicet arcani quando o tentoria templi.
Ingrediar Domini limina quando mei?
Quæ mecum populus choreis hilaratus adibat,
Et quali trepidat gens epulata ſono.
Cur anime o triſtes verſas exercite curas?
Cur mihi ſolliciti cauſa timoris ades?
Imple vela Deo, patriæ nam redditus, illi
Victor adhuc laudes, & tua vota feram,
His licet abſentem triſtis ſolabor amorem,
Dum memor exilij tempora longa tero.
Iordanis ſcopulos dum vaſti inglorius erro:
Dum ſequor Hermonium, dorſa minora, iugum.
Vna ruens alium tempeſtas attulit imbrem,
Ceu polus effuſis cum fluit aſper aquis.
Me ſuper è cœlo multi cecidere timores,
Aeris irati detonuere minæ.
Hæc Pater Eoo ſed nubila Sole fugaſti:
Et mea te cecinit nocte manente lyra.
Exul, inops, ſupplex nunc dicam in rebus egenis.
Præſidium vitæ dulce, ſaluſque meæ:
Cur tam longa mei toleras obliuia? quare
Ire laborantem tot patiere malis?
Dum ferit his animum, velut oſſa reuelleret hoſtis;
Et per ludibrium talia ſæpe rogat.
Heus age ſi profugus cœleſti a numine pendes.

Dic vbi, quæue tuum detinet ora Deum?
Cur anime o triſtes verſas exerci te curas?
Cur mihi ſolliciti cauſa timoris ades?
nple vela Deo, Patriæ nam redditus, illi
Victor adhuc laudes,& tua vota feram.

Pſ. 46. *Deus noſter refugium & virtus.*

Ra mihi, virtuſque,meæ Deus anchora vitæ,
Vndique terribiles quam petiere minæ:
er te nil metuo, quamuis exterrita montes
In medium videat terra volare fretum.
onuere noti, fremuerunt æquora ponti,
Culmina montanis exiluere iugis.
pida terrificos timuere hos cætera motus,
Non timuere tamen pergama ſacra Deo.
gama lætitiæ quæ præterlabitur amnis,
Numine ſic aras nobilitante ſuas.
cubat in medio Deus, hinc timor effugit omnis:
Ante fugat Regum quam metuantur opes.
os finitimas acuat Diſcordia gentes,
Regna fremant, Domino regna loquente cadent.
regit æratas acies, & prælia nutu,
acidum noſter Dux tegit ille domum.
luite, æterni miracula cernite Regis,
ib quocumque vagi viuitis axe poli.
is inhumanas belli compeſcuit iras,
lis ad extremam cuncta videntis humum.
iferos arcus,& tela nocentia franget,
ita pij flammis vret ahena rogi.
igenæ his ſignis, atque hæc exempla ſecuti,
ernite, numen ait, meque vocate Deum.
ius ero domitis princeps in gentibus olim,
quem nunc refugit, tunc pia terra colet,

Qui regit æratas acies, & prælia nutu,
Iſacidum noſter dux regit ille domum.

DE CENTONE.

Cento quid ſit docet Auſonius his verbis. Varijs de locis, ſenſibuſque diuerſis quædam carminis ſtructura ſolidatur in vnum verſum, vt coeant, aut cæſi duo, aut vnus, & ſequens cum medio: nam duos iunctim collocare ineptum eſt. Oportet autem vt pari modo ſenſus diuerſi congruant, & adoptiua quæ ſunt, cognata videantur, aliena ne inter luceant, accerſita ne vim redarguant.

Quo in genere ita mirabilis fuit Iuli⁹ Capilupus, vt facilè omnium expectationẽ vicerit, ac ſuperarit. Nam cùm plerunque de rebus ab antiquorum ætate remotiſſimis agat, eas tamen ita Virgilij carminibus tractat, atque complectitur, vt ne ipſum quidem Poetam ſupra potuiſſe exiſtimem. Nam & in diſpoſitioue ſententiarum, & ordine, & in coniungendis, ac quaſi conglutinandis, verſibus, qui in Virgilij libris maximo interuallo inter ſe diſiuncti ſunt, illud eſt omnium iudicio conſecutus, vt perpetuum potius, & continens ſcriptum, quàm vndique collectum, & cõportatũ videatur; in quo viri illius memoriam, & acre iudicium ſoleo ſæpe admirari, qui res tam diſperſas in vnum locum

cogat, eas

rogat, easque ita colloćet, vt media primis, extre-
mis prima reſpondeant. Vocabula, vt Fatum, For-
tuna, Dij, Iupiter, Mars, & huiuſmodi alia,
cùm conſtet primùm fuiſſe Autoris ethnici, &
à nobis accipi per Allegoriam aliter atq; ipſa ſo-
nant, reprehendi non debent. Quanquam vitio tri-
buendũ non eſt, ſi mutẽtur in receptas ab Eccleſia
voces. Sicut tempora, modos, perſonas, numeros,
& caſus, pro vt res poſtulat, mutare licet.

Cento Iulij Capilupi ex Virgilio
Ad Beatiſsimam MARIAM
Virginem.

Salue ſancta Parens, magnũ & memorabile nomen, Aen 4. & 5.
Nata Patris ſummi, atque eadem gratiſsima coniux; Aen. 1. & 10.
Virginis os, habitumque gerens, lætiſsima Matrum. Aen. 1. & 9.
Quæ nũc ætherios inter Dea cãdida nimbos, Aen. 8. & 10.
His inardeſcis radijs, longeque reſulges, Aen. 8.
Sub pedibuſq; vides nubes, & ſydera Olympi: Ecl 5. & 4.
Te pater intacta pro Virginitate ſacrauit Aen. 1. & 12.
Ingentem cælo Rex ætheris altus honorem, Ge. 2. AE. 12.
Motus amore tui, tantum decus enitet ore: Aen. 4. & 12.
Et ſuper ætherias errare licentius auras Aen. 7.
Permiſit, cælique libens in parte locauit. Aen. 1. & 12.
Quam te memorem Virgo Maria, omnia cælo Aen 1. & 5.
Dat habere tibi diuum Pater atque hominum Rex. Aen. 1. & 12.
Et decus omne tuis, poſtquam ſe condidit alueo, Ecl. 4. Ae. 9.

Haud igno-

Aen. 2. & 9. Haud ignota loquor, Deus æthere miſſus ab alto.
Aen. 1. &. 10. Impleuitque ſinum, claraque in luce refulſit
Aen. 4. & 7. Aduentum, auxiliumque Dei (miſerabile dictu)
Geor. 1. & 4. Nequicquam ſeros Lucinæ experta labores,
Aen 7. G. 4. Sacra per integram ſoluuntur viſcere pellem
Aen. 5. & 6. Læta Dei partu, venit de corpore virtus
Aen. 2. & 10. Omnipotens, ſubijt cari genitoris imago:
Aen. 3. Hæc quondam cæli magnū ventura ſub axem
Georg. 2. Iampridem nobis cecinerunt omnia Vates.
Aen. 6. O Virgo, cui tanta Deo, permiſſa poteſtas,
Eclo. 2. Huc ades, & votis iam nunc aſſueſce vocari,
Aen. 1 & 8. Ad te confugio miſerantem incommoda noſtra,
Aen 1. & 6. Huc geminas nūc flecte acies, mentemq; benignā
Aen 2 & 9. Alma parens, præſens noſtro ſuccurre labori.
Aen. 6. G: 3. Adſpice vt inſignis cæpit crudeſcere morbus,
Aen. 1. Ge. 3. Nec dum etiam manare cruor ceſſauit, & altè
Aen. 8. Ge. 1. Huic capiti inſultans, lentus non deficit humor
Aen. 2. Ge. 3. Ex illo fluere, ac morbo, illubieque pereſa
Geor. 4. AE. 7. Protinus inq; ſinu præcordia ad intima ſubdit,
Aen. 9. & 10. Viſceribus ſuper accumbens iam pectore toto
Aen. 1. & 3. Hæret, & interdum macie confecta ſuprema
Aen 3. & 5. Membra quatit, frigentque effætæ in corpore vires,
Aen. 3. & 12. Quid labor aut benefacta iuuant? vſuſque medendi?
Ae. 10. & 12. Nil validæ iuuere manus, nihil auctor Apollo
A en. 7. & 11. Profuit, aut Marſis quæſitæ in montibus herba
Aen. 12. G. 3. Non hac humanis opibus, ceſſere magiſtri:
Aen. 11. At tu, oro, ſolare inopem, & ſuccurre relicto,
Aen. 1. & 7. Hoc mihi da proprium, Virgo, ſperare ſalutem
Aen. 3. & 12. Tu requies omnis curæ, caſuſque leuamen,
Aen. 3. Ge. 3. Solamenque mali, culpam compeſce, priuſqu

Dira p

Dira per incautum ſerpant contagia pectus, Aen.1.
Namq; fatebor enim tanto me crimine dignũ, Ecl. 1.AE.10.
Hortator ſcelerũ, ſenſus animumque labentem Aen.4.& 6.
Impulit agnoſco veteris veſtigia fraudis: Eclog. 4.
Hinc mihi prima mali labes præcepta, ſecuto Aen. 2.G.4.
Matris Acidaliæ, tales expendere pœnas Aen.1.& 10.
Non aliam ob culpam voluit Rex magnus Olympi. Geor.1:AE.2
Quare vt te ſupplex peterem tua limina adiui Geor.2.AE.6.
AVRETI, fama totũ vulgata per orbem: Aen.1.& 12.
ectum Auguſtum, ingens, centum ſublime columnis Aen.7.
ruati ex vndis vbi figere dona frequentant Aen. 6.& 12.
atres, atque viri, & votas ſuſpendere veſtes, Ibidem.
bmiſsi petimus terram, nos munera templis Aen.4.
uippe tuis ferimus, meritoſque nouamus honores? Aen.8.
mque ſub ingenti luſtro dum ſingula templo Aen.1.
di oculos ante ipſe meos ſollemnia vota Aen. 12.E.5.
ntorum impenſis operum miracula rerum, Aen 11.G.4.
que humiles habitare, caſas paruoſque penates Eclog.2.
a omnes tecum meritis pro talibus annos Aen.1.& 5.
illum vidi caeli cui ſidera parent, Ec.1.AE.10.
te equidem audieram (vulgatur fama per rbes) Ecl. 9. AE.12.
ninis aligeri ſocijs, ſacraque caterua, Ae.11.& 12,
a per vacuum ferri tectumque laremque, Geor.3,
ntibus in noſtris alio ſub ſole iacentem, Ecl.5.Ge.5,
re Dea monſtrante viam (mirabile dictu) Aen.1.& 2.
is ad Auſonium conuexo in tramite ſyluæ Aen. 1.& 11,
gere locum, & poſuere in vertice montis: Aen, 8, & 10,
ix vna ante alias pulcherrima proles Aen. 3, & 6,

Cælicolum

Aen.3.& 8. Cælicolum Regi, tantarum in munera laudū̃
Ecl.6 & 8. Nunc ego namq; tibi, terque hæc altaria circū̃
Aen.11.E 8. Perſoluam grates:numero Deus impare gaudet;
Aen.2. &12. Sin abſumpta ſalus, & vis inimica propinquat
Aen.10. Te precor hanc animam ſerues Natoq; Patriq;
Aen.9. O genitrix, meriti tanti non immemor vnquā;
Aen.4.& 6. Errantem doceas iter, & ſacra oſtia pandas,
Aen.6. Ire ad conſpectum cari genitoris, & ora
Aen 8. Contingat, patiar quemuis durare laborem:
Aen.6.Ge.1. Da dextram miſero, & tecum me tolle per auras,
Aen.6: Sedibus vt ſaltem placidis in morte quieſcam;
Aen 5. & 6. Quod ſupereſt, oro, dubijs ne defice rebus,
Aen 3.& 12. Sola in te ſuprema ſalus,miſerere tuorum:
Aen,6: Noctes atque dies facilis deſcenſus Auerni,
Aen 4 Tu modo poſce Deum veniam, ſacriſque litatis
Aen.8. Indulge, fer ritè preces, iramque, minaſque
Aen.5. Supplicibus ſupera votis, miſerere precantis,
Aen.4. Ne Pater Omnipotens adigat nos fulmine ad vmbras
Aen.6. Pallentes vmbras Erebi, ſtygiamque paludem,
Ae.5 Ec 10. Cum freta,cū terras omnes,cœlumq;profundū
Aen 1.G:1, Et genus humanum, crepitantibus vrere flāmi
Geor,1,AE,1, Ipſe Pater ſtatuit, ſeruans ſub pectore vulnus
Ge 2,AE.3. Aeternum;ſceleris tanta eſt iniuria noſtri;
Aen,6, Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere Diuos;
Aen, 10, Stat ſua cuique dies,breue & irreparabile tempus
Aen,1, Omnibus eſt, veniet luſtris labentibus ętas,
Geor,4, Cum domus & proles ſubito defecerit omnis
Aen,2, Venit ſumma dies,& ineluctabilę tempus,

Exitiū

xitium magnum, atque metũ mortalibus ægris: Ae,10,& 12,
Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit, Geor,1,
ol tibi ſigna dabit; Solem portenta ſequentur, Ge,1,AE,11,
t Lunam in nimbo nox intempeſta tenebit; Aen,3,
Iorreſco referens, nigreſcent omnia circum; Aen.2, & 11.
ncipiet magno miſceri murmure cælum, Aen,4, & 10,
venti vaſtos voluent ad littora fluctus, Aen,1,& 12,
liſcent ſe maria, & nigræ attollentur arenæ; Aen,9,
b pedibus mugire ſolum,tonitruq;tremiſcent Aen,5,& 6,
rdua terrarum, & campi, ripæque, lacuſque, Aen,12,
gentem vocem latè nemora alta remittent; Ge,2, AE,12,
ultaque præterea variarum monſtra ferarum, Aen,7,
erribili aſpectu formæ ſub nocte per vmbrã, Aen,6,
cedent; magniſq; vrbem terroribus implent, Ge,4,AE, 11.
um variæ illudent ſpecies; crudelis vbique Ge,4,AE,2,
ctus,vbiq;pauor,& plurima bella per orbem. Geor,1,
Quis cladem illius noctis? quis funera fando Aen,2,
plicet? & ſimulachra modis pallentia miris? Geor,1,
le vbi clara dabit ſonitũ tuba;protinus omnes Aen,5,& 9,
ſpicies animas imis exire ſepulchris; Aen,6, Ec.8,
nc exaudiri gemitus; mihi frigidibus horrõr Aen,3,& 7,
mbra quatit,gelidusq;coit formidine ſanguis,
é animus meminiſſe horret, luctuq; refugit, Geo,2,AE,2,
rectæq;horrore comæ,& vox faucibus hæſit. Aen,4,

e Poeſi quidem lyrica ad res ſacras aſſumuntur eſertim Aſclepiadei, Glyconici, Saphici, Dimetri Iambici, & Anacreontei. Vt in hymnis apet Eccleſiaſticis. Quorum etiam nonnulli abſq; a ſunt metri ratione. Sed aut ſyllabarum nuro compare, aut aſſonantia quadam ſimiliterq; deſinentia,

deſinentia, aures demulcent, & animos excitant. Fuere de recentioribus qui antiquorum imitantes pietatem, mirabilem ei elegantiam adiunxerint.

In ſanctam Saluatoris noſtri Ieſu Natiuitatem.

Proſperi Martinengi Theotoc:

O iam terrigenis aurea ſæcula.
Aurum nam rutilans rorat ab AEthere:
Nec priſca hæc Danaes fabula mentiens
Mutati in pretium Iouis.
Noſtrum nos redimens fit pretium Deus,
Auri quod pretio fit pretioſius.
Arcellamque replens Virginis integræ
Hic veras dat opes inops.
O partus miſeris certa ſalutifer
Quo Rex terrigenis fœdera ſpondeat,
Et partas pretio ſanguinis exules
In Cæli reuehat domos.
Sed quæ vox referat dulcia gaudia,
Quæ ſentit pariens conſcia Numinis,
Cum lux Sydereis clarior ignibus
Antri fulſit in abdito.
O felix nimium parua domuncula,
Non fruſtra ſuperis peruia ciuibus,
Quamuis parua, Poli æquanda penatibus
Magni regia Principis.
Quo cæli reſonant carmine compita,
Cum demiſſa Polo turba ſonorius
Hic pæana canit, carmina proferens
Sacro debita partui!
O Regina poli ſola puerpera,

Ac Vir-

Ac Virgo in ſupero prima palatio,
Non hic dona neges ferre clientibus,
Noſtri tu decus optimum.
tu progenies Virginis inclitæ,
Sic nos nunc veniæ munere præpara,
Vt tandem emeritos nos tua fulgidis
Cingat gloria laureis.

De Aſſumpta in cęlum Virgine Maria.

Egnator Superum quo nitidam die — Marci Ant. Muret. Hym Sacr.
Matrem ſidereis arcibus intulit,
Et ſupra Angelicos conſpicuam choros
ſtellanti ſtatuit throno:
æ cœlo fuerint iubila, qui ſonus,
Quæ ſanctis animis gaudia, non modo
Humanis nequeat vocibus exprimi,
ed nec pectore concipi.
eſt arca noui conſcia fœderis.
Concluſcis, Domini deliciæ, hortulus,
aſtro intactus ager ſidere pulchrior
t ſponſa & genitrix Dei.
quiſquis eam ſuppliciter colit,
ebuſque in dubijs ſedulus inuocat.
umquam, hoc qui ſtatuit præſidium ſibi,
e luſus doluit ſua.
lex ætherei numinis vnitas,
uæ diſtincta eadem eſt, veraque Trinitas
Æternis Vigeat ſemper honoribus,
terra ſimul, & polo.

De Diuo Laurentio Martyre.

renti canimus nobile prælium, — Eiuſdem
ui cum viſceribus flammam aleret ſuis,

Et cratem roſeo ſanguine ſpargeret,
Subiectis ruber ignibus,
Conſtanter Domini perſtitit in fide.
Ambuſtumque latus carnifici exhibens,
En iſtam rabiem quo magis expleas,
Hoc iam coctum, ait, eſt: vora.
Tanto corporeis ignibus acrior
Chriſti ardebat amor pectore in intimo;
Sic mens tota Dei feruida ſpiritu
Senſum corporis hauſerat.
Nunc nobis ſolito more rogandus eſt,
Iratum vt merito conciliet Deum,
Et quos mirifici roboris inſtruit
Exemplo, precibus iuuet.

Ad Triumphalem Chriſti D Crucem.

Iacobi Pontani Societ. Ieſu. Florid. Lib. 3.

Filias inter generoſiores
Ipſa Syluarum magis eminebas,
Apta, quæ ferres pretium redempti
Nobile mundi.
Ara tu verè potis es vocari,
Quam, mori gaudens, decorauit Agnus;
Sola tu pacem profugis dediſti,
Sola ſalutem.
Te crucem laudent, tibi ſuauê cantent,
Frontibus geſtent, & vbique pingant,
Qui tuo, æterna nece liberati,
Munere viuunt.

Amor & cultus Mariæ.

Eiuſd. Lib. 5.

Ille ter felix pote nuncupari,
Qui tuam Virgo, o bona Virgo, prolem
Corde ſincero colit, & flagranti
Ambit amore.

Ille n

Ille mi felix etiam videtur,
Qui tibi tradit ſua cuncta, teque
Corde ſincero colit, & flagranti
Ambit amore.
Tu meum pectus ſemel occupaſti,
Me tui viuax edit ecce flamma.
Te colàm donec mihi vita quondam
Liquerit artus.
Siue lux ſummos tenet orta montes,
Siue nox fuſco parat ire curru,
Te vòco ſemper ſociam laborum
Rite meorum.
O meum lumen, decus, aduocata,
O & adiutrix operum fidelis,
O meùm, Mater, columen, mearum, o
Gloria rerum.

Animæ Deum laudantis.

Quandiu Solis radium tuebor,
Mique decretos agitabo menſes,
Fata me donec patientur iſto
Aethere veſci,
Semper auctorem venerata mundi
Debitum impendam ſtudioſa cultum:
Semita incedam Dominique ſemper
Pectore læto.
Hunc pia ſemper memorabo lingua,
(Aequius nemo memoratur illo)
Abſque diuina mihi nulla laude
Effluet hora.
Mi Deus, carmen, meus eſt futurus,
Voce laudabo, penetralibuſque
Cordis, illius reputabo mecum
Plurima dona.

O quibus me non meritis honeſtans
Partibus multis ſimul ante multos
Extulit: quænam Deus hiſce donis
Dona rependam?

Ex menſa cęleſti Fortitudo & Victoria.

SVrgo cæleſti dape recreata,
Surgo diuinis onerata donis,
Eiuſd. Surgo ſublimi generoſitate
Macta animiſque.
Iam licet nullum timuiſſe bellum.
Acre florentes cuneos fugabo:
Ipſe nam Sponſus dedit eſſe doctam
Vincere pugna.
Hoſtibus qui non oculo hauriuntur
Certo, me cæcis operire telis
Per dies inſtant ſimul & tenebras:
Sed ſine damno.
Cingimur contra, ſimilique Marte
Frangimus vires temerariorum,
Et ſuis hoſtem viduamus armis
Auſpice Ieſu.
Menſa me Ieſu bene paſcit, illa
Rebus infeſtis mea corda fulcit:
Inde mi nunquam malè præparatum ad
Turbida pectus.

Ad Angelum cuſtodem.

ADſis beate ſpiritus,
Dei miniſter maximi,
Meique cuſtos peruigil:
Adſis beate ſpiritus.
Regnator ille præpotens
Dũ ponit orbis machinã,
Cum cæterarum mentiu
Phalangibus te condidi
Tibi ſecundum ſe Deus
Tuam in fidem me tradi
Vni meam cuſtodiam,
Vni ſalutem credidit.

Quid

id ergo me beatius,
Quid eſſe poſsit dignius,
Cui ſe fidelem perpetim
Præſtat ſupernus Aliger?
pulſat hic pericula,
Metuque ſoluit anxio.
entem labantem ſubrigit
ſenſa cælo dirigit.
ormiente hic excubat
rcens nefandos dæmonas,
Seu mane ſit, ſeu veſpera,
Seu clara lux, ſeu cæca nox
Seu fauſta quando euenerint,
Seu quod malũ me afflixerit,
Nuſquam clientem deſerit,
Natura præſtantiſsima.
Quibus modis ſat efferam
Te præpetum pulcherrime?
Tuumue quibus honoribus
Numen colendũ iudicem?

De Amore Ieſu, *Angelorum*, & Animarum Chori.

r fluxa rerum quæritis,
ſana gens mortalium?
nprobis laboribus
ofutura diſcitis?
lubentes quærite:
lubentes diſcite
it inſtar omnium,
em cohærent omnia.
Ieſus amor dulciſsimus,
Et omnium caſtiſsimus.
Ieſus amor tutiſsimus,
Et omnium lætiſsimus.
Potus cibuſque noſter eſt,
Quies, Salus ſecuritas,
Virtus, honor, fælicitas,
Et copiarum copia.

Mors eſt malis, vita bonis.

eſca vitam ſufficit,
eſca lethum parturit:
n boni, tantum mali
habent originem.
id eſt iucundius?
orte contra triſtius?
ulum veruntamen
ue fit ſumentibus.
Nil ergo eodem dulcius,
Et nil eodem amarius.
Sed improbos interficit,
Proboſque vita munerat.
Qua propter omni crimine;
Piati ad hoc conuiuium
Vos ferte, pleni ſobrijs,
Sanctiſque cogitatibus.

Veneratio Mariæ, ſuper cho- ros Angelorum exaltatæ.

libus præconijs
Cæleſtium, terreſtrium,

Silentiumque Principem
Te magna mater efferam?
Cunctis es vna celſior,
Diuinitati proxima.
Tu Cherubin formoſior:
Tu Seraphin illuſtrior.
Tu ſtella ſolem proferens,
Cæleſtium feſtiuitas.
Corona tu pulchrrima,
In qua facit gemmā Deus.
Tu prima ſuaue canticum
Modularis inter Virgines
Agnique per veſtigia
Tu dux es incedentium.
Veram videte Bethſaben,
Dextra aſsidentem filio.
Mater rogat quidquid lubet
Præſtat rogata filius.
Regina ſalue præpotens,
Noſtriſque rebus conſule:
Tuos ab alto mitius
Mundi ſequeſtra reſpice.

Ad B. Virginem recens natam.

AVe liliolum recens,
Aue punicea o roſa,
Flos bellisſime ſalue.
Aue laus generis tui,
Aue arbuſcula fertilis,
Ieſſæ virgula ſalue.
Aue cælicolum ſtupor,
Aue terricolum iubar,
Proles regia ſalue.
Aue ſanctum habit aculum
Aue olim genetrix Dei,
Mater maxima ſalue.

De Infante Ieſu, & Matre Virgine.

ARridet tibi paruulus,
Rides mutua paruulo.
Blando lumine reſpicit,
Tu blandiſsima reſpicis.
O quæ gaudia cerno?
Ad te brachiolis modo
Extenſis tua ſtringere
Colla nititur, oſculum
Nunc ori roſeum applicat.
O quæ gaudia cerno?
Nunc manus teneras hians
Maternum inſerit in ſinum,
Vtque infantibus euenit,
Suas quærit alumnulas
O quæ gaudia cerno?
Interim tibi mens ſalit,
Et perfuſa liquentibus
Corda lætijs micant,
Vix temet capere es potis:
O quæ gaudia cerno?
Rores iam modo pectoris
Offers ſedula, iam modo
Decoras genulas piè
Delibas labijs tuis.
O quæ gaudia cerno?
O quæ gaudia cerno?

Ad I

Ad Deiparam Virginem.

Eſta matris, Chriſtiani,
Matris atque Virginis,
rimonia decenti,
ſonoris cantibus
e ſedulo colamus.
re auorum ſcilicet.
a mundi, lumen orbis,
nen immortalium,
nitatis grata ſedes,
a ſancti ſpiritus,
na gratiæ repertrix,
laria, diceris.
è quam Deus locaret,
is iſtanc machinam,
ibi delegit ipſe
Præpoſitis omnibus,
Et parentem nominauit
Exitu mirabili.
Non rigata, non arata
Terra frugem reddidit.
Quando virgo non marita
Germinaſti filium.
Ima ſummis copulaſti,
Fluxa cum manentibus.
Gloria & decus ſit illi
Sempiterna in tempora,
Qui Mariam conſecrauit
Tam nouis honoribus:
Nempe Patri, Filioque,
Et ſacrato Flamini.

Cantiuncula ad ſomnum Infan-
tulo conciliandum.

Gratum bone mentium,
Feſſorum bone corporum
ator, venias age,
eni blandule ſomne.
umb ıla Principis
ontendere differas.
num moueas pedem
eni blandule ſomne.
n languidulis tibi
lis Puer innuit.
Pelle moras, veni,
Veni blandule ſomne.
Veni o ſomnicule, o veni,
Tot preces caue deſpuas,
Quid cunctaris? abit dies,
Veni blandule ſomne,
Veniſti bone ſomnule,
Alis virgineum tuis
Es complexus alumnulum,
Somne blandule ſomne.

De Puero Ieſu, Filię Sion.

ons puer leporum,
nor, ſalus, venuſtas,
citudo noſtra,
Feſtiuitas, honorque,
O turtur ille noſter:
Te quando contuemur,

 Mentis ſilent

Mentis ſilent tumultus.
Quieſque, gaudiumque
Intus repente conſtat.
Identidem videre,
Audire identidem te
Iam lacrymis madentem,
Iam riſibus fluentem,
Iam quippiam lalantem,
Proh qualis eſt voluptas?
Proh quale gaudium fert?

TRIVMPHVS MARTYRVM

In Tẽplo D. Stephani Cælij Mõtis expreſſus, Iulio Roſcio Hortino Autore.

O qui purpureo ſanguine lauream
Eſtis promeriti, qui ſuper Aethera
Longo, nec trepidi tenditis agmine,
Sacro vulnere ſaucij.
Vos non compedibus carcer aheneis,
Non Regum gladij, non lapidum fragor,
Non ſorbens pelagus. non rabidae feræ
Non vis terruit ignea.
Abſterſis lacrimis en modo Caelitum
Immiſti choreis gaudia ducitis:
Et toto renitent corpore vulnera,
Ceu lucentia ſidera.
Quis nunc Romulidum praelia conferat,
Eueĉtaſque rotas per Capitolium?
Centum cum Ducibus Roma vetus ſuis
Veſtris cedit honoribus.
Victorum merito carmine quem prius,
Aut quem poſterius proſequar? obruor
Ingenti numero, qualis apum thima
Circum loeta volantium.
Quis vitta referat conſpicuos ſenes?
Ardentes iuuenes pro Patria emori?
Illuſtres ſtudijs Aonijs Viros?
Quis mille agmina Virginum?

Sic quorum fuerit vita laboribus
In terris ſimilis, par manet Aethere
Virtutis pretium, gloria ſaeculis
Duratura perennibus.

AD SANCTISSIMÆ Crucis vexillum, ſub quo generoſiſſimi Chriſti marty-res militarunt.

Crux victrix veneranda Polo, terraq; marique
Crux Domini ſacro tincta cruore mei.
Sceptra tibi ſe ſe & Regum diademata ſubdunt,
Subditur & Cælum, Tartareique lacus.
Hoc pia ſub ſigno meruerunt agmina quotquot
Fælici calcant ſidera celſa pede.
Hoc fortes bellare viri ſub tegmine ſueti:
Fœmineos eadem texit & vmbra choros.
Tu via martyribus, ſpecimenque & cauſa ſalutis,
Tu decus, & noſtris vna medela malis.

DE D. STEPHANO, QVI primus martyrij, pro Chriſti nomine, coronam retulit.

Dux pugilum Chriſti dum myſtica ſacra tuetur,
Et reſerat veterum ſpemque, fidemque Patrum,
Diuina quamuis in imagine fulgeat oris,
Sæuitiam duræ non ſuperat Patriæ,
Pellitur è coetu medio, lapidumque ruente
Cogitur immeritam grandine ferre necem.
Interea innixus genibus, dum panditur AEther,
Immani veniam pro feritate rogat.
Audit vota Deus, precibuſque acquiritur illis

Paulus: & hinc pietas, Relligioque viget.

IN DD. PETRVM, AC PAVlum, qui ſub Nerone, Rom. Eccleſiam ſanguine ſuo fundarunt.

Aſpice Romani imperij duo ſidera, vt ambos
Vna fides cælo reddit & vna dies.
Ille Crucem renouans imitatur morte magiſtrum,
Auerſus quamuis brachia tendat humo:
Sacratam gladio ceruicem porrigit alter,
Excutit & fontes ter ſalientis aquæ.
O geminum decus, o columen; quem protulit ætas
Aut ſimilem vobis, aut feret vlla parem?

IN S. VITALEM QVI IN altiſsimam foueam iniectus lapidibus obrutus eſt.

In foueam venerande ſenex demitteris altam;
Et ſuper ingenti vi obrueris lapidum:
Sic cæco inferris viuuſque, videnſque ſepulchro,
Vnde tibi ad vitam morte paratur iter.
Viua fides celſo Vitalem adſcribit olympo,
Aeternis animis ipſe vbi vita Deus.

DE CHRISTIANIS QVI SVB Nerone in Circo Vaticano, vt Tacitus refert, ferarum pellibus induti canibus obijciebantur.

Hos Tygres, Vrſoſque putes, rabidoſque leones,
Pelle ſub externa quos latitare vides.
Ipſæ tam varia fallantur imagine ſiluæ,
Quid mirum oblatrat ſi canis, atque premit?

Tantum auſus patrare Nero? tu perfide, monſtrum,
Tu canibus diris dilaniandus eras.

DE D. IOA. APOSTOLO ET *Euangeliſta, qui ſub Domitiano, in feruẽtis olei dolium miſſus, purior, & vegetior inde exiuit.*

Sancte ſenex dum feruenti cruciaris oliuo,
Fundis & accenſo cinctus ab igne preces:
Integer emergis Chriſti teſtatus amorem,
Teſtatus quantum poſsit in igne fides:
Non moriare licet, flammis, viuaſque ſuperſtes,
Et vitæ, & mortis præmia vita refert.

IN D. DIONYSIVM AREO*pagitam, qui ſecuri percuſſus ſuis vlnis caput abſciſſum ad duo millia paßuum detulliſſe proditur.*

Cecropidum ſublime decus, Graijque ſenatus,
Auulſum in manibus fert caput ipſe ſuum,
Stat tamen, & graditur, placideq; ad culmina tendit,
Qua Regum cineres nobilis vrna tegit.
Hinc animus cælo ſe ſe intulit, vnde beatus
Quæ docuit, propius, nobiliuſque videt.

DE D. IGNATIO, QVI *Traiano imperante damnatus ad beſtias leonum dentibus præfocatus eſt.*

Accurrit diffuſa cohors hinc inde Quiritum,
Et ſeptem reſonant plena theatra iugis:

Mitteris in fuluam fortis cum miles arenam,
Vt fias Lybicis nobilis eſca feris.
Ipſe quidem dum non refugis,ſed & appetis vltro
Optata lethi conditione cadis.
At cauea è plena ſpectat ſtupefacta, leones
Exanimi linguis lambere, Roma, pedes.

DE EVSTACHIO, ET ALIIS *qui æneo Tauro incluſi ſubiecto igne crudeliſimè cremati ſunt.*

Ne tam immane nefas alto Sol ſpectet Olympo
Cedat, & horrendus ſtet ſine luce dies.
Aerati bouis in latebris heu condere quemquam
Suppoſito inſontes vrere & igne viros?
Vt primum obrueret fidei ſurgentis honorem,
Quid non conata eſt ſæua ſuperſtitio?

AD D. FELICITATEM, QVÆ *vna cum ſeptẽ,quos Chriſto genuerat filios, martyrio coronata eſt.*

Das vtero ſeptem fortunatiſsima natos,
Et totidem cælo reſtituis gladio:
Hortaris, præſenſque vrges pietatis amore
Aeternum vitæ morte præire decus.
Tuque cadis ſeptem poſt vulnera, lœta triumpho
Natorum, duplici nomine facta parens.

DE D. POLYCARPO IOANNIS *Apoſtoli diſcipulo, qui, Populo in Amphiteatro perſonante, igni traditus liber euaſit.*

Phœnicem ſi quis medio miretur in igne

Emori,

Emori, & extructo ſe reparare rogo:
Obſtupeat, Polycarpe, auidas tibi parcere flammas,
Non auſas ſacra te violare face.
Mille nitent tœdæ, rutilantque hinc inde fauillis,
Atque in te Dominum, quem colis ipſe, colunt.
Præmia nunc maiora tibi ſed reddit Olympus,
Ignea qui pedibus ſubijcit aſtra tuis.

IN D. BLANDINAM, QVÆ *poſt dira tormẽta retibus concluſa tauri cornibus iactata eſt.*

Excita viſendi ſtudio Romana iuuentus
Feſtinat plenis vndique fuſa vijs:
Emicat è cauea taurus, paſtuſque furenſque:
Roma theatrali conſonuit fremitu:
Stat concluſa plagis Virgo generoſa, pudico
Curua genu, & ſuperos in ſua vota vocat.
Quid petis? Huic decori ſunt vulnera, ſuntq; ſaluti
Hoſtibus effuſæ candido ab ore preces.

DE MARTYRIBVS FERIS *obiectis, qui ſœuiſſimè laniati glorioſiſſ. triumphum retulerunt.*

Aſpicio, paueoque ſimul tot ſæua ferarum
Agmina, quæ inſontes circumiere choros.
Hic nati patrum caris complexibus hærent,
Continet hic matrem filia caſta ſinu.
Dum vorat Vrſa patrem, natum petit aſpera Tigris,
Sæuit & in matris dira leæna caput.
Omnes vna dies pariter laniatque rapitque,
Diſtingunt artus oſſa relicta feris.
In ludos, heu Roma, hominum tot funera vertis,
Quorum es terrarum ſanguine facta caput?

DE CALISTO PONT. MAXI qui, in regione Tranſtyberina ex ſublimi loco in puteũ deiectus eſt.

Stat pia Tranſtyberim ſedes, vbi Roma Caliſtum
Aeterno vidit ſacra litare Deo.
Hic puteus, cæcæque vndæ, queis merſus, & altæ
Atria, priſcorum ſtant monumenta Patrum.
Stant & parietibus cœnacula, mixa vetuſtis
Claraque Virgineo nomine templa nitent.
Oſſa ſenis, fontemque olei veneratur, & aræ
Romanus ſupplex flectit vtrumque genu.
Nimirum impietas conata extinguere nomen
Chriſti, auxit noſtræ Relligionis opes.

DE CÆCILIA VIRG. ROM. quæ in balneo comburi iuſſa, cum illœſa euaſiſſet, poſtmodum ſecuri percuſſa eſt.

Romano eloquio Virgo facunda, calenti
E labro verum prædicat ore Deum:
Eſt corpus tenerum, ſed mens adamantina, Chriſto
Auſpice feruentes quæ ſuperauit aquas.
Cæleſtis quanta eſt diuina potentia dextræ,
Pſallat vt in medio caſta puella rogo?

DE D. AGATHA VIRG CLARIß. cui, poſt varios, diroſque cruciatus, mamillæ obtruncatæ ſunt.

Quæ tibi crudeles admorunt vbera Tygres:
Pabula ſilueſtri quæ dedit Vrſa ſinu:
Florida non ætas, non te inclyta forma decuſque,
Non te

Non tenero mouit pectore fixa fides?
Auſus virgineas ferro truncare papillas,
Materni indignus munere lactis eras.

DE D. APOLLONIA VIRG. *inuicta, quæ excuſsis dentibus igni addicta eſt.*

Dentibus excuſsis Virgo pro laude pudoris
Dimicat, accenſas proſilit inque faces.
Magni animi viciſſe hoſtes, ſed gloria maior
Ille cebras animi vincere poſſe ſui.
Vtraque palma tua eſt: & victo ex hoſte triumphas,
Inuictæque nites fronde pudicitiæ.

DE D. LAVRENTIO DIACONO, *qui in crate ferrea ad ignem torreri iuſſus lauream martyrij eſt conſecutus.*

Intrepidus medio Laurentius ardet in igne,
At Decius mentis fluctuat igne magis.
Ille vrit, tantumque artus, paſcitque medullas;
Hic animi irrepens interiora vorat.
Dicite quæ maior flagret ſub pectore flamma,
Hanc diræ Eumenides, hanc pius afflat amor.

DE CCC. MARTYRIBVS, *qui in calcis fornacem pro Fide coniecti ſunt.*

Ignea ſtat fornax flammarumque alta vorago
Non ſecus ac rapidas euomit Aethna faces.
Tercenti huc acti, medios merguntur in ignes:
Magnanima inſontum pectora flamma vorat.

Additur

Additur igni ignis: creſcunt alimenta, ſed inter
Sulphureos reſonant agmina ſancta globos.
Hoſtia grata Deo, & ſuperis, verèque holocauſtum,
Corpora quò in cineres, oſſaque dura abeunt.

DE MARIO, ET MARTHA *coniugibus, qui cum filijs ſuis, ſuauiß. martyrium adepti ſunt.*

Coniugis ante oculos coniux, nati ante parentum
Torquentur, rabie, ſæue Tyranne, tua.
Hic ligno appenſus trahitur ſub pondere ſaxi:
Hi varia, nullo crimine, morte iacent.
Scilicet haud præcepta ſatis violaſſe Tonantis,
Fas & naturæ frangere iura putas?

DE D. AGAPITO, QVI PRÆ- *neſte, annum natus XV. fumo, atq; igne pro fide necatus eſt.*

Non dum prima genas veſtibat flore iuuenta,
Veridicam eſt iuſſus cum violare fidem;
Ille ſed audacter renuit, Chriſtumque, fatetur,
Abnegat & veterum numina falſa deum.
Stat rogus: appenſus pedibus, fumoque tepenti
Obruitur: manat corporis igne, liquor.
Aurea cæſaries flammis crepitantibus ardet,
Aſtantum lachrymas ebibit ipſe rogus.
Vis maior teneris, mirandum, regnat in annis,
Quam vigeat duro pectore ſæuities.

DE D. AGNETE VIRG. NO- *bilß. cui, in medio rogo, flammæ ceſſerunt.*

Agnes, Romuleas inter pulcherrima, Virgo,

Inter c

Inter cæleſtes & numeraanda choros.
Arctius vt ſponſi complexibus hæreat, ignes
Non metuit rapidos, ſe iacit inque rogum.
At flammam hac illac videas diſcedere, tanta
Vis Fidei, tantus virginitatis honos.

DE D. BLASIO, QVI IN *equuleo ferreis pectinibus dilaniatus illuſtre fidei teſtimoniũ poſteritati reliquit.*

In fora conſpicio inſoliti tormenta doloris?
Efferrique noui præmia ſupplicij.
Pecten adeſt, & mille nocentis acumina ferri,
Deſcribunt totidem membra cruenta notis.
Cui roſeus membris color enitet, aurea veſtis
Cælo illum æterno murice tincta manet.

IN CHRISTIANOS IVVENES; *qui ſponte pro Religione manus prunis ardentibus impoſuerunt.*

Sponte manus iuuenes ambas imponere flammis
Teſtarique ſacram, proſpicis igne fidem.
Sed cedunt flammæ, ſacras nec lambere palmas
Audent, quas Chriſti cælicus vrget amor.
Quid non ille poteſt? ignes ſua pabula linquunt,
Natura & fidei ſubditur imperio.

IN D. LVCIAM QVÆ IGNIbus *ſuperatis tandem gladio iugulata obdormiuit in* Domino.

Candida virginitas niuei in proſcenia cætus
Prodit, odoratis fumet acerra focis,

En, quæ mortales thalamos contempſit, vt aſtris
Intacto inferret flore pudicitiam.
Reſtitit illecebris mundi, ceu ſaxea rupes,
Quam fruſtra inſani verberat vnda freti.
Nec metuit flammas quamuis ceruice, recepto
Enſe cadat ſummo victima grata Deo.
Fælix multiplices cui tot peperere coronas
Excepta inuicto pectore ſupplicia.

DE D. SEBASTIANO, QVI *ad palum alligatus, atque à militibus ſuis ſagittis confixus glorioſo martyrio animã Deo reddidit.*

ALta Palatino ſurguut qua culmina colle
Aurea vbi quondam tecta Neronis erant.
Dux a militibus trunco religatur eiſdem,
Queis ſæpe ornarat fronde virente comas:
Expedit hic arcus, promit ferus ille ſagittas:
Tela volant: hærent corpore fixa Ducis.
Quem tegere oppoſito decuiſſet corpore, in illum
Crudeli torquent ſpicula dira manu,
At tibi tot ſtellis pectus præfulgeat aureis,
Vulnera ab infido facta quot hoſte tulit.

DE D. CATHARINA QVÆ *rotis diuinitus confractis, victiſque philoſophis dato capite ad virginitatis, ac Martyrij præmiũ euolauit.*

Siſteris ante rotas Catharina interrita acutas,
Siſteris & doctos ante puella viros,
Axe rotæ cedunt fracto. ceduntque magiſtri,
Et cedunt fidei ſceptra ſuperba tuæ,

At du

At dum te ſubdis ferro, pro ſanguinis vnda
Lacteus aſpergit fortia colla liquor:
Quid mirum aligeros corpus vexiſſe per auras,
Cui nihil humanæ conditionis obeſt.

N QVADRAGINTA MARtyres, quorũ, cum vnus à fide defeciſſet, ianitor coronam relictam intuẽs in frigidum ſtagnũ proſiliuit.

Dena quater cernis glacie conſtricta rigenti
Corpora, quæ fluuij lubrica teſta ſecet,
Hic totidem nitida collucent nocte coronæ,
Quas chorus inſignis texuit Aligerum,
Effugit impatiens vnus, ſocioſque relinquit,
Linquitur & medio clara corona lacu,
Accurrit cuſtos, ſtagno ſeque inijcit alto,
Vt cingant crines ſerta relicta ſuos,
Inſignem numerum, claros augere triumphos
Cui datur, atque hoſti nectere fronde comas.

N IO. ET PAVLVM F. ROM. ac Bibianam, qui ſub Iuliano coronati ſunt.

Hæc tria quæ ſpectas pallentia corpora victrix
Relligio illuſtri compoſuit tumulo,
Pro nigris violis, pro funereiſque hyacinthis
Sparſit purpureis lilia miſta roſis,
Addidit exuuias ſuper, inſcripſitque ſepulchro,
En queis dulce fuit pro pietate mori,
Tu quoque da flores tumulis, cineteſque ſaluta,
Quos clari exornat laurea martyrij.

E MARTYRIBVS, QVIBVS verę fidei cõfeßiõe manꝰ, ac lĩguæ exectę ſunt.

 Quas trun-

Quas truncare manus auſa eſt vis ſeua Tyranni,
Conſecrat ante aras candida Relligio,
Et quotquot ſacro reſonabant gutture linguæ,
Accenſis rutilant pro pietate focis,
Cum fari hæ nequeant, nec ſe ſe attollere palmæ,
Talia ſub tacito pectore dicta ferunt.
Sancte Pater manuum quando eſt opus omne tuarũ,
Reddimus & linguas,reddimus atque manus.

IN D. VRSVLAM EIVSQ. *comites quæ pro Chriſtiana religione,ac virginitatis conſtantia ab Hunnis interfectę martyres celebrãt.*

Tu tandem innumeræ ductrix Regina phalangis
Virginibus claudes carmina noſtra tuis,
Te teneræ patrio comitantur ab axe cateruæ,
Candida queis roſeus contegit ora pudor,
Fit ſonitus ſpumante ſalo:dant vela carinæ;
Anchora Agrippinum ſiſtitur ante ſolum,
Diſsipat hic Hunnus turbas furialibus armis,
Magnanimumque gregem,ceu lupus,enſe vorat,
Fœlix quæ terris ducebas agmina inermis,
Laurigeros ducis ſidera ad alta choros.

DE D. GABINO ROMANO *ciue è nobiliſsima Sabellorum gente,qui, Turribus,in Sardinia, illuſtrem martyrij palmã reportauit.*

Clare,Sabellorum decus immortale,Gabine,
Maiori & merito concelebrande lyra,
Mille tibi cantus,tibi vota,& munera mille
Reddit Sardoi littus vtrumque maris,

Templa

Templa tuo ſacrata ſonant ſub nomine, & altis
Turribus accendunt maſcula thura focis:
Omnes Romana celebrant te ſtirpe creatum,
Et veterum numerant, ſtemmata longa Patrum,
Maior at æterna pro Relligione profuſus
Sanguis honos, maius mors tibi & ipſa decus,
Sis fælix patrioſque lares, claroſque Nepotes
Aſpice, præſidio &, Diue, tuere tuo.

Ex libro de ſolemni veneratione, qua ſanctorum Reliquæ exceptæ ſunt Olyßipone, inque Societatis Ieſu Templo collocatę.

De velo Sanctißimæ Virginis.

Si mihi das velum, quo contegis ora, patebit
Semper maternæ ſic mihi frontis honos.

ALIVD.

Quæ manus auguſtæ decus admirabile telæ
Addidit? o quantum texta decoris habent?
Aligeri in terris cœli mirantur amictus,
Nec ſatiant longa lumina fixa mora.
Si quid prædari poſſent ſacra numina, digna
Præda foret velum nobile cælicolis.

IN DD. PETRVM, ET PAVLVM.

Marte pares, virtute pares, nece, luce, triumphis,
Quos facit & tumulo maxima Roma pares.
Martem animis adiere pares, vicere Neronem,
Viribus his aptus non minor hoſtis erat.
Aequa licet virtus illos æquauerit, orbis
Hoc nouit, ſed ſe neſcit vterque parem.
Vna dies ambos bello dedit, hæc eadem aufert,
Aethereas poſsint vt ſimul ire domos:
Ollis cauſa necis pietas, ſubiere ſecures
Sponte ſua, lucrum eſt pro Pietate mori.

Morte pa-

Morte pares meruère pares ſuper aſtra triumphos
Sed facit hos ſolum gloria ſumma pares.
Ite pares meritis & viribus, ite triumphis,
Dum maior ſacro ſit Petrus imperio.

IN RELIQVIAS D. IOANNIS BAPTISTAE.

Sacra bipennifera feriuntur colla ſecuri,
Cognita per ſyluas vox ſine voce iacet:
Cerno Thyæſteas imitantia fercula menſas,
Regia cæde rubent pocula, cæde dapes.
Porrige rex ſæuam monſtroſa ad fercula dextram,
Sacrilegas rubro ſanguine tinge manus:
Non epulis exempta fames, ſatiare cruore,
Non ſatur es Baccho, rex bibe crude necem.
Cerne oculos ſceleris ſupremo funere teſtes:
Cerne ad delicias lumina clauſa tuas.
Non tam morte graui clauduntur lumina, quãtum
Horrent luxuriæ grandia monſtra tuæ.
Si nunc relliquias, & non fera crimina noſſes:
Protinus è menſis ſurgeret ara tuis.

IN D. VINCENTIVM MARTYREM.

Vicerat ardentes alacer Vincentius ignes,
Et tormenta feri vix numeranda ducis:
Dux ferus ingenium tranſmutat, & alterat arte,
Spargit odoratas flore recente domos:
Murice fulchra tori diſtincta parãtur, & auro,
Membra ſuper, teneras collocat ægra roſas.
Tunc ait ingenti victor Vincentius ore,
Addecet imbelles mollia ferre nurus:
Blanda pati forti dura eſt iniuria, princeps
Dura magis cupio vulnera, nolo roſas.

AD D. ANNAM SANCTISSIMAE
Virginis Deiparæ matrem.

Anna parens fœcunda homini, fœcũda Tonanti:
O quantum peperit numinis iſte ſinus.

Ditaſ

Ditaſti terras, ditaſti diues Olympum:
En iam mundus opes, nec cupit æthra tuas:
Nunc tibi ſe tellus, nunc ſe tibi debet Olympus.
Nam ſine te cęlum, terraque pauper erat.
Felix prole parens, felicior Anna nepote,
Non habet hic ſimilem, non habet illa parem:
Quod longæua paris, ſterilique effœta ſenecta,
Natura in partu nil habet alma tuo.
Anna parens partu matres ſupereminet omnes,
Quam ſua nunc tantum vincere dona valent.
Proh quantum potuit meritis, & pignore ventris,
Debitor eſt matris cui Deus ipſe ſuæ.

AD DIVAM AGNETEM.

Agna es virgo, lupos ſed diro Marte laceſsis,
Non feritas agnas hæc decet, imo leas,
Es lea, & agna ſimul: ſeruas velut agna pudorem,
Vincis carnificum, ceu lea torua, minas.
Innocuo, velut agna, Dei ſociaberis agno,
Vt lea vincentis ſponſa leonis eris.

DE D. VRSVLA, ET SOCIIS VIRginibus ab Hunnorum exercitu occiſis.

Quam bene in Artoa regis Vrſula claſſe Puellas,
Tã malè barbaricas trux regis Hunne manus.
Quã bene virgineis volat agmen in æquore pennis
Tam malè caſtra parant inſidioſa dolos.
Quam bene pãdis iter caſtæ dux inclyta claſsi,
Tam malè ſulcatas impedit Hunnus aquas.
Quam bene componunt ſeſe Occeanitides vndæ,
Tam malè cæruleas purpurat enſis aquas.
Quam bene virginitas vocat ad ſpectacula cœlum
Tam malè Hyperboreos concitat ira lupos.
Quam bene nudaſti pectus Regina ſaggitæ,
Tam malè nudatum tela inimica petunt.

Ergo age victricis Reginæ in morte canamus:
Audiat ab Stygijs carmen vt Hunnus aquis.
Quondam mille Saul pallentibus intulit vmbris.
Infert vndecies, Vrſula, mille polo.

AD D. CORDVLAM VNAM EX *vndecim mille Virg. latentem.*

Cordula viuis adhuc de tot modo millibus vna?
Inter tot cædes, Cordula viuis adhuc?
Lactea magnanimæ ferro dant colla ſorores,
Exultantque mori, Cordula viuis adhuc?
It mare virgineum, & pelago premit arua rubenti
Vrſula fixa iacet, Cordula viuis adhuc?
Vna fides fuit, vnus amor, fuit vnica vita,
Cur non mors etiam? Cordula viuis adhuc?
Hinc amor inde timor connixi haſtilia criſpant,
Quam timor abſcondit, denique prodit amor.

AD EANDEM VIRGINEM.

E latebris procede tuis, caput obijce ferro,
Vis tua virgo minor, ni latuiſſet, erat.
Vltima laurigeros tandem molire triumphos
Te vocat, & niueos Vrſula tardat equos.
Nec tibi ſit timuiſse pudor, timor auget amorem,
Fortior ex ipſo virgo timore redis.
Creſcit palma metu, creſcit victoria virgo,
Quod Martem, & mortem viceris, atque metum.

AD D. VINCENTIVM PATRONVM Olyſsiponenſem.

Nil face, nil ferro, nil ore, atque vngue ferarum
Impietas contra pectora firma valet.
Nobilis in pugna Vincentius omnia vincit,
Et vincens partes ſæua minantis agit.
Irriſa impetas ſtrata hic molliſsima ponit,
Rideat vt medijs fortia membra roſis.

Expirat,

Expirat, roſa cum primos aſpirat odores,
Fortior in medijs, qui fuit antè rogis,
Mutauere vices tormenta, & blanda voluptas.
Illa dabant vitam, præbuit iſta necem.

DE D. VERISSIMO.

Nomine qui fuerat, re fit Veriſsimus, ecce
Ne verum occultet maluit ille mori.

DE D. MAXIMA.

Maxima quam ſuperas menſuram nominis? Orbis
Det quæcunque vocat maxima, maior eris.

DE D. COLVMBA.

Dilectus meus candidus, & rubicundus.

Dum vitam offerret pro virginitate Columba.
Si poſſet, tales ederet ore ſonos:
Purpureum Tortor de corpore funde cruorem
Vt ſponſo occurram ſanguinolenta meo.
Eſt ruber, eſt niueus, ſic concolor alba Columba,
Si cruor hanc rubro murice tingat, erit.

DE D. FRVCTVOSO BRACHARENSI Archiepiſcopo.

Quam bene nomen habet fructus ab nomine Præſul,
Cœleſti menſæ fructus hic aptus erat.
Vincit Achæmenios fructus, vincitque Sabæos
Taprobane gemmas rideat ipſa ſuas.
Larga pauet Natura, pauet Pomona, nec horti
Diuitias iactat Flora, nec Orbis opes.
Scilicet hic Fructus fructus ſupereminet omnes:
Non erat hic terræ, non erat Orbis opus.
Hunc potis eſt ſolum producere dextra Tonantis,
Hunc ſacer æterno ſpiritus amne rigat.

IN D. OPTATVM.

Congreſſu in medio felix Optate quid optas?
Optatis aderit terra, polus que tuis.

Opto, ait, è terris quicquid furor impius, audet,
E cœlo quicquid pectus ad arma parat.
Aſpice, terra tibi famulatur, & arduus æther,
Terra odijs, æther flagrat amore tui.
Fulminat illa faces, haſtilia, & ora ferarum,
Hic facit vt vincas fulmina, tela, feras.
Te terræ oderunt: i cœlo optate ſupremo,
Eſt polus optatis digna corona tuis.

AD ANAM, ET IOACHINVM parentes Deiparæ.

Dulcia iam querulos mutarunt gaudia luctus,
Fulſit & illa dies,
Illa dies fulſit ſteriles quæ finiat annos,
Tollat & opprobrium.
Flos nouus exoritur, miros qui fundat odores,
Bellulus omnimodis.
Efficit ipſe Deus pulchra vos prole parentes,
Pollicitiſq; manet,
Hæc matremq;, patremq;, & auos longo ordine ſacros
Nobilitate ſua
Efferet, immenſoque domum decorabit honore,
Iſacidaſq; ſuos.
Naſcere tot deſiderijs optata puella,
Naſcere chara Deo,
Charaq; cælitibus, chara & mortalibus, & qui
Pallida regna colunt.

ADMIRABILITAS MARIAE:

Natura quod recuſat,
Quod vſus ipſe neſcit,
Quod nulla mens prehendit
Quod ſidera obſtupeſcunt,
Quod terra contremiſcit,
Quod omnia reuerentur
Vis, Chriſtiane, dicam?
Virgo, Dei que Mater.

De Di

De Diuini Verbi Incarnatione.

Vix hominem inſigni ſimilem ſibi finxerat arte, *Franciſci Raimundi Societatis IESV.*
Cum ſubito eſt hominis tactus amore Deus.
Vt tamen auerſo fugientem vidit amore,
Qualis præcipites dum rotat amnis aquas,
Quid faciam? dixi: quoties mihi iungere conor,
Ex oculis t ties euolat iſte meis.
An perimam? eſt hominis nimio ſuccendor amore.
An ſequar? at fugiet, quo magis ipſe ſequar.
Haud ſequar, haud perimam: ne ſe mihi ſubtrahat vnquam,
Ne ve Deum fugiat, mox erit ipſe Deus.

DE NATALI DOMINI.

Non videbit me homo, & viuet.

Et video, & viuo. Pater optime, vera minaris? *Eiuſdem.*
Dulcia num potius ſpicula promit amor?
cilicet hoc loqueris, quod te qui vidit, amoris
Non ferat inſolita vulnera facta manu.
Ergo quid heu viuo? ſenſit ſi vulnera pectus
Iam vidi, ſatis eſt tu mihi claude diem.

AD ANGELVM, QVI CHRISto Dño apparuit in horto Getſemani, & calicẽ manu geſtãs depingitur.

Huc ades, o iuuenis, manantem ſanguinis imbrem
Excipe ad hoc venit forſitan iſte calix.
xcipe, & æterno refer hæc mandata Parenti,
Sunt Pater, hæc Nati pignora certa tui.
at mori, & immeritam pœnis effundere vitam;
Nunc quoque fuſurus, ſi placuiſſet, erat.
Has tamen interea miſſas, Pater, accipe guttas.
Cras tibi, quod reliquum eſt ſanguinis, ille dabit.

Ad S. Ioã.

Ad S. Ioannem Baptiſtam, de eius corporis de-
portatione ex Aſia in Italiam.

Horatij Turſellini Societatis IESV.

Dum ſol Iuſtitiæ gentes luſtraret Eoas,
Ioannes, Aſiæ Lucifer alter eras.
At ſimul ingratas viduauit lampade terras,
Et curſum populos flexit ad Heſperios:
Subſequeris Solem. Heſperias & diligis oras
Lucifer alter eras: Heſperus alter eris.

De ſancta Maria Magdalena ad
Simonem Phariſæum.

Franciſci Raimundi Iocietatis IESV

Fæmina ſi flendo, Simon conuiuia turbat,
Da veniam, has lacrymas culpaq; amorq; cient.
Vt lacryma eſt ſcelerum vindex, ita teſtis
amorum eſt;
Et bene quod ploret, quæ malè riſit, habet.
Magdala plora igitur: fremat inter pocula Simon.
Quis ſcit an & flendo dulcius ipſa bibas.

Ad ipſam Magdalenam.

Eiuſdem

Felices nimium gemini tua lumina fontes,
Quæque venit trita ſedula gutta via.
Se lacrymam eſſe tuam cuperet dū vere tepenti
Labitur in molles humida gutta roſas.
Si manare oculis poſſet Pactolus ab iſtis,
Aurifer hac iret ditior amnis aqua.
Iam pretioſa pedes Domini niſi lamberet vnda,
Vnda quid, alij quererer, tam pretioſa peris.

MAGDALENA CHRISTO
Domino, Ecce quem diligis
infirmatur.

Chriſte veni, affer opem: frater te lãguidus optat,
Et cum languenti ſaucia fratre ſoror.
Ni properas, ægros tua, vi præſentia curat,
Ecce perit

Ecce perit morbo frater, amore ſoror.
vtinam ipſa forem noſtræ tibi nuncia pœnæ:
Fratris abeſſe vetat cura, venire pudor.
Sint ſatis hæc: plura is quem mitto nuncius addet
tamen hic rudis eſt, ipſe loquetur amor.

SVPER ILLVD. STABAT AD MOnumentum plorans.

uid feror heu Domini toties ad inane ſepulchrum? Eiuſdem.
En viuo, & me vult forſitan ille mori.
ita vale: quis ſcit mihi mors an reddis amātem?
Sæpe venit facili morte cupita ſalus.
oc me igitur, Iuuenes, ſi fas tumulate ſepulchro,
Et ferat hæc memori carmina fronte lapis.
AMISSVM VACVA DOMINVM DVM QVAERERET VRNA,
PRO DOMINO IACVIT PERDITA SERVA SVO.

De eadem in exilium cum ſuis eiecta.

rua domus mea cura feris committitur vndis; Eiuſdem.
Fors bona, neſcio quo nauigat, Eure faue.
i mihi ne rabido minitetur vortice pontus,
Et pereas media paruule linter aqua.
ſſilia ignotas o ſi te errare per vndas
Sciret? quotquot habet, miteret illa rates.
mare, vos venti, trepidæ ſuccurite cymbæ,
Nullus in imbelli nauita puppe ſedet.
guum eſt pondus, facilis via, poſcitis & vos
Si pretium, pretium eſt grande tuliſſe pios.

DE S. ALEXIO.

ca dolore parens in Alexi, quærit Alexim, Eiuſdem.
Et non amiſſas perdita luget opes.
m videt ardeſcit, paſcitque tuendo dolorem,
Veraque nutantem fallit imago fidem. Quid fa-

Quid faciat? cedatne domo: veſtiget in orbe?
Ceſset? at hæc æqui cauſa doloris erunt.
O amor?& quis te cæcum neget? improba mater
Non credit natum, quem videt, eſſe ſuum.

De S. Franciſci Stigmantibus.

Hortatij Exue, ſi par eſt Franciſcum paupere veſte
Qui Franciſcus erat, iam tibi Chriſtus eirit.
Franciſci exuuijs (ſi qua licet)indue Chriſtum,
Iam Frnciſcus erit, qui modo Chriſtus erat.
Quid cæleſtis amor non audes? fingis amantes
Arte noua, effigies vt ſit amantis amans.

DE D. HYACYETHI NOMINE.

Quam bene magnifici menſuram nominis imples?
Quam cum natura, fama Hyacinthe dedit.
Sponſus in æthereos te maximus intulit hortos,
Flos erat hic cælo dignus habere locum.
Te quoque ſponſa ſuo dignum diademate duxit,
Virgineis erat hæc gemma locanda comis.
Gaude igitur, cæli, merito tranſlatus, in hortos,
Aeternumque ſacras cinge Hyacinthe comas.

ALIVD.

Gemmmæ & floris habes vnius nomen at omem,
Gemmarũ, & florum vímque decus que refers.

SVPER ILLVD IVSTI AVTEM. &c:

Dic vbi turritæ Memphis Babylonis & altæ
Mænia Romulidum dic vbi ſceptra ducum?
Iam campos vbi Troia fuit,dites que Mycenæ
Herba tegit,Lybicos & mare fallit agros,
Quæ Sol cuncta videt, celeres mutantur in annos,
At tua in æternum gemma que flos que manet.

SVPER ILLVD ACCIPE PVERVM, & Matrem eius &c·

Dum furor indomitus , rigidique horrentia Martis,
Arma petunt,puerum,virgo pudica,tuum. Co

Cogeris en iterum ſcelerata abſcedere terra,
Aſt comes ille viam, qui tueatur abeſt.
Ergo quid? at querula ſic te audio voce loquentem
Chare Hyacynthe, viam qui tuearis, ades.
Rarum, virgo, decus: dum pignora chara, Hyacyntho,
Non niſi Ioſepho credita, credideris.

De Promißione à virgine facta Diuo Hyacynt.

Poſce, ſuo dixit cæli Regina Hyacyntho,
Poſce, erit optatis nulla repulſa tuis.
Nunc tamen ille ſacras cæli tranſlatus ad arceis,
Quid ſibi quod Dominá poſcere poſsit habet?
Ergo pro miſeris vt verba precantia dicat,
Fas erit, excipiet molliter illa preces.
Claros poſce dies & amici tempora veris:
Feſta, Hyacynthe, roſas ad tua poſce tuas.
Poſce ſit alma quies, & murmura vana ſileſcant,
Iurgia nec lætum ſæua morentur opus.
Optatis quæcunque vides fælicia noſtris
Poſce, aderit votis regia virgo tuis.

ALIVD.

Ardua pertentas rerum molimina olympum,
Fortis Atlas humeris impoſiture tuis.
Res noua, velle nouum in terris effingere Cœlum,
Syderiſque homines reddere velle pares.
Aſt vt nulla tuum perfringat machina rpour,
Affore perpetuam Virgo ſpopondit oqem.
Arma inter truculenta ferox Enbique phalanges
Irrue; ſub tanta Virgine victor eris.

AD SACRAM PRAEDICATORVM FAMILIAM.

Hactenus ornarat vario te munere Olympus,
Pinxerat & nitidum plurima gemma caput.
Diuitis hic flauum doctrinæ affulſerat aurum,
Hic & virgineum pulchro adamante decus.
Hic quoque gemma rubens, effuſo ſanguine tincta,

Nunc te ceruleus ditat honore lapis.
Sic ergo decorata nouos ordire triumphos,
Inter & æthereos exere læta caput.

ADEANDEM.

O vos Dominici laus gregis vnica,
Gemmam, cum nitido flore Hyacinthinam,
Pluſquam ter geminis, tollere in æthera
Ne deſiſtite laudibus.
Virtutum varijs diues honoribus,
Præcellens titulis, luce micans noua
Inter ſydereum lumina ponitur
Cœlo gemma nitentior.

Sancti, quorum reliquiæ, in Pegmate, arcuque triumphali ad valuas templi Domus Profeſſæ Societatis Ieſu erecto, pro poſitæ fuere, prætereuntem Hyacynthum affantur.

Beatus Petrus Apoſtolus Hyacyntho fores aperiens.

Cur tibi non reſeret magnum ſacra clauis Olympum
Bis ſenas decorat ſi tua gemma fores?
Fauſtus ades, noſtroque pedes in limine fauſtos,
Pone Hyacynthe, patet gemmea porta tibi.

D. PAVLVS APOSTOLVS.
ECCE CONVERTIMVR AD GENTES.

LAEtus ad occiduas cum te conuerteris oras.
Qua mihi cura fuit pergere carpe viam.
Carpe viam fælix virtutum clara tuarum,
Quo te cunque feras, ſigna ſequentur iter.

D. LAVRENTIVS MARTYR.

Huc nouus hoſpes ades, cui dat Laurentius Heros
Laurea ſerta, rubras nectere digna roſas.

D. DOMINICVS.

Quo te Dominicus non amplexetur amore,
Dux, forti gaudens millite, prole Parens?

Irrue in

Irrue in amplexus Ducis o fortiſsime miles,
Et cape iucundum nate parentis Aue.

DIVVS AVGVSTINVS DOCT. EC.

Quo me nunc iterum dubio in diſcrimine vertam?
Hinc oculos Genitrix, Filius inde rapit.
At ſcio quid fieri ſas ſit, læto ore Hyacynthum
Excipiam, vt plena ſorte quieſcat amor.

D. IOANNES CHRISOSTOMVS.

Aureus Antiſtes, corde aureus, aureus ore,
Offert ad laudes aurea verba tuas.

D. BERNARDVS ABBAS.

Aſſolitus gratos, effundere nardus, odores
Obuius it floris captus, odore noui.

D. IOANNES DAMASCENVS.

Quam mihi reſtituit, Diuum Regina, libenter
Hanc ego ad amplexus tendo, Hyacynthe, manum.

D. POLYCARPVS MARTYR.

Flos tuus, æterni fructus dat carpere honoris,
Aeternum que tibi dat Polycarpus Aue.

D. FELIX MARTYR.

Quam ſe fælicem, fælix hac luce, fatetur,
Quod tibi tam fælix ſurgat in vrbe decus?

D. COSMAS MARTYR.

Si tua, ſæpe graues premerent cum corpora morbi,
Attulit optatam dextra, ſalutis opem:
Si & mea dextra potens medicinæ munere, multos
Mortis ab indomitæ faucibus eripuit,
Felix ergo veni, par eſt vt robore dextras,
Munere, & arte pares, par quoque iungat amor.

DIVVS VITALIS MARTYR.

Eximium tibi, dat Vitalis martyr honorem,
Nam tua vitalis dextra, Hyacynthe, fuit.

D. ALEXIVS

Veniſti occiduum, peregrinus & hoſpes in orbem:
Excipit hoſpitio temea ſcala ſuo.

D. AGRICOLA MARTYR.

Agricolam fecere, ſuis, me numina in hortis,
Illos vt decores, flos Hyacynthe, veni.

D. ANNA B. VIRGINIS
Mater.

Bis mihi ſaluus ades: gemino bis pondere fælix,
Bina ferens animi pignora pulchra mei.
Natam læua meam, charum fert dextra nepotem,
Fauſtus ades votis terque quaterque meis.

D. CATHERINA SENENSIS.

Quid ni chara ſoror ſupremi ſponſa Tonantis
Virgo Senenſis, aue det Catherina ſuum?

VNA EX VNDECIM MILLE
Virginibus.

Obuia facta tibi, multis pro millibus vna,
Mille dat vndecies, Virgo ſalutis opes.

DIVA CAECILIA VIRGO
& Martyr.

Munere proſper ades fauſto dum gaudet Olympus,
Aduentum que canunt organa noſtra tuum.

D. LVCIA VIRGO ET
Martyr.

Lucia diuino lucentem, lumine gemmam,
Dum videt, o quanta luce potimur, ait?
Aethereus lucet, ſolito lucentior axis,
Induit & lumen lucida Luna nouum.
Quam prius illuſtrant, meliori lumine terras
Aſtra, nouumque nouo lucet in Orbe decus.
Ergo veni, lumen que tuum, da cernere Olympo,
Mitte que ab ætherea grandius arce iubar.

D. PERPETVA VIRGO ET Martyr.

Fert tibi perpetuos, & virgo & martyr honores,
Perpetua,& laudis munera perpetuæ.

D. FLORINA VIRGO ET Martyr.

Florida, florentem dum fert Florina ſalutem,
Flore tuo florens, florea ſerta parat.

DE ARTIFICIOSO EPIgrammate.

ORTVS ET MORTIS CHRITI Domini Antitheſis

Clara dies, oreris media dum nocte, refulget,
Dum moreris medio nox ruit atra die.
O verum Solem ſupera inter lumina, quo lux
Exoriente oritur, quo fugiente fugit.

FRIGORIS, ET AMORIS pugna in Ieſu Puero.

Frigida vis hyemis, diuinique ardor amoris
Bella mouent Domino ſanguinolenta ſuo.
Inter anhellantes pecudes iacet aureus Infans,
Hinc fera lædit hyems, hinc pius vrit amor:
Exprimit è tremulis lacrimas graue frigus ocellis
Flamine, perſtringit lumina cæcus amor.
Quo magis vrget amor, frigus magis vrget acerbum
Subtrahit hoc tacitas,ſubijcit ille faces.
Hoc ferit,ille ferit; varijs Deus horret ab armis:
Vulnerat hoc corpus, vulnerat ille animum.
Denique amoris iners frigus calet igne potentis,
Nec nimio nimius frigore friget amor.
Victor amor, victum frigus mihi cede reclamat,
Sic tua victrici tela retundo manu.

DE CRVCE DOMINI.

Hoc quondam euerſum ligno Pater optimus orbem
Suſtulit, humanum reſtituitque genus.
Vt conſperſa Dei ſacro Crux alma cruore
Vel magnis poſsit regibus eſſe decus.
Sidera fulcit apex, radice in Tartara fertur,
Hoc latus Eoos, hoc fouet Heſperios.
Quiſquis es, hanc tecum mortales tolle per vndas:
Inſcia naufragij ligna trabêmque vides.

DE TORMENTIS DOMINI IESV.

Crux, Domini pendens librauit in aere corpus:
Conciſa indignis eſt facies alapis:
Tres claui fixere pedes, fixere lacertos:
Imbuit os ſacrum ſpongia felle madens:
Texta corona caput ſpinis penetrauit acutis:
Vibicibus texit leuia membra flagrum:
Sunt Chriſti tormenta ſalus & vita piorum,
Crux, alapæ, claui, ſpongia, flagra, rubi.

DE SACRA EVCHARISTIA.

Gloria, præſidium libamen, victima, corpus,
Sola, ſalutiferum, dulce, benigna, ſacrum,
Cunctorum, mundi, Cœli, Genitoris, Ieſu,
Salue, adſis ſatia, contueare, ciba.

DE VIRGINIS DEIPARAE Candore.

Candida ſunt niuei concreta coagula lactis,
Candida ſunt oculis viſa liguſtra meis.
Candida dona eboris nigro mittuntur ab Indo,
Candida ſunt Parijs marmora cæſa iugis.
Candida pluma tuos, Cythereia, veſtit olores,
Candida Sithonia eſt terra refuſa niue.
Candidior cunctis, Mater pulcherrima Virgo,
Lacte, liguſtro, ebore, marmore, olore, niue.

DE

)E EIVSDEM PVLCHRITVDINE

unt pulchræ ſyluæ, ſunt pulchra & littora, pulchrũ
Eſt pratum, in viridi gramina pulchra ſolo.
ınt pulchræ gemmæ, ſunt aſtra, & ſydera pulchra,
Sunt pulchri flores, eſt quoque pulchra dies.
ulchrior es, ſyluis, pia Virgo, littore, prato,
Gramine, gemma, aſtris, ſydere, flore, die.

DE S. MARIA MAGDALENA.

uta per vndantis refluos tibi pectoris æſtus
Magdala Diuino numine puppis abit.
nda tibi lachrimæ, mens nauis, vota rudentes,
Spes malus, gemitus flamina, vela preces,
emo timor, remi curæ, pudor anchora, merces
Vnguentum, comites crimina, rector amor.
de rati tu Chriſte ſinus; & inhoſpitus hoſpes
Secum indignanter murmura ſæua fremat.
c merces deponet amor, puppimq. ligabit,
Cautes ſunt plantæ, ductaque vincla comæ.

Claudij Seripãdi Societ. Ieſu.

Phariſæus qui eã expellebat a pedibus.

e D. Hyacyntho ſuper illud Ecclef.
3. In vita ſua fecit mõſtra, & in morte mirabilia operatus eſt.

mina multiplici decorarunt munere diuos,
Prodiga queis cæli gratia fudit opes:
ſedat fluctus, hic ſæua incendia frænat,
Arcet hic armigeri tela triſulca Iouis:
fera bella domat, miſeræ contagia peſtis,
Hic fugat, ille procul pellit ab vrbe famem:
ım pro cunctis memoret vaga fama Hyacynthum
Gratia cui omnigenas accumulauit opes.
n fugat, extinguit, domat, arcet, reprimit explet.
eſtes, flammam, vndas, fulmina, bella, famem.

ECHICON DE ANGELICA
Salutatione.

Nuntia

Nuntia dum timido reputat ſub pectore, Virgo,
Aliger his vſus creditur eſſe ſonis.
Virgo ſæuæ Euæ nimium contraria fraudi
Audi. Mater ero Virgoque quæris? eris.

DE HOMINVM SPE ECHO.

Quid mortalis alis cæco ſpes pectore inanes?
Anne eſt, Parca alijs perfida, fida tibi?
Menti pone bonæ ſine crimine viuere: verè
Cætera terra, Auſter quæ modo flauit, abit.

ECHICON VBI POETA INTERponit verba ſua. De Chriſti D. Natalitijs.

Hæc Bethleemitæ paſtoris verba referre
Audita eſt Echo, quæ iuga montis habet.
Dic, modo qui genitus Puer eſt, patris ne Iudæi?
Illa, Dei. Verus ne eſt homo? dixit, Homo.
Hunc quid de Cælis duxit? Lis duxit. At iſtam,
Dic, vtrum vincet? Tunc ea, Vincet, ait.
Ille autem noſtri quidnam dare poſsit amori?
Reddidit illa, Mori. plus nece fortis amor.

Anagrammatiſmus ex tranſpoſitione literarum nominis MARIA, ex quibus efficitur.

I, ARMA.

Loquitur Archangelus Gabriel, & virgo.

Pone, Maria, metus Virgo arma datura Tonanti,
Arma datura homini, pone Maria metus.
Nam dum lege Deus, gyroque volubili Abyſſos,
Et certo incertas limite fræ nat aquas.
Terras dum ſtabilit, dum firmat & Aethera ſurſum,
Tu prior ante oculos cuncta videntis eras.
Tum ſuperum tibi Rex I, Virgo, dixit, & A R M A,
Tu dabis arma Deo, tuque homini arma dabis.

nne meis, nullius egens Deus indiget, armis?
Armis ille tuis, vt patiatur, eget.
rma Deo, arma homini det Virgo tenella? Quid? Iſtud
Quomodo fiet ais? Quomodo fiat, habes.
due carne Deum, pro homine vt mortalia Vincat,
Sic dabis arma Deo, ſic homini arma dabis.

Anagrammatiſmus ex tranſuerſione literarum nominis MARIA Vnde illud exiſtit.

ARA MI. vel illud. I. ARA. M.

uando, Maria, notas inuerto nominis huius,
Cernitur ARA prius, ſunt geminæ inde notæ.
um lego ſeiunctas Ieſum notat vna, Mariam
Altera; dum iunctas MI dat vtrumque mihi.
cra notas inter geminas ſi ponitur ARA,
Protinus ancipitem me & notæ, & ARA vocant;
tro videt Ieſum, citro videt ARA Mariam,
Vtile vtrumque latus præſtet vt ARA mihi.
lnere ſi hinc paſcor, ſimul illinc vbere lactor,
Sic vtraque ARA mihi, ſic in vtramque ferar.

nagrammatiſmus ex mutatiome literę vltimæ Nominis MARIA, ad initium, vt ſit,

AMARI.

poſtrema tuo de nomine, pulchra Maria,
Littera principio ponitur, AMARI ait
ne, quod æterno ſoboles æquæua Tonanti
Ad mare matris eat, A Patris vſque MARI?
tua quod Soboles fineis habitura potentis
Imperij, Dominans A MARI ad vſque mare?
quod amare doces? Quod debes ſemper AMARI?

Quod ſacis vt ſit Euæ primus amaror, amor?
An quod nil habeat Conceptio fellis AMARI?
Quod vitæ mores nil niſi dulce tui?
Sic reor, & quod labe carens ſis viſa, & AMARI
Digna Patri, & Nato, dignaque Spiritui.

ECCE ANCILLA DOMINI
ACCENDE ILLIC OMNIA.

Aſſenſu dum, Virgo, humili ſub viſcera Numen
Concipis, o quantus te ardor amoris habet?
Ergo ACCENDE ILLIC mũdi vana OMNIA, Nati
Viuat vt in nobis nil niſi flamma tui.

IESVS, MARIA, IOSEPH.
EIA, HI, MORS, SPES VIA.

EIA age maiores iam nunc molire triumphos,
HI tibi tres vna dum ratione fauent.
MORS tibi mortis adeſt Ieſus, SPES certa, Maria
Ioſeph, in terris dux vtriuſque, VIA.
Enecat hic mortem, vitam ſperare dat illa,
Cum ſit vterque ſalus, ille ſalutis iter.
Perſonas alio hìc veneraberis ordine, Natus
Prima, ſecunda Parens, tertia Sponſus erit.
Tertia monſtrat iter, media tutiſsimus ibis,
Prima dabit ſuperos inter adeſſe choros.
Sic humana Trias, Ieſus, Maria, Ioſephus
Quam tibi proficua iuncta ſit arte, Vides.

Cùm Anagrammatis apta plura exẽpla non ſup-petant. Sitq; artificij gen⁹ hoc ęquè ingenioſum, ac
venu-

venuſtum, & vtile; ea quidem peti non immeritò
poſſunt, ex Rhetoricæ Poetica exercitatione in
Mexicano Collegij Societatis Ieſu Tẽplo habita,
de laudibus B. Ioſephi Deiparę Virginis Sponſi,
apud Excellentiſſimum Nouę Hiſpanię Proregẽ
Marchionem de Monteſclaros, Regiumque Sena-
tum, ab adoleſcentibus eiuſdem Deiparę Congre-
gationis alumnis Rhetoricę ſtudioſis, ab eiſdemq;
compoſita

MATRIS DEI SPONSVS.
PONS, ET SIDVS MARIS.

ntonij. Diue, Dei Matris dum Sponſus diceris eſſe,
ubio. Et PONS, ET SIDVS diceris eſſe MARIS.
Pons, quo tutus eam fera per diſcrimina mũdi,
Sidus, ne rapidis me mare mergat aquis.

IESVS MARIA IOSEPH.
ES MIHI, ARS, VIA, OPES.

annis. Sorte bona me ortum, meliori at ſorte redemptum
coçer. Alma Trias, cum ſis ARS, VIA, OPES q; MIHI.
Vtilis ars, Sponſus, via ſecuriſsima, Virgo eſt,
Datq; manu omnigenas diuite, Natu[illegible] opes.

IESVS MARIA IOSEPHVS.
HIS ARMIS, EVA, OPES VIS?

aſt. Quærere OPES VIS, EVA, malus quas perdidit er-
raſſæ. HIS venient ARMIS quas, Eua, quæris opes. (ror?
En parat alma Trias, Ieſus, Maria, Ioſephus
Arma, quibus repares, quas, Eua, quæris opes.
Quas, Eua, quæris opes reparat Crucis arbore Ieſus,
Virgo roſis reparat quas, Eua, quæris opes.
Damnaque ſolerti reparat Faber arte laborans:

 Ergo,

Ergo his diues, opes, quas, Eua, quæris habes.

IESVS MARIA IOSEPH.

O AVE HIS SPEI RAMIS.

Læta SPEI RAMIS O HIS innitere, fiat, Gabreliſi

Nomen vt, Eua, tuum dulce ſalutis AVE, Gáboæ.

Dulce ſalutis habe, iam non Eua perdita, nomen,

Dum tibi dant rami, dulce ſalutis aue.

B. Ioſepho Noui Orbis Patrono.

O MARIAE SPONSE.

O ENSIS. O PARMA:

En tibi fortis adeſt ENSIS, tibi, & aurea PARMA, Franciſci.

Queis Defenſorem te nouus Orbis amet. Spinoſæ.

Ille alti Cuſtode Dei, Cuſtode Mariæ,

Enſe Deo, parma Virgine, tutus erit.

Ad Anagrãma facit Agnominatio, ſũt q; aliqua ei ratione affines Etymologia, & Cõiugatorũ loc⁹. Cautio verò ſumma eſt habẽda, ne inani dũtaxat verborũ ſonitu, pueriliter affectata eſſe videãt. Sed è sẽtẽtiarũ põdere grauitatẽ obtineãt. Quo ſi careãt, ne carmina quidem, nedum Artificioſa nominentur. Pulchrũ illud Fauſti Andrelini.

Non Amor antique fuerat ſed amaror ab æuo

Dicendus: cum ſit ſemper amarus Amor.

Si ſapis amentem dicas, non (lector) amantem,

Nam nihil inſanus mentis amator habet.

Et quę ſupra, de B. Agnete, Cordula, Fructuoſo, Optato, Diuiſq; alijs. Itẽ illud Do. Illef. Valdeſi.

AD B. IOSEPH, DE S. IPSIVS DOMO.

Ampla magis Cœlo mihi viſa Domuncula, Ioſeph,

Quando ea, quod Cęlũ non bene celat, habet. Grãdi

randia celat enim grandis myſteria facti,
Illa Dei celat, quas caro celat, opes.
Qui hoc tegitur tecto, nutu tegit omnia: qui nos
Vt tegeret, voluit ſub tua tecta tegi.

De Alio artificij genere.

METRON TELEON DE SACRA Euchariſtia.

ſub pane dato tibi quam plenè omnia dantur?
O in ſe, optatas quam benè claudit opes.

Ad D. Hyacynthum.

uam malè nos raptos Phlegethon, heu, trudit in Orcum,
Tam bene, io, vinctos poſt tua verba trahis.

ANGRAMMATON *De SACRA Euchariſtia.*

ante aura Excelſi, Zephyroque, accūbito dignè,
yſtica dona feres, ſuperumque explebere gazis.

RYBRACHICON, Deus hominem ad ſacrā rtat̄ Euchariſtiam, Homo autem gratias agit.

ala tibi mora nocet, homo, propera, ede, quod enim
Cupere tua valet Anima, cibus habet.
rere bona mihi tua tribuis epulet, edam,
Domine Pie, tibi quid ego retribuam?
emor habet animus, auida que memoria tenet,
Bona tot. Ero tibi famulus. Ero tuus.

LIMACTIRICON, SODALITATIS Annutiatæ Ad B. Virginem.

um virgo Genitrix pulcherrima cunctipotentis,
os donis dederis creſcentibus amplificari:
inter famulos fæliciter annumerando,
tali tribuens tutamine nobilitatem,
s vitæ ſuperum ſplendoribus irradiemur.
uo tibi poſsimus modulatu gratificari?

Dictio-

Dictione Paromophrones De S. Euchariſtia.

Si crebrò   pinguia

Fient   veſcaris,   corda.

Si rarò   marcida

De Eadem.

Melle   dignè   dulcior,

tibi,   dum ſumis,   eſca eſt.

Felle   indignè   acerbior,

De D. Hyacyntho.

Mors fera   Stygias   malè   vmbras.
fert   multos   prouida in
Vox tua   ſuperas   bene   Arces.

Syllaba Paromophrones.

DE B. VIRGINE, ET EVA.

Qu   ill   mor   meſ   fra   prof
os   a in   tem   ta dat   ude   undă.
H   iſt   ſor   feſ   la   ſec

De *Angelorum gaudio ſuper vno pec-*
catore &c. luctuque Dæmonum.

Teſup *ciu* *gaud* *lug* *per*

eri *es* *ent* *ere* *emptum*

Quē miſ *Man* *lug* *gaud* *red*

Humanę crudelitatis, cum diuina beni-
gnitate, pugna, in B. Laurentio. M.

Mund *theſ* *fer* *huma* *pet*

i *auros* *itas* *na* *iſti*

Cœl *ſed l* *bon* *diui* *ded*

PALINDROMI SIVE RECIPROCI.

răciſci Ayllonij de Humana Triade ſacroſăcta

IESV MARIA IOSEPHO.

ethereis Trias vt ſacros teſtatur honores,
Altera habet terris & trias imperium.

iuſd. De B. Ioſephi gloria, quod ei Deus ſubditus fuerit.

ſtitiæ tibi dum paret, Vir maxime, Phœbus
Gloria deuincit quam tua Sidereos?

a. Alcocerij. De Triadis vtriuſque erga homines ſuperoſque beneficijs.

rrigenis noua tres largiri gaudia cerno,
Munera dum præbent tres ſacra Cœlitibus.

ſephi Vides. Conueniens fuiſſe Beati Ioſephi officio, quidquid gratiæ cęleſtis habuerit.

fficiens tibi dat virtutem culmen Olympi
Rector, præcellens vt dedit officium.
n etenim titulos vacuos, & inania donat
Nomina, qui quales, poſtulat, ipſe facit.
ficium dedit vt præcellens Rector Olympi,
Culmen virtutum dat tibi ſufficiens.

Franciſ. Spinoſę de D. Ioſephi coniugio virgineo.

egritas comes it præfulgens numine diuum,
Maxime vir, tali dos data coniugio.

Eiuſd. De B. Ioſephi gloria.

licolæ tibi dant diuini fœnora honoris,
Vincit quos tantis fax tua luminibus.

Gabrielis Gamboę Argumenti eiuſd.

Connu-

Connubium tibi fert caſta cum Virgine honorem,
Munere te præfert hoc Deus Aethercis.

De S. Hyacynthi ſplendore.

Omnigenas lapis hic terras luſtraret, Olympe,
Lumina ſtellarum ſi tua deficerent.

De eiuſdem eloquentiæ vi.

Hæreſeon reprimis turbas, Vir maxime, verbo,
Dogmata das læſis dum ſacra pectoribus.

De eodem in Sanctorum numerum aſcripto.

Conſtituunt ſacra te ſtellanti ſtellanti numina Regno,
Lumine compleſti nos quia mirifico.

Quales optandæ diuitiæ.

Perpetuum mihi nil fallax habet Orbis, Olympi
Quærat vt æterni mens pia diuitias.

PALINDROMON *Antiſtrpobon, ſiue contrariè Reciprocum. Cuius decurſu quidem, ſenſuum, in Sacra Euchariſtia, defectus, recurſu verò Fidei ſupplementum exprimitur.*

Eſt cibus, & liquor, & ſentis quem gutture, tantum
Corpora non animos hic alit æthereos.

Contra negantes frequentandam eſſe Euchariſtiã, ipſorum ex retroacto ſermone Concluſio.

Angelicus cibus eſt, timeas nec veſcere abundè
Serus quam creber ſit quia commodior.

De Honore Chriſti D. ex perpetua Deiparę Virginitate.

Virginitas tibi nam placuit, Rex candide, Virgo
Quomodo ſit genitrix? vt tuus his honor eſt;?

rrigenis, Eua, fers mortem non ſemina vitæ
Prælia non pacem dat tua progenies.

Ioãnis Mallèn. B. Ioſepho vtra maior laus?

ɔſperior quia ſors verbis, quam rebus hab.nda,
Patris quam Sponſi laus tua nobilior.

De diuerſa ratione frenandę irę.

primis indomitas iras; Dux, pectore forti,
Vincere quam vinci laus quia ſplendidior.

De vitę breuitate, & otij fuga.

ætereunt cito nam mortalis tempora vitæ,
Gaudia non curas, vir bone, quæſieris.

De homine improbo, vel probo cãdelã manu tenẽte.

ſcutiet tibi Sol tenebras nec lumina deerunt
Aethere, fax manibus dum ſacra ſubſtiterit.

LINDROMON *Hexametri in Sotadeũ recurren-s, & Pentametri in Senariũ. De Virg. Deipara.*

ɛgna tibi cedunt, tibi Reges, aurea Virgo,
Auſpice te cunctis grata reperta ſalus.
ltra, Polus, Phæbus dare certent inclita dona,
Inclita largiri noſtra camæna nequit.
o memor noſtri, fera ſurgunt vndique bella,
Adijce fautricem, Virgo benigna, manum.

RECVRRIT HEXAMETER IN SOTA- deum; & Pentameter in Senarium Iamb.

rgo aurea, Reges tibi cedunt, tibi Regna,
Salus reperta grata cunctis te auſpice.
ɔna inclita certent dare Phæbus, Polus, aſtra:
Nequit camæna noſtra largiri inclita:
lla vndique ſurgunt fera, noſtri memor eſto,
Manum, benigna Virgo, fautricem adijce.

Ex Roſcio Hortino de Chriſti D. Victoria.

Leo mortu⁹ depingitur, & in eius ore examẽ apũ, ac fauus mellis. Inſcriptio DE FORTI.

Miraris teneros iuuenes florentibus annis
  Horribiles hilari fronte ſubire cruces:
Inuitum quoties, teſtis ſit Roma, leonem
  Orarunt rabido ferret vt ore necem?
Ah moriens Chriſtus mira dulcedine mortem
  Condijt, hinc Chriſti nomine dulce mori eſt.
Scilicet iſtud erat proſtrati ex ore leonis
  Dulcia nectareos mella dediſſe fauos.

MOSES DEPINGITVR, AVT EIVS dũtaxat manus apparet mittens lignũ in aquas, Inſcriptio. IN DVLCEDINEM Exo. 15.

Eſt populus ſitiens, & amari lympha ſaporis,
  Viſaq; maiorem ſuſcitat vnda ſitim.
Has ligno vt tetigit Moſes, mirabile viſu,
  Vertitur in dulces riuus amarus aquas.
Sic homini horribiles mortis perferre dolores,
  Triſtia lethiferi pocula fellis erant.
Hæc cruce dulceſcunt. Pro Chriſto temnite mortem:
  Quæ prius extiterat fellea, mellis erit.

Purpurei flores, ac roſę in Spineto cernuntur, inſcriptio. E SANGVINIS IMBRE.

Aſpice purpureos ſpinoſo è germine flores
  Surgere, quos caeli munere gignit humus.
Miraris rabidi iactent cum ſaeua tyranni
  Supplicia, & diro terra furore tremat:
Tot tamen inuictas ſexum ſuperare puellas?
  Totque viros fuſo ſanguine ſponte mori?
Scilicet vt tellus Criſti mollita cruore eſt,
  Spinæ purpureas progenuere roſas.

Ad

Adamantem ignibus impoſitum malleus percutit, eſt q; inſcriptum. SEMPER IDEM.

ercuſſus ferro eſt Adamas, & ſuſtinet ictus,
Nec pars robuſtis ictibus vlla cadit:
iectus flammis, flammas quoque robore vincit,
Clarius & victo victor in igne micat.
rma fide oppugnas crudeli pectora ferro,
Et fruſtra accendis, ſæue Tiranne, rogos:
egra fulgeſcit, nulloq; retunditur ictu,
Atque illæſa fero claret in igne Fides.

Iercuri⁹ Caduceo ad pedes cõfracto, manu verò enens Hyacynti florem: MAIOR VIRTVS.

te pedes quid fracta iacet ſacra virga, potenſque
Claudere Tatareas, & reſerare fores?
iicicet, vt poſthac manus hoc armata Hyacyntho,
Plura queat varijs edere mira modis.

Itlas duos ſuſtinens Orbes, MAIVS OPVS.

ior ſurgat honos, geminos vbi fulſeris orbes:
Vix Atlas, vnum ſuſtinuiſſe poteſt.
xtra Deum geſtat, Matrem manus altera; mirer
Sicco vt tranſieris rauca fluenta pede?

egni Mexicani pinguntur inſignia, mutato tã n in Hyacynthi flores, ſpinoſo frutice, (tunalẽ cant) cui Aquila, in lapidoſo monticuli vertice; idet: lapidum verò aſperitate in gemmas Hya- cynthinas. Inſcriptio. IN MELIVS.

xice dum ſolitum, Iouis ales ſtemma relinquit,
Pergere credo tuos in meliora dies.
noua quippe tibi iam ſaxa horrentia, gemmas,
am ſpinæ rubeas progenuere roſas.

DE LABYRINTHIS.

LABYRINTHVS *locus eſt multis viarũ ambagib' inflexus. Quatuor fuiſſe Labyrinthos fama percelebres docet Plin. lib. 36. c. 13. Creticum, Ægyptium, Lemnium, Italicum. Horũ ad ſimilitudinẽ efformari poſſunt carmina varijs itinerum circuitionibus, occurſibus, & recurſibus mirabilia.*

Quanam verò arte fieri debeant, exemplis potiùs, quàm vllis preceptionibus apparebit.

Vna tamen non omittenda preceptio, debere nimirum carmina eiuſmodi eſſe, vt ne vnquam, vel artificij neceßitate cogente, vel literarum concurſus, aut deſinentię, aut numeri explendi gratia, videantur quidem perſpicuitate, ſententia, elocutione, ornatuque deſtitui: de que bonę compoſitionis, & poeſcos integritate deperdere. Quò enim magis pulchra erunt verbis, & ornata ſentẽtijs, eò mirabilius exiſtet artificium: ſicut eò etiam illuſtrior, glorioſior que victoria, quò pluribus cum hoſtibus, nullo tamẽ accepto vulnere, decertaueris.

Studioſe igitur Adoleſcẽs, contra eos, qui artificij, & laboris immenſi carmina oſtentant, vitioſa tamẽ, & ſenſu ac ratione carentia, ſigna te, ſigna,

gna, vt vanę huiuſcemodi oſtẽtationis deſiderio a reſpondeas , Temerè me tangis, & angis. *uid enim admirationis habet illud, eiq; ſimilia?*

Signa te, ſigna, temerè me tangis, & angis,
Roma tibi ſubito motibus ibit amor.

uatuor hic proponuntur labyrinthi, quorum ex itatione poſſunt alij, vel difficiliores excogitari, l faciliores, in Circuli formam, vel Quadri, vel riãguli vel Stellę, vel aliter. Vbi literarum in- poſitio, & concurſus varius, & in has, illas ex neceßitate, deſinẽtia, vel ab eis ducta prin- ia laudantur. Illefonſi Muñoz dela Torre, in rginem Deiparam Cœlos adeuntem.

Aligerũ comitata choris pu Lchri Aetheris Arce M
Virgo ſubit radijs Phœbi f Vlgentis amict A.
En, Genito ſubni Xa ſuo nitidũ aera tranaT
Mater digna Deo, cœli Mirante cohort E:
Aſpicit vtque illam ſ Vperum ſic Regia fatuR,
Res noua, delitijs quae Nã hæc ſtipata? quid iſtuD?
Imperium vt fælix teneat Diuũmque, hominumquE,
Ad nos hæc miſero rap Itur de gurgite ſecl I

ſunt, iacto huiuſmodi fundamento, pluribus tare concurſibus, circulis, & ſemicirculis, ac nſuerſis lineis, hi, quos vulgò Rotas vocant. c requiritur, vt literę, quę concurrunt, initia dictionum, ſed vt in earum ſitu, quędam ſit inepta proportio.

Pulchra Maria, tuum ſi nomen pulchra corona eſt,
Lucentes gemmę quam mihi quinq; notant:
Cur numero creſcunt? Nectunt cur mille coronas?
Cur? Quia mergor aquis, pulchra Maria, tuis.

Mens Mihi M agna M oue M emori M odula M ine M uſa M,

Ampl A quia Ad l A udem d A tur, A c pr A econi A cauſ A,

Rem mi Ro noſt R am Re R um ge R ere o R dine R ecto R

Inſt I tu I t, fac I t et m Ihi grand I a m I ra: S I t oll I

Pro intelligentia labyrinti, ad lectorem.

Omnipotens humilem ſupera reſpexit ab Arce
Mariam, vt Matrem iuſſerit eſſe ſuam:
Sic, quicunque legas, humilis lege, tende deorſum,
Obuia q; Alma Dei ſic tibi Mater erit.

unere	Multiplicis	Magnam	Mirares	Maria	M.
ligeris	Alloquijs	Aureis a	Accõmodat	Agnn	A,
artara	Triſtitiæ.	Trepido	Terrore	Tremiſcũ	T:
litur	Excelſo	Exoriens,	Eliminat	Enſ	E
aptoris	Rabiem:	Reparatur	Robore	Robu	R,
iuini	Donas	Decreti	Diuite	Daui	D
ulta,	Elyſijs	Epulis	Explebere	Egen	E,
probus	Incumbat	Iunco	Ieiunus	Inan	I.

An Mare te memorem? memorem, Virgo inclita, Cęlum?
Vna ſed es Cęlo grandior, vna mari.
Luna ne dicaris? Sed es illa pulchrior. Anne
Sol? Sed es aurato ſplendida ſole magis.
Dicam multa? Sed es multis prę millibus vna.
Magna? Sed es ſolo tu minor vna Deo.
Nulla quies Homini, niſi S E D coniunctio, verbum
Iungat, E S, vt S E D E S ſis, ſacra Virgo, Dei.
O, Q V I E S, quàm tu aberas procul à mortalibus olim?
Dum tamen in pulchrę Virginis arce ſedes:
Quàm bene res iungit coniunctio mira remotas,
Et Virgo S E D E S dicitur, eſtque, Dei.

Ad Virginem eius Sodalitas.

Si tibi, no S tra ſalu S, et ſpe S firmiſ S ima S edi S

Egregi E nom En ſed Et omni Ex part E, quadratquE

Dum dc Derit tibi Dextra Dei dare proDiga qui D qui D

Ex iur E illa pot Eſt co Elum, t Erram qu E prement E

Pro explicatione labyrinthi, ad lectorem.

Mariam vt, Lector, celebrem quo nomine, noris,
Dux te certa Quadri littera prima preit.
Mariam verò celebrem quo ſtemmate laudum,
Quemlibet aſſumas, dux tibi verſus erit.

De B.Virgine Sapientię Sede.

ıcra Paren Shæc,eſt,cui Splendor metiS , e t Ori S

plendor c o
temmata hab
anctas vt r
ole nitent'

ffulg E t nulla ſc Elerum del E bilis art E

lituum ,
re dedit ,
paret
magis ra'

ina hęc ſeDes , cui Donum dum D atur iſtu D

iuini
ecorari
onis coel
iat laude a

ıabuit ſinE ſorde EuaE , ſine g Ermine culpaE

t forma Parēti
t lumine Soli
ſtibus arcei
thera vincen

ʏt prae S tet dignam Sic maie State Tonāti S

CVM ab Italica Muſa, Poeſis Hiſpana mutuata ſit plæraque carminum genera: non abs re erit, ſi Latina etiam, ab vtraque mutuetur. Quare ad operis calcem illud adijciendum. Si vel Hiſpanicæ, vel Italicæ Poeſcos, & Metri numero, pedibus, ratione, cadentia, legibuſque ſeruatis, ſine vlla Latinæ ſyllabarum dimenſionis cura, verſus quorumlibet generũ fiant, rem fore Latini ſermonis Poeticæq; exercitationi, ac varietati perutilem, De Carolo, Q. Imp. Max. impios Lutheri ſectatores damnante.

Miretur Ganges celebres Tropheos,
Corole Inuicte, quos Italia honorat;
Circulos æmularis Amalthæos,
Quos neque tempus, nec obliuio ignorat:
Dedicat tibi Vormes quos ſabæos
Odores arbor ſub Panchaia plorat,
Proſtrato nanque Onoceronte fero,
Fides Triumphum canit de Luthero.

Rengiffum conſule de Arte Poet. Hiſpan. cuius ab imitatione exemplorum mira quædã accedet Latinæ Poeſi varietas, mira iucunditas. Nec alienum eſt, illud genus.

Miſera Francia, que ſuſtentas gentes
Apoſtatas, hereticas, vicioſas:
Que machinando fraudes cauteloſas,
Perturban infinitos innocentes:
Predicando doctrinas differentes,
Falſas immundas leues pernicioſas,
Cauta mente alegando fabuloſas
Hiſtorias peregrinas apparentes.
Quantas anguſtias, quantas turbationes
Cauſas dando tan perfidas perſonas,
Que contra puras animas ſinceras
Sacrilegas inuentan opiniones?
Si, Francia, tales Principes coronas,
Quales fines de gente inſana eſperas?

DHORTATIO ad Chri-
ianam Poeſim. 374.
ENIGMA 348.
MOEBAEVM carmen. 142.
NACREONTAEVM car-
en. 248.
NAGRAMMA. 331. 486.
NTISTROPHON Palin-
omon, ſiue contrarie Reci-
ocum. 336. 496.
R T I S neceſsitas 1.
VCCOLICA Poeſis.
. Materia. Genus carminis,
lus. 141. Exempla. 143. Chri-
na. 415. Piſcatoria. 370.
N T O. 442.
IMACTIRICON, ſiue
are. 333. 491.
M OE D I A, Tragædia,
gicomædia. 97. partes, ex
litate. 100. ex quantitate.
Scenæ, & perſonæ. 108.
rus 109. Exempla. 131.
H O. 326. 486.
L O G A. 140. Vide Buc.
E G I A C A Poeſis. 172.
utes, & artificium. 174.
npla. Ouid. Triſt. & Pont.
Amat. 179. Heroid. 237.
l. 207. Propert. 220. Chri-
a. Iouia. Pont. 424. Iacob.
427, Ludo. Cruc. 438.
B L E M A, 336, 498.
EMENDATIONIS cura, 26.
E P I C E D I V M. 362.
E P I G R A M M A, 280.
Quotuplex, 281, Materia. 285.
Quid ſeruandum, 287. Virtu-
tes. 287. Breuitas. 289. Suaui-
tas, 291. Argutia, 296. Con-
cluſio. 298. Exempla. 301. Chri-
ſtiana, 456. Artificioſum, 321.
483.
EPITAPHIVM, 353. Exem-
pla. 355.
E P O P OE I A. 32. Quæ in
ea ſeruanda. 33. Partes. 35. E-
xempla. Virg. 43. Ouid. 70,
Claud. 76. Silij. 89. Catul. 93.
Chriſtiana. Mutij. 376. Lud.
Cruc. 386. Sanaz. 401.
EXERCITATIO, & modus
componendi, 10. 12.
HI E ROGLYP H I CON.
336.
H Y M N V S, 246. Exem-
pla. 448.
I M I T A T I O. 14.
I M P R AE S S A, 336. 498.
I V D I C I V M, 24.
LAB Y R I N T H V S, 502.
L Y R I C A, Poeſis, 245, Ma-
teria 247. Exempla, 249. Chri-
ſtiana. Martinen. 448. Muret.
449. Iacob. Pont. 650.
MACARRONEVM, 362.

METRON-

BA605 .P743
15-243

METRONTELEON, ſiue omnium Orationis partium, 333.
MONODIA, 362.
MAENIA, 161.
PALINDROMON, ſiue Reciprocum, eodem ſenſu, 335. 495. Contrario, 336. 496. Hexametri in Sotadeum, & Pentametri in Senarium Iamb. 335. 497.
PANGRAMMATON ſiue omnium Alphabeti literarũ. 333. 491.
PAROMOPHRONES, ſiue Concordes, 333. 492.
PEGMA, 337.
POETICA, 2. Materia, 4. Viribus conueniens, 5. Modi poematum, 8. Verborũ, rerum que ſupellex paranda. 20.
SATYRA, 162. Materia, finis, vſus. 164. Artificiũ. 166. Exempla. 169.
SOTADEVM, 335.
SYMBOLVM, 338.
TRAGAEDIA, 97. Vide Comœdia.
TRANQVILLITAS animi, & ſeceſſus Poetæ neceſſarius, 22.
TRYBRACHICON, 333. 491.
VERSVS latinos ad Hiſpani Metri dimenſionem fieri pulchrum, & vtile, 510.
VERSVS, qui & Hiſpani ſimul, & latini ſunt 511.

LAVS DEO, VIRGINI QVE DEIPARÆ.

BA605
P743i